ΚΛ. ΑΙΛΙΑΝΟΥ
ΣΟΦΙΣΤΟΥ
ΠΟΙΚΙΛΗ ΙΣΤΟΡΙΑ,
CL. AELIANI
SOPHISTAE
VARIA HISTORIA,

CUM NOTIS INTEGRIS
CONRADI GESNERI, JOHANNIS SCHEFFERI,
TANAQUILLI FABRI, JOACHIMI KUHNII,
JACOBI PERIZONII,

& Interpretatione Latina
JUSTI VULTEJI,
innumeris in locis emendata.

CURANTE
ABRAHAMO GRONOVIO,
Qui & ſuas adnotationes adjecit.

PARS ALTERA.

Lugd. Bat. | Amſtelodami | Roterodami | Ultrajecti | Hagæ — apud — S. LUCHTMANS & J. A. LANGERAK. | R. & J. WETSTEIN & G. SMITH; J. BOOM & H. WAASBERGE. | JOH. DAN. BEMAN. | JAC. a POOLSUM. | HENR. SCHEURLEER. — 1731.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ δέκατον.

ÆLIANI

VARIÆ HISTORIÆ

LIBER X.

ΚΕΦ. α΄.

Περὶ Φερενίκης Ὀλύμπια θεασαμένης.

1 Φερενίκη 2 τὸν υἱὸν 3 ἦγεν εἰς Ὀλύμπια ἀθλεῖν. 4 Κωλυόντων δὲ αὐτὴν τῶν 5 Ἑλλανοδικῶν τὸν ἀγῶνα θεάσασθαι, παρελθοῦσα ἐδικαιο-

CAP. I.

De Pherenice, quæ Olympia ſpectavit.

Pherenice filium ad Olympia, ut in iis certaret, deduxit. Quum vero Hellanodicæ prohiberent eam ſpectare certamen, pro-

1 Φερενίκη] Quam & alio nomine Καλλιπάτειραν appellavere. Pauſanias in *Eliacis*. Porro hujus rei præter dictum ſcriptorem meminit Val. Maxim. VIII. *cap.* 15. Æſchines *Epiſt.* IV. SCHEFF. Scholia Pindari *in proœmio Olymp.* VII. Ἀριστοπάτειραν vocant non ſemel, aſcribam locum, quia non diſcrepat à Noſtro. χρόνῳ δὲ ὕστερόν φασι καὶ τὴν τούτου θυγατέρα Ἀριστοπάτειραν ἐλθεῖν εἰς τὴν Ὀλυμπίαν, καὶ αἰτεῖν παρὰ τῶν Ἑλλανοδικῶν ἐπιτρέψαι τὴν θέαν αὐτῇ, τοὺς δὲ κωλύειν, φάσκοντας κατὰ νόμον, γυναῖκα μὴ θεωρεῖν τὸν γυμνικὸν ἀγῶνα. τὴν δὲ φῆσαι πρὸς αὐτοὺς, οὐκ ἴσην εἶναι ταῖς ἄλλαις γυναιξὶν, ἀλλὰ φέρειν πλέον τι, ταῖς προγονικαῖς ἀρεταῖς ἐπερειδομένην, καὶ δεῖξαι τάστε τοῦ πατρὸς καὶ τῶν ἀδελφῶν στήλας. καὶ οὕτω νικηθέντας τοὺς Ἑλλανοδίκας ἐπιχειρῆσαι καὶ συνήθειαν νόμου διαλῦσαι καὶ τῇ Ἀριστοπατείρᾳ τὴν θέαν ἐπιτρέψαι. *Poſtea etiam ejus* (Diagoræ) *filiam Ariſtopateiram Olympiam veniſſe & ab Hellanodicis petiiſſe ajunt, ut ſibi ſpectandi licentiam concederent, illos autem renuiſſe, ſecundum legem pronunciantes, mulier ne ſpectet ludos gymnicos! illam reſpondiſſe, ſe non eſſe parem cæteris mulieribus, ſed aliquid*

καιολογήσατο, πατέρα μὲν Ὀλυμπιονίκην ἔχειν, καὶ 6 τρεῖς ἀδελφοὺς, καὶ αὐτὴ παῖδα Ὀλυμπίων ἀγωνιστὴν, καὶ ἐξενίκησε 7 τὸν δῆμον, καὶ τὸν εἴργοντα 8 νόμον τῆς θέας τὰς

progressa in medium, rationem hanc in judicio allegavit, patrem se habere victorem Olympiorum, atque tres fratres, sed & ipsa filium *habere* Olympiorum athletam, & *ita* popu-

præcipui habere, majorum virtuti innixam, & monstrasse patris fratrumque statuas: atque ita victos Hellanodicas conatos esse etiam legis hujus usum abolere & Aristopateiræ spectandi locum dare. Pausanias eadem historia præmissa subjicit: ἐποίησαν δὲ νόμον εἰς τὸ ἔπειτα ἐπὶ τοῖς γυμναςαῖς, γυμνοὺς σφᾶς εἰς τὸν ἀγῶνα ἐσέρχεσθαι. *tulerunt legem de Athletis, ut in posterum nudi in certamen prodirent*, ne scilicet sequior sexus habitu virum mentiri & spectaculo obrepere posset. Statius *lib.* I. *Thebaidos :*

——— *exclusæque exspectant præmia matres.*

ubi Lactantius. *Sacrorum lege prohibitum est, Olympicum certamen spectare mulieres. Cereris* tamen *Sacerdotibus Olympiæ spectare* concessum erat *Neronis* tempore, qui *propterea & Virgines Vestales Romæ ad Athletatarum spectaculum invitavit.* Sueton. in *Vita Neron. cap.* 12. Augustus enim antea hoc spectaculo muliebrem sexum omnem submoverat, quod nudi Athletæ in certamen descenderent. Ad hanc legem Olympicam digitum intendit Noster *Hist. Anim. lib.* XI. *cap.* 8. ubi ait, *Muscas Olympiæ festo tempore sponte sua discedere, &, ut ita dicam, una cum mulieribus in ulteriorem Alphei ripam trajicere.* Philostrat. *lib.* VI. *de Vita Apollon. cap.* 5. KUHN.

Φερενίκη] Alii appellarunt hanc Καλλιπάτειραν, non quod duplex haberet illa Nomen, sed quod Scriptores quidam confuderint duas sorores, quarum altera fuit Καλλιπάτειρα, altera Φερενίκη, quæ, ut eundem Patrem & eosdem Fratres, sic pariter habuere Filium ἀγωνιστὴν Ὀλυμπίων & Ὀλυμπιονίκην, illa *Euclea*, hæc *Pisidorum.* Vide Pausan. *Eliac.* II. 7. Vixit autem post Athenas à Lysandro captas, ut liquet ex eo, quod frater ejus *Dorieus* Cononis Attici fuit æqualis, quod discimus ex *eodem* Pausaniæ *loco.* Pater ejus fuit *Diagoras* Rhodius, cujus in honorem Pindarus composuit *Oden Septimam Olympiorum*, ubi Vide Scholia. Reliqua hujus Capitis copiose & erudite illustrata dederunt Schefferus & Kuhnius: qui recte etiam observavit Nostrum à Pausania diversum discedere in eo, quod Noster Matrem dicat impetravisse copiam spectandi Olympia, ab initio, seu antequam Filius vicisset, quum adhuc esset Ὀλυμπίων ἀγωνιστής, necdum Ὀλυμπιονίκης. Pausanias vero Matrem tradat clam virili habitu spectasse Olympia, sed deprehensam post victoriam Filii causam dixisse apud Judices. PERIZ.

2 Τὸν υἱὸν] Πεισίροδον nomine, ut refert Pausanias, *Euclea* Valerius appellat. SCHEFF. Malim in Pausania Πεισίδωρος cum Amasæo interprete. Ita enim vocatur emendatè in *Eliacis posterioribus p. m.* 184. KUHN.

3 Ηὖρε εἰς Ὀλύμπια] Gymnastæ habitu. Per eum enim solebant athletæ in arenam adduci, ipsoque inspectante exerceri. SCHEFF.

4 Κωλυόντων δὲ αὐτήν] Quomodo? si virili habitu in arenam descendit? quod Pausanias testatur, nec à veritate alienum est. Quis enim credat, contra legem tam severam aperte acturam fuisse; Scribit autem nemini fuisse suspectam, donec viso filio victore vestem abjiceret, mulieremque se ostenderet. Tunc ad judices adductam tali oratione pœnæ sese exemisse. SCHEFF. Non est Noster cum Pausania committendus. ille enim aliter rem recenset ex alio utique auctore, qui sub viri habitu Pherenicem ludos clam spectasse voluit. Noster vero cum *Scholiis Pindari* sine furto omnia gesta scribit. KUHN.

5 Ἑλλανοδικῶν] Decem forte lecti ludis Olympicis præsidebant Hellanodicæ, *certaminis judices.* Philostrat. *lib.* III. *de Vit. Apollon.* ἡμεῖς δὲ καὶ τὰ Ἠλείων πάτρια Αἰγυπτίων ἀκούοντες καὶ τοὺς Ἑλλανοδίκας, οὓς φασὶν) τῶν Ὀλυμπίων δέκα ὄντας, οὐκ ἐπῃνοῦμεν, ἐπὶ τοῖς ἀνδράσι κείμενον. κλη-

τὰς γυναῖκας, καὶ ἐθεάσατο Ὀλύμπια.

pulum & legem evicit, quæ feminas à ſpectaculo arcebat, & ſpectavit Olympia.

κλήρῳ τε γὰρ ξυγχωρῶσι τὴν αἵρεσιν, ὃς προνοεῖ οὐδέν· καὶ γὰρ ἂν καὶ τῶν φαυλοτέρων τις αἱρεθείη ὑπὸ τοῦ κλήρου. εἰ δέ γε ἀριστίνδην ἢ καὶ κατὰ ψῆφον ᾑροῦντο τοὺς ἄνδρας, οὐκ ἂν ἡμάρτανον παραπλησίως. ὁ γὰρ τῶν δέκα ἀριθμὸς, ἀπαραίτητος ὢν, πλειόνων ὄντων ἀνδρῶν δικαίων, ἀφαιρεῖται ἂν ἐνίους τὸ ἐπὶ τούτῳ τιμᾶσθαι· ἢ οὐκ ὄντων δικαίων δέκα, οὐδεὶς δόξει, ὅθεν πολλῷ σοφώτερον ἐφρόνουν ἂν Ἠλεῖοι, ἀριθμῷ μὲν ἄλλοτε ἄλλοι ὄντες, δικαιότητι δὲ οἱ αὐτοί. Rhinuccinus vertit, imò pervertit. *Nos vero, qui Ægyptiorum ſacerdotibus eligendis conſuetudinem audivimus, & Græcorum etiam Judicum, quos decem ludis Olympicis præficitis.* Malim ita. *Nos vero, qui ex Ægyptiis de patriis Eliorum ritibus & Hellanodicis, quos decem præficiunt ludis Olympicis, aliquid, inaudimus, nequaquam laudamus legem viris illis latam, ſorti enim, quæ utique nihil videt, electionem permittunt. Sic enim vel peſſimus quiſque legi poterit. Sin autem judicio vel ſuffragio fieret electio, minus peccarent. Denarius enim, quem excedere non licet, plures alios, ſi boni viri fuerint, honore bonis juſtiſque debito defraudat, aut ſi nec decem illi juſtitiæ addicti fuerint, nemo eſſe juſtus videbitur. Magis itaque ſaperent Elii, ſi numerum quidem alium atque alium admitterent, juſtitiâ vero ſui ſemper ſimiles eſſent.* Interpres pudendo errore Ἠλεῖοι reddit, *Solis Sacerdotes.* cum tamen alibi reddat, *Elienſes.* KUHN.

6 Τρεῖς ἀδελφοὺς] Plinius *lib.* VIII. *cap.* 41. *Una Pherenice, quæ filia, ſoror, mater Olympionicarum.* SCHEFF. *Damagetum* ſcilicet, *Diodorum* & *Acuſilaum.* KUHN.

7 Τὸν δῆμον] Hic vero nihil notarunt Viri Doctiſſimi, nec docuerunt, quis ille ſit *Populus*, utrum eorum, qui ex omni Græcia venere ad Olympia, an civitatis Eleorum. Quod poſterius veriſſimum eſt. Elei enim erant ἄρχοντες καὶ ἡγεμόνες τῆς δὲ τῆς πανηγύρεως, *Arbitri & Duces iſtius conventus*, ut loquitur Dio Chryſoſt. in *Or. Olympica.* Atque ideo Hellanodicæ ex Eleis ſorte ducebantur, ac totidem, quot erant eorum tribus, ex unaquaque unus, Vide Pauſan. *Eliac.* I. 9. Hinc juſtitia & ſeveritas judicandi in hiſce ludis tribuitur ſemper Eleis. Plutarch. in *Apophth. Lacon.* narrat, Agidem Regem Laconum, *cum quidam laudarent Eleos*, ὅτι δικαιότατοί εἰσι περὶ τὸν ἀγῶνα τῶν Ὀλυμπίων, *quod juſtiſſimi ſint in Agone Olympiaco*, reſpondiſſe, *quid magnum aut mirum faciunt, ſi in quinque* (immo *quatuor*) *annis uno die juſtitia utantur?* Hellanodicæ illi judicabant ſeparati & diviſi in Ternos Homines, Alii de alio certamine, quod diſerte in *eodem* Pauſaniæ *loco* traditur. Ab eorum autem judicio provocabatur ad Βουλὴν Ὀλυμπικὴν, inque eo *Senatu* accuſari & damnari poterant ipſi Hellanodicæ, ſi parum recte judicaſſent, cujus rei exemplum habet Pauſan. *Eliac.* II. 3. Sed & Alii aliis de cauſis in eo judicabantur. Ita certe Xenophon, quod à Lacedæmoniis accepiſſet Scilluntem, *judicatus* dicitur *in illo Senatu*, κριθῆναι ἐν τῇ Ὀλυμπικῇ βουλῇ, & *veniam accepiſſe ab Eleis*, συγγνώμην τυχεῖν παρὰ Ἠλείων. Vide Pauſan. *El.* I. 6. Cæterum ſi quæ res eſſet majoris momenti, ad ipſum ea ferebatur *Populum* Eleorum. Sic quum Callippus Athenienſis mulctatus eſſet, eamque mulctam Athenienſes, miſſo Hyperide Oratore, remitti vellent, cauſa acta fuit apud Populum. Pauſanias *El.* I. 21. Athenienſes ait miſiſſe Hyperiden, πείσοντα Ἠλείους ἀφεῖναί σφίσι τὴν ζημίαν, *perſuaſurum Eleis, ut ſibi*, ſuam in gratiam, *remitterent illam mulctam.* Atque ideo illa Oratio Hyperidis, citata ab Harpocrat. *voce* Ἑλλανοδίκαι, titulum habet, ὑπὲρ Καλλίππου πρὸς Ἠλείους, *pro Callippo ad Eleos.* Neque aliter res geſta in hoc Pherenices caſu. Nam quia res ipſa erat contra leges, adeo, ut, ſi mulier deprehenſa eſſet ſpectare Olympia, ea de rupe Montis cujuſdam præcipitaretur, idcirco de ea re agi debebat cum ipſo Populo, qui ſolus poterat legibus ſolvere. Apud Pauſan. I. 6. additur, quod iidem, qui mulierem hanc abſolverunt, *fecerint* hac occaſione *legem in futurum de Gymnaſtis, ut & illi nudi ingrederentur locum certaminis*, quia Mater hæc Gymnaſtæ habitu latuerat. PERIZ.

8 Νόμον] Eleorum intelligit, ex qua de ſaxo dejiciebantur, ſi quæ ad Olympicum ſpectaculum veniſſent. Pauſanias *Meſſenicis:*

 Κατὰ

Κατὰ τὴν ἐς Ὀλυμπίαν ὁδὸν, πρὶν ἢ διαβῆναι τὸν Ἀλφειὸν ἐστὶν ὄρος ἐκ Σκιλλοῦντος ἐρχομένῳ πέτραις ὑψηλαῖς ἀπότομον, ὀνομάζεται δὲ Τυπαῖον τὸ ὄρος. κατὰ τούτου τὰς γυναῖκας Ἠλείοις ἐστὶν ὠθεῖν νόμος, ἢν φωραθῶσιν ἐς τὸν ἀγῶνα ἐλθοῦσαι τὸν Ὀλυμπιακόν. SCHEFF. Vid. & Leonicum Thomæum *lib.* II. *Var. Hiſtor. cap.* 55. KUHN.

ΚΕΦ. β'.

Περὶ Εὐβάτου σωφροσύνης.

[1] Εὐβάταν τὸν Κυρηναῖον ἰδοῦσα [2] Λαῒς ἠράσθη αὐτοῦ θερμότατα, καὶ περὶ γάμου λόγους προσή-

CAP. II.

De continentia Eubatæ.

Lais quum Eubatam Cyrenenſem vidiſſet, ardentiſſimo ejus amore capta fuit, & de nuptiis verba fecit.

1 Εὐβάταν τὸν Κυρηναῖον] Eſt apud Anonymum in Ὀλυμπ. G. Γ. quidam Εὔβατος Κυρηναῖος ſtadio victor, qui niſi fallor, apud Pauſaniam in *Eliacis* Εὐβώτας ſcribitur. Utrum is hic noſter ſit, eruditi inquirant. Nam Clemens *lib.* III. *Strom.* non Eubatam, ſed Ἀριστοτέλην Κυρηναῖον nominat, qui hæc fecit. Pro eodem habet Jonſius *lib.* I. *cap.* 12. *Hiſtor. Philoſoph.* qui ſimul & Xenophontem *lib.* I. *Hiſtor. Græc.* & Diodorum *lib.* XII. illius mentionem ait facere. SCHEFF. Vide Meurſium *de Archontibus lib.* III. *cap.* II. SCHEFF.

Εὐβάταν] Diverſis modis hoc Nomen ſcribitur. A Pauſania *Eliac.* II. 8. vocatur Εὐβώτας, à Xenophonte *Rer. Græcar. lib.* I. Εὐβότας, à Diodoro *lib.* XIII. *Olymp.* 93. Εὔβατος. Dicitur autem ab his, viciſſe Olympiade 93. at à Pauſania, *Olymp.* 104. qua alii Phociden Athenienſem viciſſe tradunt. Ad utramque Olymp. nominat Victorem, *Eubatum* vel *Eubotam*, *Cyrenæum*, Auctor Olympiadum. Non putem tamen, quod credidit Jonſius, eundem fuiſſe Hominem, qui curſu vicerit utraque Olympiade, quum interceſſerit ſpatium 44. annorum. Poſterior autem Olympias magis congruit in ætatem Laidis, quæ floruit tempore Ariſtippi, Diogenis Cynici, Demoſthenis, & Apellis pictoris. Cæterum Clemens Alexandr. *Strom. lib.* III. *p.* 447. eandem referens Hiſtoriam, Cyrenæum hunc appellat *Ariſtotelem*, quod jam obſervavit Jonſius *de Script. Philoſ. Hiſtoria* I. 12. quem vide. PERIZ.

2 Λαῒς] Meretrix hæc celebratiſſimæ fuit famæ apud Corinthios, ad quam ex omni Græcia ditiores amatores concurrebant, unde, & quia immane pretium poſcebat pro concubitu, ortum ajunt Græcum illud adagium, οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἐσθ' ὁ πλοῦς, *non cuivis contingit adire Corinthum*, vel potius, non cuivis viro datur ſperare copiam Laidis, & ea gratia contendere Corinthum. Vide Gellium *Noct. Att.* I. 8. Venuſta adeo fuit & pulchra, ut eam adirent Pictores, quando pulchritudinem perfectam pingere volebant, & maxime ejus ubera & pectus exprimerent, teſte Athenæo *lib.* XIII. *pag.* 588. Varia etiam & magnifica Græci Epigrammata in ejus formam compoſuerunt, ut videre eſt in *Anthologia lib.* III. Loquuntur autem Auctores, tanquam de una Laide, niſi quod Athenæus *lib.* XIII. *pag.* 574. memorat τὴν Λαΐδα τὴν νεωτέραν, cujus Mater fuerit Amica Alcibiadis jam exulis. Hæc *Lais junior* fuit celebris illa Corinthia, quam etiam Plutarchus in *Alcib. extr.* dicit Filiam fuiſſe iſtius Amicæ Alcibiadis. Sed tamen omnes hanc dicunt fuiſſe Corinthiam quidam appellatione & habitatione, ſed ortam Hyccaris oppido Siciliæ, unde ſeptennis delata ſit Corinthum, capta à Niciæ Athenienſis Militibus bello Siculo, Olympiade 91. Sic Pauſan. *Corinth. cap.* 2. Athenæus *d. l.* Schol. Ariſtoph. *ad Plutum pag.* 19. At minime convenit, ut quæ amata & deſiderata dicitur à Demoſthene, eumque per immane illud pretium repuliſſe, nata fuerit Olympiade 89. Sic

ἠνεγκεν. Ὁ δὲ φοβηθεὶς τὴν ἐξ αὐτῆς ἐπιβουλὴν, ὑπέσχετο ταῦτα δράσειν. 3 Ου μὴν ὡμίλησεν αὐτῇ ὁ Εὐβάτας, σωφρόνως διαβιώσας· 4 ἡ δὲ ὑπόσχεσις αὐτοῦ μετὰ τὴν ἀγωνίαν ἦν. Νικήσας οὖν, ἵνα μὴ δόξῃ διαφθείρας τὰς ὁμολογίας τὰς πρὸς τὴν ἄνθρωπον, εἰκόνα γραψάμενος τῆς Λαΐδος, εἰς τὴν Κυρήνην ἐκόμισε, λέγων, ἄγειν Λαΐδα, καὶ μὴ παραβῆναι τὰς συνθήκας. 5 Ανθ᾽ ὧν ἡ γυνὴ, ἡ νόμῳ γημαμένη αὐτῷ, 6 παμμέγιστον ἀνδριάντα ἐν Κυρήνῃ ἀνέστησεν, αὐ-

cit. At ille metuens ejus insidias, recepit sese id facturum. Neque tamen rem cum illa habuit Eubatas, constanti temperantia vitam agens: promissio vero illius spectabat tempus post certamen. Quum igitur vicisset, ne conventorum cum femina fidem fefellisse videretur, depictam Laidis imaginem deportavit secum Cyrenam, dicens, se Laidem ducere, & pacta non fregisse. Quam ob causam mulier, quæ ipsi lege nupserat, maximam ei statuam Cy-

Sic enim habuisset jam annos 37. antequam nasceretur Demosthenes, uti ostendit Palmerius *Exercit. ad Auctores Gr. pag.* 368. qui duas fuisse *Corinthias Laidas*, probare istic nititur. Et sane, si jam tempore Euripidis exstitit *Lais* quædam *Corinthia*, celebris meretrix, ut ex Machone liquet apud Athen. XIII. 5. Et, si Lais amata jam fuit ab Aristippo Cyrenaico, Socratis auditore, Platonis & Dionysii æquali, dicere solito, *Laidem se habere, non haberi ab ea*, teste Laertio, & Athenæo XII. II. sed &, si jam Aristophanes in *Pluto*, *Laida Corinthiam* nominavit, ut habuerunt Codices jam tempore Athenæi, qui tamen dubitat, *lib.* XIII. *pag.* 592. ut & Harpocration *v.* Ναΐς. an *Nais* sit istic potius legendum, tum vero prorsus assentiar Viris Doctissimis, qui duas statuunt. Tanto magis, quoniam Junior illa dicitur ab Athenæo *pag.* 588. etiam Phrynes, quæ post Alexandri mortem floruit, fuisse æmula. Adde, Juniorem hanc in flore ætatis exstinctam in Thessalia à mulieribus ὑπὸ φθόνου καὶ ζήλου, διὰ τὸ κάλλος, *ex invidia & æmulatione, propter pulchritudinem ejus*, ut loquitur Plutarchus Ερωτικῷ *pag.* 768. Vide & Schol. Aristoph. *p.* 20. Ex quo liquet, non fuisse igitur unam modo, quæ eadem floruerit jam tempore Euripidis & Aristophanis, & tamen pervenerit ad ætatem Demosthenis, ac tunc demum, & ex æmulatione quidem, ab aliis mulieribus fuerit occisa. Crediderim ergo fuisse & Antiquiorem *Laidem*, cujus meminerit Aristophanes inter Corinthias meretrices, & hanc Juniorem, sed quæ serius fuerit nata, & serius Corinthum venerit ex Sicilia, quam traditur à Pausania, & in Scholiis Aristoph. Nempe, verisimilius est, quod eadem Scholia *pag. seq. seu* 20. tradunt matrem ejus à Philoxeno Dithyrambico, cui eam dederit Dionysius, abductam demum esse Corinthum, & istic celebrem evasisse, cujus tamen famam dein superaverit hæc ejus Filia Lais. Sed quod addunt, matrem etiam ab Alexandro Corinthi amatam, & cum eo inde in Persas profectam, id iterum ratio ætatis haudquaquam fert, & credo id ex eo ortum, quod Alii tradiderunt, eam cum Alcibiade in Asiam abiisse. Vocat autem eam Athenæus *Damasandram*, Plutarchus *Alcib. extr. Timandram*, at Schol. Aristoph. *Epimandram*. Ceterum amavit Lais, avara licet & fastidiosa, etiam alios, non modo illa prior Eubatan hunc, sed & posterior hæc Thessalum illum, quem in Thessaliam fuit secuta. Periz.

3 Ου μὴν ὡμίλησεν &c.] Scilicet rem cum ea ne haberet ante certamen, pactus est diserte prorsus, ut sequitur. Ratio est, quod in hisce ludis,

Qui cupit optatam cursu contingere metam,
Abstinuit Venere & vino.

De continentia eorum, qui se præparabant hisce certaminibus, vide me *supra ad* III.

 30.

αὐτὸν ἀμειβομένη τῆς σωφροσύνης.

Cyrenæ ponendam curavit, *hunc honorem* rependens illi propter iſtam temperantiam.

30. & *infra* XI. 3. atque ibi Schefferum & Kuhnium. PERIZ.

4 Ἡ δ᾽ ὑπόσχεσις αὐτοῦ] Pædotribæ, quod viderent venerem imbecilla & pigra reddere corpora, Athletis & ſimilibus continentiæ legem præſcribebant, ſecundum quam viventes aliqui perpetuo ab ea abſtinuere, uti patet exemplo *lib. ſequentis cap.* 3. & *Cryſſonis*, *Aſtylli*, & *Diopompi* apud Platonem *lib.* VIII. *de LL.* Caſſianus *de Spiritu fornic. cap.* 7. *In tantum ſe mundos a coitus pollutione cuſtodiunt athletæ, ut cum ſe præparant ad agonum certamina, ne qua forſitan per ſomnium nocturna deluſi fallacia vires minuant, multo tempore conquiſitis laminis plumbeis renum contegunt loca, quo ſcilicet metalli rigore genitalibus membris applicito obſcœnos humores valeant inhibere.* Et innuit Plutarchus *lib de Adulat. & amic. diſcr.* quando ait: *Adulatorem, qui in minimis eum reprehendit, cui adulatur, maxima autem præterit, facere* quod ἀλείπτης ἀθλητὴν ἐῶν μεθύειν καὶ ἀκολασταίνειν. Secutus igitur hanc legem Eubates differre ſe concubitum ſimulavit, donec victor coronam Olympicam obtinuiſſet. Adde, quæ leguntur apud Clementem *loco ante indicato*, & Fabr. *lib.* III. *Agon. cap.* 4. vide quoque dictum Diogenis apud Stobæum *ſermon.* V. cujus ſenſum Interpres non eſt aſſecutus. SCHEFF.

5 Ἀνθ᾽ ὧν γυνὴ &c.] Repoſui ex MSS. & Edd. priſcis ἡ γυνὴ, ἡ νόμῳ γημαμένη. Prius ἡ exciderat ex omnibus Schefferi & poſtremis Edd. Dicitur autem eleganter ἡ νόμῳ γημαμένη h. e. *ex legibus nupta illi*, quia verbum γαμεῖσθαι etiam de quovis concubitu adhibetur. Sic apud Antonin. Lib. *fab.* 20. Coronis Phlegyæ F. dicitur γαμηθεῖσα Ἀλκυονεῖ, *concubuiſſe cum Alcyoneo.* Vide Munkerum *ad Fab.* I. Minime ergo otioſum hic eſt illud νόμῳ. PERIZ.

6 Παμμέγιστον] Uterque Codex μέγιστον.

ΚΕΦ. γ΄.

Περὶ ζώων τινων ἰδιότητος.

[1] Τὰ τῶν περδίκων νεόττια, [2] ἐπειδὰν τάχιστα τοὺς πόδας ἔξω ποιήσῃ τοῦ λέμματος, ἐντεῦθεν ἤδη δρομι-

CAP. III.

De quorundam animalium propria natura.

Perdicum pulli, ſimulac primum pedes exſeruerunt extra corticem *ovi*, jam ex eo currere valent quam

1 Τὰ τῶν περδίκων] Idem noſter *lib.* IV. *Hiſt. Anim. cap.* 12. & *cap.* 42. SCHEFF. His gemina germana ſunt quæ legimus apud Max. Tyrium *diſſert.* 28. τὰ ζῶα αὐτοδίδακτα πρὸς τὰ ἑαυτῶν ἔργα, καὶ οὐδεὶς εἰπεῖν ἔχει διδασκάλους, οὐ λεόντων πρὸς ἀλκὴν, οὐκ ἐλάφων πρὸς φυγὴν, οὐχ ἵππων πρὸς δρόμον· ἀλλὰ καὶ ὀρνίθων γένος αὐτοδίδακτον, ἐπ᾽ ἄκρων φυτῶν ἐμηχανήσατο καλιὰς αὐτουργῷ τέχνῃ, καὶ ἀράχναι αὐτοφυεῖ μίτῳ θήρατρα ἐν ἀέρι, καὶ ἑρπετὰ φωλεοὺς καὶ ἰχθύες χηραμοὺς, καὶ ὅσαι ἄλλων ζώων τέχναι πρὸς σωτηρίαν ἑκάστῳ σύμφυτοι γένει. *Non habent animalia doctorem, à quo ad ſua munia rite obeunda formentur, nec eſt, qui præceptores indicare poſſit, qui leonibus ad robur, cervis ad fugam, aut equis ad curſum viam præmonſtraverint: quin imo & aves doctrinæ haud egentes in ſummis arboribus arte ſpontanea nidos conſtruunt, & araneæ*

μικώτατά εἰσι. 3 Τὰ δὲ τῶν νηττῶν νεόττια, ὅταν ἴδῃ φῶς, παραχρῆμα 4 ἐξ ὠδίνων νήχεται. Καὶ οἱ 5 τῶν λεόντων δὲ σκύμνοι 6 καταγράφουσι τοῖς ὄνυξι τὰς μήτρας τῶν μητέρων, πρὸς φῶς ἐπειγόμενοι.

ΚΕΦ.

quam maxime. Anatum vero pulli, quum aspexerunt lucem, statim post partum natant. Leonum quoque catuli matrum uteros scalpunt unguibus, ad lucem festinantes.

CAP.

neæ nativo filamento retia in aere suspendunt, & lustra serpentes & latibula pisces naturâ duce confecerunt, & si quæ aliæ animalibus dotes artesque ad sui conservationem à natura insitæ sunt. φύσιες τῶν ζώων ἀδίδακτοι, rotunde inquit magnus Hippocrates. Plin. in *proœm. lib.* VII. conqueritur, *cætera* (animalia) *sentire naturam suam, alia pernicitatem usurpare, alia præpetes volatus, alia vires, alia nare. Hominem scire nihil sine doctrina, non fari, non ingredi, non vesci* &c. imo & homo ἀδίδακτος est si *naturales*, quas vocant, *potentias* respicias. οὐ γὰρ ἐκ τοῦ πολλάκις ἰδεῖν ἢ πολλάκις ἀκοῦσαι, τὰς αἰσθήσεις ἐλάβομεν· ἀλλ' ἀνάπαλιν, ἔχοντες ἐχρησάμεθα, οὐ χρησάμενοι ἔσχομεν. *non enim ex eo, quod sæpe aliquid vidimus aut audivimus, sentiendi facultatem accepimus, hausimus, expressimus, sed vice versa, cum ante haberemus, eâ usi sumus, non vero, postquam usi sumus, habuimus*, Aristot. *lib.* II. *Ethic. cap.* I. & *lib.* II. *de Anim.* Quibus adde jambos, quos Philes habet in *Histor. Zoica* de perdicum pullitie:

Ἐπείγεται γὰρ ἐκθορεῖν πρὸ τοῦ χρόνου,
Καὶ μικρὸν ἐκκύπτοντα κινεῖται πλέον.
Καὶ θλίβεται μὲν δυσχερῶς τὸ θελγκίον,
Ἐξίπταται δὲ καὶ βαδίζει καὶ τρέχει
Ἰσχνῶς τὰ λεπτὰ κακκαβίζοντα βρέφη.

Bersmannus ita vertit,

Namque ante tempus gestiunt procurrere,
Parum eminentes & moventur amplius,
Ovique fracto protinus munimine
Mox caccabantium evolat manus levis,
Ferturque gressus impigro conamine.

& *cap.* XII. de Anate

Τίς νῆτταν, ὦ βασιλεῦ, ἰδὼν μὴ θαυμάσῃ;
Ἡ νήχεται μὲν ἐμπεσοῦσα εἰς ὕδωρ
Πρὶν τοῦγε μαθεῖν ἐν σχολῇ διδασκάλου.

quod Interpres reddit

Anatem quis, ô Rex, non stupescat intuens
Nantem prius, quam nare didicit in schola,
Docta à magistro? KUHN.

2 Ἐπειδὰν τάχιστα &c.] Res profecto mira, quam perperam hæc acceperint Viri Doctissimi in Indice. Schefferus ex hoc loco istic nobis exhibet τάχιστος τοὺς πόδας. Kuhnius id non agnoscit, sed relegat nos ad Verbum ποιέω, ubi absque ἐπειδὰν, phrasin hanc ita effert, τοὺς πόδας τάχιστα ἔξω τοῦ λέμματος ποιεῖν. At vero ἐπειδὰν τάχιστα separari nequeunt, & per se subsistunt, notantque *simulac primum.* Sic Lucianus *de Morte Peregr. non longe ab initio*, ἐπεὶ τάχιστα ἀφικόμην &c. ἐπήκουον, *simulac primum veni, audiebam.* Sed res est notissima. Vide Vigerum *de Idiotismis, cap.* VII. *Sect.* 6. PERIZ.

3 Τὰ δὲ τῶν νηττῶν] Noster *lib.* V. *Histor. Anim. cap.* 33. SCHEFF.

4 Ἐξ ὠδίνων νήχεται] *Hist. Anim.* V. 33. de Anate, ἐξ ὠδίνων ἐστὶ νηκτικὴ, h. e. *natare potest, perita est natandi, à partu.* PERIZ.

5 Τῶν λεόντων] Ut quidem ait Herodotus in *Thalia*, & ex eo Gellius *lib.* XIII. *cap.* 7. itemque Plinius *lib.* VIII. *cap.* 16. Nam alias ipse noster habet pro fabula *lib.* IV. *Histor. Anim. cap.* 34. Aristotelem secutus, ut opinor, quem & Plinius laudat. SCHEFF. Bochart. vide sis in *Hieroz. P.* I. *p.* 472. KUHN.

6 Καταγράφουσι] Interpres *stimulant. Nullo sensu*, ut ait Kuhnius in Indice, vertens *dilacerant.* Sed hoc nimium. Sensus Verbi est, *scalpunt, vellicant, fodicant.* Catullus eodem sensu dixit *conscribillare flagellis.* Rem ipsam explodit Auctor *Hist. Anim.* IV. 34. de quo vide hic Schefferum; sed qui male Gellium quoque Auctorem laudat. PERIZ. Recte omnino Cl. Schefferus allegavit Gellium, apud quem *lib.* XIII. *cap.* 7. hæc verba ex Herodoti *libro* III. excerpta leguntur in Editione Vascosani, & Brixiana aliisque: ἐπεὰν ὁ σκύμνος ἐν τῇ μήτρῃ ἐὼν ἄρχεται διακινεόμενος, ὁ δὲ ἔχων ὄνυχας θηρίων πολλὸν πάντων ὀξυτάτους, ἀμύσσει τὰς μήτρας.

ΚΕΦ. δ'.

Περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου ταχυεργίας.

Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου ¹ τρὶς τετρακόσια στάδια ἐφεξῆς μεθ' ὅπλων ὁδοιπορήσας, συμβαλὼν τοῖς πολεμίοις, ² πρὶν ἀναπαῦσαι τὸ στρατόπεδον, ἐκράτησε τῶν ἐχθρῶν.

CAP. IV.

De Alexandri in rebus conficiendis celeritate.

Alexander, Philippi *filius*, quum quadringentorum ſtadiorum tribus vicibus continuis iter armatus feciſſet, concurrens cum hoſtibus, antequam quietem daret exercitui, vicit inimicos.

1 Τρὶς τεσσαρακόσια] Adde Juſtinum *lib.* XI. *cap.* 8. Curtium *lib.* VIII. *cap.* 2. ubi Clariſſ. Freinshemius monet, noſtrum τρὶς non *ter*, ſed *tertium* vertendum eſſe: tertium quadringentis ſtadiis continuo itinere confectis, totidem cum hoſte prælium iniit. SCHEFF. Arrianus *lib.* III. *p.* 211. διελθὼν δὲ τῆς νυκτὸς σταδίους ἐς τετρακοσίους ὑπὸ τὴν ἕω προστυγχάνει τοῖς βαρβάροις ἀτάκτως ἰοῦσι καὶ ἀνόπλοις, *noctu vero quadringenta emenſus ſtadia*, *ſublucente aurora*, *barbaros incompoſite progreſſos inermesque aſſecutus eſt.* pro Interpretis *quatuordecim*, *quadringentis* reponendum duxi. Claudius Minos *Comment. in* III. *Embl. Alciati*, *ter decem* ſtadia Alexandrum continuo itinere confeciſſe ait, cum tamen ſtatim ſubjungat Græca Auctoris verba, τρὶς τεσσαρακόσια στάδια. KUHN.

Τρὶς τεσσαρακόσια &c.] Turbavit hic locus miris modis Editores. MSti diſerte τρὶς υ h. e. τετρακόσια. Quamobrem miror, unde Camillus Peruſcus hauſerit ſuum τρὶς δέκα, quod ex Romana illa repetiit Baſileenſis editio, & Verſione ſua expreſſit Vultejus, vertens, *Ter decem*. Geſnerus in Textum immiſit τεσσαρακόσια, ſed, quod miror, majore Verſionis reverentia ductus, ſervavit illud *ter decem*; tantum Margini adſcripſit *ter quadringentis*. Secuti ſunt ejus exemplum reliqui, uſque ad Schefferum. Is vero in prima Editione, Geſneri notam marginalem prorſus prætermiſit, ac retinuit *ter decem*, at in Secunda, neſcio quî aut unde, edidit *quatuordecim*. Et hoc tamen, tam abhorrens à Græcis, incredibili negligentia admittere potuit etiam Faber. Kuhnius tandem *pro Interpretis* (debuiſſet dixiſſe *Schefferi*) *Quatuordecim*, ait *Quadringentis ſe reponendum duxiſſe.* Sed etiam ita nullam habet rationem τοῦ Τρὶς, in quo tamen vel præcipua eſt Emphaſis. Studui ergo etiam hic emendata Verſione, veram, quam proxime potui, Auctoris mentem exprimere, quæ eſt, Alexandrum tribus ſingulis diebus, iiſque continuis, confeciſſe cum armato exercitu quadringenta ſtadia, ſeu tribus illis diebus pariter ſumptis mille & ducenta ſtadia. Vocula τρὶς referenda eſt ad ἐφεξῆς ὁδοιπορήσας, & ſic nulla ſupereſt hæſitationis cauſa. Auctori viſum eſt notatu dignum, quod cum ita fatigaſſet exercitum tribus continuis diebus, nihilo tamen minus cum iſto exercitu, nulla quiete refecto, auſus fuerit cum hoſte confligere. *Quadringenta ſtadia* faciunt 50000 paſſuum. Uſitatum ſpatium, quod uno die conficere ſolet exercitus in longo itinere, eſt 150. ſtadiorum, ut docet nos Herodotus V. 53. At immane quantum exſuperat hoc ſpatium, etiam illud Alexandri, quod legimus apud Tacitum *Ann.* XI. 8. de Bardane Partho, qui cum exercitu, ſed Parthico, h. e. Equeſtri, *biduo tria millia ſtadiorum invadit.* Verum, ut monet iſtic Lipſius, haud dubie noctes quoque aſſumptæ ad illum curſum. De Cæſare notat Suetonius *cap.* 57. eum *expeditum*, *meritoria rheda*, *centena paſſuum*

millia

millia in singulos dies confecisse, h. e. octingena stadia: sed & hanc *incredibilem celeritatem* ille appellat. Milites quoque Romani sub Constantio multo jam die, quum fugientes Persas insequerentur, decucurrisse dicuntur 150. *stadia* à Libanio in *Basilico*, vel *Centum* ab Juliano *Orat.* I. *pag.* 14. ubi Vide Illustriss. Spanhemium. PERIZ. ἐφεξῆς abest ab utroque MS.

2 Πρὶν ἀναπαῦσαι τὸ στρατόπεδον] Male etiam hoc versum, *priusquam quietem caperet Exercitus.* Ἀναπαῦσαι est Activæ significationis, & sensus est, *antequam quietem daret exercitui Alexander.* Exciderat etiam ex Kuhniana Ed. in *seqq.* articulus τοῦ, quem restitui. PERIZ.

ΚΕΦ. ε'.

Περὶ τυράννων ἐκ τῶν τοῦ Αἰσώπου.

1 Φρύγιος οὗτος λόγος· ἐστὶ γὰρ Αἰσώπου τοῦ Φρυγός· 2 Τὴν ὗν, ἐάν τις ἅψηται αὐτῆς, βοᾷν, καὶ μάλα γε εἰκότως. Οὔτε γὰρ ἔρια ἔχει,

CAP. V.

De tyrannis ex Æsopi scriptis.

Phrygia est hæc narratio: est enim Phrygis Æsopi: Suem, si quis eam apprehendat, vociferari, idque non temere. Etenim ne-

1 Φρύγιος οὗτος λόγος &c.] Caput hoc descripsit Stobæus totum, *Sermone* CXLVIII. sed ita, ut omnia paulo plenius & planius connectat. Quapropter integrum hic exhibebo locum, ut cuivis prompta sit copia conferendi, ac dijudicandi, utrum Æliani Codices corrupti sint & mutilati, an vero Stobæus de suo locutionem ac constructionem expleverit. Sic ergo ille, Φρύγιος οὗτος λόγος· ἔστι γὰρ Αἰσώπου τοῦ Φρυγός. Ὁ δὲ λόγος φησὶ, τὴν ὗν, ἐὰν αὐτῆς τις ἅψηται, βοᾷν, καὶ μάλα γε εἰκότως. Οὔτε γὰρ ἔρια ἔχει ὗς, οὔτε γάλα, οὔτε ἄλλο τι πλὴν τῶν κρεῶν. Παραχρῆμα οὖν ὀνειροπολεῖν τὸν θάνατον, εἰδυῖαν εἰς ὅ, τι τῶν χρησίμων αὐτὴ πέφυκε λυσιτελὴς εἶναι. Ἐοίκασι δὲ τῇ ὑῒ τῇ Αἰσώπου οἱ τύραννοι, ὑποπτεύοντες καὶ δεδοικότες πάντα. Ἴσασι γὰρ, ὅτι, ὥσπερ οὖν αἱ ὗς, ὀφείλουσι καὶ ἐκεῖνοι τὴν ψυχὴν πᾶσι. Vides hic primum addi ὁ δὲ λόγος φησὶ, de quo Schefferus ait, *Non dubitabunt etiam Nostrum sic scripsisse, qui hunc locum cum aliis ipsius conferent.* Et sane sic Noster III. 35. Λόγος δέ τις διαῤῥεῖ, καὶ οὗτος Ἀττικὸς, ὅς λέγει &c. Atque ita & I. 15. & *cap.* 19. additur λέγων, λέγει. Sed & illud omittit sæpe, inprimis quando additur οὗτος. Sic I. 32. Λόγος οὖν καὶ οὗτος Περσικός. Φασὶν ἄνδρα Πέρσην &c. XIII. I. Λόγος οὗτος Ἀρκαδικὸς ὑπὲρ τῆς Ἀταλάντης. Ταύτην ὁ Πατὴρ γενομένην ἐξέθηκεν. Intelligitur in his ἐστι, quod exprimitur V. 4. Ὅτι ἀναθῆλαι λόγος ἐστι Δήλιος φυτὰ ἐν Δήλῳ, ἐλαίαν καὶ φοίνικα. Ut adeo utrovis modo loqui hic potuerit Auctor, & alias locutus sit. Λόγος in his est idem, quod Latinis *Fabula*, h. e. narratiuncula vulgaris, singularis rei aut facti. Et hinc pro ipso Facto, *supra* II. 4. εἶπε τὸν ἐξ ἀρχῆς λόγον, *dixit rem totam ab initio.* Sed & ideo, sicut Latini aliquid rejicientes dicunt *Fabulæ*, Terent. *Andr.* I. 3. sic Græci Λόγοι, quod ipsum ab his accepere etiam Latini, ut ex Plauto & Terentio constat. Vide in *Phorm.* III. 2. 8. *Logi.* PERIZ.

2 Τὴν οὖν] Stobæus qui *serm.* XLVII. hunc locum descripsit, quædam verba præmittit: ὁ δὲ λόγος φησὶ τ. υ. &c. Non dubitabunt nostrum sic scripsisse, qui hunc locum cum aliis ipsius conferent. Mox inter ea verba, οὔτε ἄλλό τι, hæc interponit, οὔτε γάλα, post addit, πλὴν τῶν κρεῶν. Παραχρῆμα οὖν ὀνειροπολεῖ &c. Judicent hic eruditi, num de suo Stobæus hæc adjecerit, an lacuna sit in Æliani textu. Certe quomodo illud καὶ prioribus cohæreat, non satis scio, & sententia ipsa amplius quid postulare videtur, quam hodie in Æliani codicibus reperitur. Mox ex eodem auctore duo vocabula ὅ, τι, quæ in vulgatis commate distinguuntur, conjungo. Pro χρησ-

ἔχει, οὔτε ἄλλο τι· [3] καὶ ὀνειροπολεῖ εὐθὺς τὸν θάνατον, [4] εἰδυῖα εἰς ὅ, τι τοῖς χρησομένοις λυσιτελεῖ. Ἐοίκασι δὲ τῇ [5] ὑὶ τοῦ Αἰσώπου οἱ Τύραννοι, [6] ὑποπτεύοντες καὶ δεδοικότες πάντα. Ἴσασι γὰρ, ὅτι, [7] ὥσπεροῦν ἡ ὗς, [8] ὀφείλουσι καὶ ἐκεῖνοι τὴν ψυχὴν [9] πᾶσιν.

neque lanam habet, neque quidquam aliud: & ſtatim *ideo* mortem ſuſpicatur, non ignorans quouſque uſui ſit utentibus. Similes autem ſunt Sui Æſopicæ Tyranni, ſuſpicantes & metuentes omnia. Sciunt enim, ſicut ſuem, ita etiam ſe, vitam debere omnibus.

συμβίοις, habet ἐς ὅ, τι τῶν χρησίμων αὐτὴ πέφυκε λυσιτελὴς εἶναι. pro οἱ ὗς, αἱ ὗς. SCHEFF. Locus extat in Stobæo *Serm.* CXLVIII. *Edit. Wechelianæ.* cæterum ὅ, τι per diſtinctionem, nullatenus conjungendum eſt vel in Noſtro vel Stobæi codice, ut ſola αὐτοψία docebit. Cæterum apud Porphyrium *lib.* I. περὶ ἀποχ. ἐμψυχ. hoſtes ξηροφαγίας dicunt. οὐδέ ἐστι χρήσιμον πρὸς ἄλλό τι ὗς, ἢ πρὸς βρῶσιν. Φοίνικες δὲ καὶ Ἰουδαῖοι ἀπέχοντο, ὅτι οὐδ᾽ ὅλως ἐν τοῖς τόποις ἐφύετο. *nec ad aliud quid ſus facit, quam ad cibum; Phœnices autem & Iudæi abſtinuerunt, quia apud illos planè non naſcitur.* & *lib.* III. Chryſippi ῥῆσιν hunc in modum affert. ἡ δὲ ὗς &c. οὐ δὶ ἄλλό τι πλὴν θύεσθαι ἐγεγόνει, καὶ τῇ σαρκὶ τὴν ψυχὴν ὁ θεὸς οἷον ἅλας ἐνέμιξεν, εὐοψίαν ἡμῖν μηχανώμενος. *Sus autem non propter aliud quam ut mactetur, nata eſt, & Deus carnem, animâ ipſi pro ſale datâ, ad bonum nobis obſonium præparavit.* vid. Ciceronem *lib.* V. *de fin. bon.* & *mal.* & ibi Gothofred. KUHN.

3 Καὶ ὀνειροπολεῖ &c.] Ut proximis ſuperioribus addidit Stobæus, quæ ſenſum reddunt longe diſertiorem, ſed quæ tamen, ut omnia ſibi conſtent, abeſſe etiam poſſunt, ita hic multo eſt expreſſius, quod pro Καὶ exhibet παραχρῆμα οὖν. Certe ſi recte ſe habet illud Καὶ in Codd. Æliani, per οὖν exponi debet. Atque ita Anton. Liber. *fab.* XI. ἐπεὶ δὲ λόγον ἀχρεῖον ἀπέρριψαν, ὅτι πλέον ἀλλήλους Ἥρας καὶ Διὸς φιλοῦσιν, Καὶ Ἥρα μεμψαμένη τὸν λόγον ἔριν αὐτοῖς ἔπεμψε, *quum vero vanum effudiſſent ſermonem, quod magis ſe invicem amarent, quam Juno & Jupiter, Ideo Juno, vitio vertens hunc ſermonem, Litem in eos immiſit.* Et *fab.* XIX. *Jupiter quum intonuiſſet, vibrabat in eos fulmen: Parcæ vero & Themis vetuerunt: non enim fas erat mori quenquam iſto in loco:* Καὶ ὁ Ζεὺς πάντας αὐτοὺς ἐποίησεν ὄρνιθας, *Ideo Jupiter omnes eos fecit aves.* Vide & Noſtrum XIII. 42. & XIV. 15. Quia tamen nimis hic jejunum videtur ſolum illud καὶ, crediderim Ælianum ſcripſiſſe, ut ſolet, καὶ οὖν καὶ. Sic I. 3. σοφόν τι ἄρα χρῆμα ἦν γένος βατράχων Αἰγυπτίων, καὶ οὖν καὶ τῶν ἄλλων ὑπερφέρουσι κατὰ πολύ. Et *cap.* 10. οἱ Κρῆτές εἰσι τοξεύειν ἀγαθοὶ, καὶ οὖν καὶ τὰς αἶγας βάλλουσιν ἐπ᾽ ἄκροις νεμομένας τοῖς ὄρεσι. PERIZ.

4 Εἰδυῖα εἰς ὅ, τι τοῖς χρησομένοις λυσιτελεῖ] Hæc vero non opus fuerat mutari à Stobæo, quum ſatis planum & idoneum habeant ſenſum, quem tamen non perceperunt Editores, vertendo, *non ignorans, ſe ipſam uſui eſſe utentibus.* Id enim ſunt & oves, & alia pecora, quæ non ita clamant. Immo vero, quo magis vario erant uſui, eo ipſo minus clamabant. Sues vero, quia nulli ſunt uſui utentibus vivæ, ideo arreptæ continuo mortem ſibi augurantur, quâ ſolâ uſui eſſe poſſunt. Verte igitur, *ſciens, quo uſque*, vel *ad quid, uſui ſit utentibus*, ſcilicet ad mactandum ſe tantummodo & comedendum. IDEM.

5 Ὑὶ τοῦ Αἰσώπου] Sluisk. Med. I. & Regius Strategi τῇ ὑὶ τῇ Αἰσ. Atque ita Stobæus quoque Lugd. & Regii duo τῇ ὑὶ τῇ τοῦ Αἰσ. Priſcæ Edd. ante Schefferum τῇ ὑὶ τοῦ Αἰσ. Quod reſtitui, nihil contradicturus, ſi quis ſequi malit Stobæum, & MStos illi aſſentientes. IDEM.

6 Ὑποπτεύοντες καὶ δεδοικότες] Ita Cicero *lib.* III. *de Offic. Angores in iis, ſolicitudines, diurni & nocturni metus, vita inſidiarum periculorumque pleniſſima.* Vide Lipſium *Polit. lib.* VI. *cap.* 5. SCHEFF. Bene Plato *lib.* XIX. *de Republ.* ἔστιν ἄρα τῇ ἀληθείᾳ, κἂν εἰ μή τῳ δοκῇ, ὁ τῷ ὄντι τύραννος τῷ ὄντι δοῦλος. *Res ipſa ſane eſt, quamvis ſecus alicui videri poſſit, quod verus Tyrannus, purus putus ſervus ſit.* KUHN.

7 Ὡσπεροῦν οἱ ὗς] Habuimus in ſuperioribus ſem-

semper τὴν ὗν. Atque ideo, & quia uterque Codex Meus, ut & Med. 1. ac Regii omnes, hic habent, ἡ ὗς, id reposui. Stobæus ᾗ ὗς, quod rectius etiam est vulgato. PERIZ.

8 Ὀφείλουσι καὶ ἐκεῖνοι τὴν ψυχὴν] Hoc Latine expressit Terentius, sed sensu longe diverso, *Phorm. Act.* IV. *Sc.* 3. *v.* 56. *Quid si animam debet.* ubi Donatus. *Græcum proverbium,* καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν ὀφείλει.

9 Πᾶσι] Ita homines erectioris animi statuebant, etiam singulis tyranni interficiendi potestatem esse. Quintil. *Declam.* CCLXXIV. *Hominem occidere non licet, Tyrannum licet. Insidiatur civi, etiamsi non effecerit scelus, pœnas tamen legibus solvet: at qui hoc idem adversus tyrannum fecerit, etiamsi deprehensus fuerit, laudabitur.* SCHEFF.

ΚΕΦ. ϛʹ.

Περὶ ἀνδρῶν λεπτῶν.

[1] Ἐκωμῳδοῦντο εἰς λεπτότητα [2] Σαννυρίων ὁ κωμῳδίας ποιητὴς, καὶ [3] Μέλιτος ὁ τραγῳδίας ποιητὴς, καὶ [4] Κινησίας κυκλίων χορῶν, καὶ

CAP. VI.

De viris exilibus & macris.

Irridebantur in Comœdia propter gracilitatem Sannyrio comicus poëta, Melitus tragicus, Cinesias circularium saltationum poëta, & Phi-

1 Ἐκωμῳδοῦντο] Ab Aristophane videlicet, in Gerytade comœdiâ, ut testatur Athenæus *lib.* XII. *cap.* 13. ubi habes omnia hujus capitis. SCHEFF. *Lib.* II. *Epigram. Græcorum* satis defricatos habebis junceos illos & μονογράμμους homines, qui *pectus cicadæ crusculumque formicæ habent*, adde Eustathium *in Iliad. p.* 1288. *Edit. Rom.* & quæ olim notata in Pollucem de Cinesiâ. Junium quoque *Cent.* VIII. *Adag.* 76. Antisthenes Cephisodotum τὸν λεπτὸν λιβανωτῷ εἴκασεν, ὅτι ἀπολλύμενος εὐφραίνει. *gracilem illum comparavit cum thure, quod, dum perit, delectat.* Aristot. vide Nonium in *Monogrammi p. m.* 503. KUHN.

2 Σαννυρίων ὁ κωμῳδίας] Imo ὁ τραγῳδίας, nisi quis falsum dicat Aristophanem. Sic enim de quibusdam macilentis,

Καὶ τίνες αὖ εἶεν πρῶτα μὲν Σαννυρίων
Ἀπὸ τῶν τραγῳδῶν. ἀπὸ δὲ τῶν τραγικῶν χορῶν
Μέλιτος. ἀπὸ δὲ τῶν κυκλικῶν Κινησίας.

Sed cum nostro facit Scholiastes hujus poëtæ. καὶ αὐτὴ γὰρ, ait, ἡ παλαιὰ ἑαυτῆς διαφέρει. καὶ γὰρ οἱ ἐν Ἀττικῇ πρῶτον συστησάμενοι τὸ ἐπιτήδευμα τῆς κωμῳδίας (ἦσαν δὲ οἱ περὶ Σαννυρίωνα) καὶ τὰ πρόσωπα εἰσῆγον ἀτάκτως καὶ μόνος ὁ γέλως τὸ κατασκευαζόμενον. Adde etiam Suidam. Meminit & Pollux Poëtæ hujus, sicut alias, ita præsertim *lib.* X. *cap.* 52. ubi eum a Strattide κάνναβον vocatum scribit διὰ τὴν ἰσχνότητα. Est autem κάνναβος lignum, cui lutum applicant imaginum fictores. SCHEFF.

Σαννυρίων ὁ Κωμῳδίας] Recte ita. Fuit enim Veteris Comœdiæ Poëta, Aristophanis & hujus Meliti æqualis, quem ipse Sannyrion appellavit τὸν ἀπὸ Ληναίου νεκρὸν, *Cadaver ex Lenæo*, ut ex Athenæo XII. 13. discimus. Comœdiam ejus, Γέλωτα, citant idem Athenæus & Pollux. Vide & Suidam. Emendanda ergo sunt verba Aristophanis apud Athenæum *d. l.* partim ex Nostro, qui Eum Etiam hic sequitur ac descripsit, partim ex Aliis. Nam pro eo, quod istic legitur Σαννυρίων ἀπὸ τῶν τραγῳδῶν, reponendum est sine hæsitatione ἀπὸ τῶν κωμῳδῶν. PERIZ. Sannyrionem hunc comicum Poetam cum Susarione, qui primus Comœdiæ veteris auctor fuisse dicitur, eundem fuisse existimat Cl. Seldenus in *notis Histor. ad Chron. Marmor. Epoch.* XL. adeoque apud Athenæum, & Suidam pro Σαννυρίων legendum esse contendit Σουσαρίων, non levi errore; quum Σουσαρίων vixerit ante Pisistratum, at Σαννυρίων Aristophani æqualis fuerit, ut clare ostendit Doctissimus Pearso-

 nus

καὶ [5] Φιλήτας ποιητὴς ἑξαμέτρων. Ἀρχέστρατος δὲ ὁ μάντις ὑπὸ πολεμίων ἁλοὺς, καὶ ὑπὸ ζυγὸν ἀναβληθεὶς, [6] ὀβολοῦ ὁλκὴν ἔχων εὑρέθη, ὥς φασι.

Philetas Hexametrorum. Archestratus vero vates captus ab hostibus, & sub lancem missus, inventus est habere pondus oboli, ut ajunt. Et

nus in *Vindic. Epist. Ignat. P.* II. *cap.* I. qui etiam apud Scholiasten Aristophanis, quem *h. l.* allegavit Cl. Schefferus, οἱ περὶ Σουσαρίωνα pro οἱ περὶ Σαννυρίωνα legendum recte monet, quum τὸ γέλως illic non nomen comœdiæ sit, sed *risum* simpliciter denotet. Sed & *l. c.* Aristophanis, ubi hodie legitur Σαννυρίων ἀπὸ τῶν τραγῳδῶν, omnino reponendum est ἀπὸ τῶν τρυγῳδῶν, quod jam dudum animadvertit eximius ille Musarum Antistes Rich. Bentlejus *in Dissert. de Phalar. Epist. pag* 299.

3 Μέλιτος] Fuit hic ille inimicus Socratis, qui cum Anyto Eum accusavit, ut diserte ait Scholiastes Aristophanis *ad Ranas pag.* 273. Vide & Suidam. Inimici illius meminit & Noster II. 13. sed à quo Index Latinus male Hunc distinguebat, & diserte *Alium* dicebat. PERIZ.

4 Κινησίας κυκλίων χορῶν] Ἀντὶ τῶν διθυράμβων, ait Scholiastes Comici in *Avibus* & *Nebulis*. Hinc Plutarchus *lib. de Glor. Athen.* Κινησίας διθυράμβων ποιητής. Dicebantur autem ita, memorante dicto Scholiaste, ὅτι ἐγκύκλια διδάσκουσιν. SCHEFF.

Κινησίας κυκλίων χορῶν] *Cinesiam* hunc sæpius ludit Aristophanes, maxime in *Avibus*, ubi illum inducit volitantem, & φιλύρινον appellat *pag.* 605. quod exponit Athenæus *d. l.* ut ad gracilitatem ejus referat, propter quam se cingere debuerit tabella, ut rectus ingredi posset. Poeta autem *ibidem* adeo macilentum & λεπτὸν fingit, ut dicat eum *indigere pondere illo alarum*, quas sibi aptaverat, scil. ut consistere posset. Vide & *Ranas pag.* 279. ubi per jocum hunc *Cinesiam*, tanquam levissimum, jubet etiam alteri aptari pro alis. Erat vero ille etiam διθυράμβων ποιητὴς, sed *inglorius*, ἀκλεὴς, ut ait Plutarchus in *lib. utrum Attici bello, an sapientia præstiterint*, seu διθυραμβοποιὸς, ut ait Schol. *ad Ranas pag.* 218. ubi Aristophanes memorarat Πυρρίχην Κινησίου. Dithyrambica autem carmina cantabantur maximo motu & licentia, etiam Poëtica seu Metrica, ab Ebriis maxime, per circulos Hominum saltantium circa Aras Bacchi: sic dicta à Baccho, qui & ipse *Dithyrambus* dicebatur. Vide Procli *Chrestomath.* ubi & inventor istius Carminis dicitur primus duxisse vel instituisse τὸν κυκλικὸν χορόν. Nempe Κύκλιοι χοροὶ videntur fuisse primitus Baccho sacrati, Vide *supra ad* III. 40. I. & ideo eorum cantilenæ erant *Dithyrambi*. Ita enim ipsæ de Baccho cantilenæ proprie etiam vocabantur, sicuti de Apolline *Pæanes*. Vide Plutarch. de EI. *pag.* 398. Hinc promiscue Tzetzes *Prolegom. in Lycophronem*, διθύραμβον ἤτοι κυκλικὸν χορὸν ἐν Κορίνθῳ πρῶτον ἔστησεν Ἀρίων. Schol. Pindari *ad Olymp. Od.* 13. *v.* 25. ὅτι πρῶτος ἐν Κορίνθῳ διθύραμβος ἐστήχθη, ὃς λέγεται Κύκλιος χορός. Sed de hoc ipso *Cinesia* res est manifesta ex Aristophane *Avibus pag.* 606. ubi eum appellat Κυκλιοδιδάσκαλον, quod Scholiastes interpretatur διθυραμβοποιόν. Vide & *ad Nubes pag.* 145. Memoratur istic inter κυκλίων χορῶν ποιητὰς, ac διθυραμβοποιοὺς, præter *Cinesiam*, etiam *Philoxenus*, quem Plutarchus *de Musica* ait primum intulisse μέλη, *modulatos cantus*, εἰς τοὺς κυκλίους χορούς. Adde his Platonem in *Gorgia p.* 501. ubi junguntur ἡ τῶν χορῶν διδασκαλία, καὶ ἡ τῶν διθυράμβων ποίησις, quas tribuit huic *Cinesiæ*, *Meletis* Citharœdi *Filio*. Satis ex hisce liquet, *Dithyrambos* esse *Cycliis choris*, & Bacchi quidem, proprios, quamvis dein etiam ad Lyricam poesin traducti sint, quia multum habebat & illa spiritus dithyrambici. De *Choris* autem illis Κύκλον facientibus seu exhibentibus Vide & Callimachum *Epigramm.* L. ubi Tribui Acamantidi tribuuntur *Chori*, in quibus Horæ Bacchicæ exclamaverint ob *Dithyrambos*, & honoraverint *peritos cantores: quorum* Κύκλον μελίγηρυν ἐχορήγησε, *cyclum suaviter cantantem duxerit*, *Hipponicus*. Cum quo loco conferendus est Plutarchus *Vitis* X. *Rhet.* in *Andocide*, καὶ ἐχορήγησε κυκλίῳ χορῷ τῇ αὑτοῦ φυλῇ ἀγωνιζομένῳ διθυράμβῳ, *Choragum egit tribui suæ, in Cyclio choro certante, carmine dithyrambico*. Sed intricata hæc sunt. Pu-

φασι. Καὶ [7] Πανάρετος δὲ λεπτότατος ἦν· διετέλεσε μέντοι ἄνοσος. Λέγουσι δὲ καὶ [8] Ἱππώνακτα τὸν ποιητὴν οὐ μόνον γενέσθαι μικρὸν τὸ σῶμα, καὶ αἰσχρὸν, ἀλλὰ καὶ λεπτόν. Ἀλλὰ καὶ [9] Φιλιππίδης, καθ' οὗ λόγος ἐστὶν Ὑπερίδῃ, λεπτότατος ἦν· [10] ὅθεν καὶ τὸ πάνυ κατισχνῶσθαι τὸ σῶμα, [11] πεφιλιπ-

Et Panaretus tenuissimo erat corpore: vixit tamen sine morbis. Dicunt etiam Hipponactem poëtam non solum corpore parvum fuisse, & deformem, sed etiam tenuem. Sed & Philippides, adversus quem extat Hyperidis oratio, tenuissimus fuit: unde & omnino attenuatum esse corpore, πεφιλιππῶσθαι dicebant.

Putem legendum, καὶ ἐχ. κύκλιον χορὸν τῇ αὐτοῦ φυλῇ ἀγωνιζομένῃ διθ. h. e. *& præbuit aut duxit Cyclium chorum suæ tribui certanti dithyrambico carmine.* Cæterum hi *Cyclii chori*, non soli ducebantur Baccho, sed etiam aliis Diis. Sic apud Plut. *ibidem*, *Lycurgus Rhetor* legem tulisse dicitur, ut Neptuno certamen fieret in Pyræeo κυκλίων χορῶν, οὐκ ἔλαττον τελῶν, *choris circularibus*, *non minus tribus.* Vide & Illustriss. Spanhemium *ad Callimachum*, *Hymno in Dianam v.* 266. 267. In illis tamen *choris* adhibuere etiam Dithyrambica, licet Antiqui tantum διθυραμβῶν fuerint soliti, quando ipsi Baccho libabant in Vino & Ebrietate: at quando sacra faciebant aliis Diis, certe Apollini, ejus laudes cecinerint μεθ' ἡσυχίας καὶ τάξεως, *cum quiete corporis*, *& decoro modo*, ut apud Athen. XIV. 6. ait Philochorus. Cui adde Plutarch. περὶ τοῦ ΕΙ. *pag.* 389. *Cinesiam* autem hunc à Vossio plane præteritum miror. PERIZ.

5 Φιλήτας] Πρόδικος ὁ σοφιστὴς καὶ Φιλήτας ὁ ποιητὴς, νέοι μὲν, ἰσχνοὶ δὲ καὶ νοσώδεις καὶ τὰ πολλὰ κλινοπετεῖς δι' ἀῤῥωστίαν ὄντες. *Prodicus Sophista & Philetas Poëta*, *juvenes quidem*, *graciles vero erant & morbosi & ut plurimum lecto affixi præ infirmitate corporis.* Plutarch. *num seni gerenda sit respubl.* KUHN.

Φιλήτας &c.] De Eo vide *supra ad* IX. 14. PERIZ.

6 ὀβολοῦ ὁλκὴν] Quum obolus non aliud, quam sexta pars drachmæ sit, quod ego sciam, quis hoc credat? GESN.

ὀβολοῦ ὁλκὴν] Illud vero est pondus nihili, potius quam admirandum. Et sine dubio vel Polemo in suis *Admirandis*, unde habet Athenæus, à Poetis hoc accepit, qui quam hyperbolice in his loquantur, videri potest *Antholog. lib.* II. *cap.* 32. εἰς λεπτούς: vel *Oboli pondus* longe aliud illi fuit, quam Atticis, quibus erat octava & quadragesima pars unciæ. Augustus apud Suetonium *cap.* 43. quum nullos amplius publico spectaculo exhiberet honeste natos, ostendit tamen adolescentulum *bipedali minorem*, & non *Obolorum*, ne Unciarum quidem, sed *Librarum septemdecim*, quia illud pondus, etiam in adolescentulo, res erat invisitata prorsus. Recte igitur Auctor Noster hic addit, ὥς φασι, *ut ajunt*, quia res longe superat fidem. Apud Siculos tamen & Æginetas *Obolus* erat idem, quod Libra, quæ XII. continebat uncias, ut ex Aristotele nos docet Pollux *lib.* IV. & IX. PERIZ.

7 Πανάρετος] Etiam hoc tradidit Polemo. Fuit autem *Panaretus* Arcesilai auditor, tempore Ptolemæi Euergetæ, à quo annua accepit XII. Talenta. Vide Athenæum. IDEM.

8 Ἱππώνακτα] *Hipponax* fuit Ephesius, tempore Cyri, Auctor carminis Hipponactei, seu Scazontis. *Deformitas* ejus ex eo etiam colligitur, quod scripsit in statuarios, qui ejus imaginem fecerant πρὸς ὕβριν, *ad eum irridendum*, & cum irrisu aliis ostentandum. Vide Suidam. Λεπτότης ejus videtur causam dedisse carmini Mendicantium vulgato, quod sæpius memorat Plutarchus, veluti de *Amore divitiarum*, *Paradoxis Stoicorum*, &c.

Δὸς χλαῖναν Ἱππώνακτι, κάρτα γὰρ ῥιγῶ,
Καὶ βαμβακύζω.

Da pallium Hipponacti, *nam valde algeo*, *& dentibus crepo.* Athenæus vero addit fuisse

eum

λιπτπᾶσθαι (¹² φασὶν) ἔλεγον. Μάρτυς ¹³ Ἄλεξις.

bant. Teſtis eſt Alexis.

ΚΕΦ.

CAP.

eum adeo validum tamen manibus, ut vacuam lagenam in longiſſimum poſſet mittere ſpatium. PERIZ.

9 Φιλιππίδης] Fuit Athenis inter eos, *qui Remp. curabant*, inter τὰς πολιτευομένους. Legem tulit de mulcta, qua mulctarentur feminæ ἀκοσμοῦσαι *indecore ſe gerentes* in publico. Vide Harpocrationem in *v.* οὐ χιλίας. Ita factum, ut contra eum dixerit Hyperides, celeberrimus Orator, cujus vitam inter *X. Rhetores* habet Plutarchus. Vixerunt ergo pariter tempore Alexandri, quo tempore etiam floruit celebris Comicus, itidem *Philippides* dictus, de quo Noſter XII. 31. ſive is idem fuerit, ſive diverſus ab hoc homine. Eundem putavit Valeſius *ad Harpocrat. d. l.* Vide & Suidam. IDEM.

10 Ὅθεν καὶ τὸ πάνυ] MSS. B. & C. διὰ τοῦτο καὶ τὸ πάνυ. SCHEFF. Quæ lectio eſt explicatio vulgatæ. KUHN.

11 Πεφιλιππῶσθαι] Notat Meurſius *lib.* II. *Lect. Att.* πεφιλιππιδῶσθαι legi oportere, inque eam rem utitur prædicti Athenæi teſtimonio. Idem ante obſervavit Stephanus in *Appendice ad Al. Script. de Dial. Att. p.* 214. SCHEFF. Analogia probat legendum πεφιλιππιδῶσθαι, ſed hoc Docti olim oſtenderunt. FABER.

Πεφιλιππῶσθαι] Sic MSti: ſic ergo etiam editur cum hic, tum apud Athenæum, & Suidam. Sed videtur ſane Analogia poſtulare πεφιλιππιδῶσθαι, atque ideo ſic etiam legunt Caſaubonus *ad Athenæum*, ac Meurſius *Lect. Attic.* II. 5. Verum huic emendationi adverſatur, quod Viri Eruditiſſimi non animadverterunt, Euſtathius *ad Hom. Odyſſ.* Κ. *pag.* 379. *Ed. Baſil.* qui Athenæum iſtic laudat, ut ex quo, quæ ibi narrat, hauſerit. Ille vero ait, ὅθεν Ἄλεξις τὸν Φιλιππίδην συγκόψας, ἤγουν συγκοπὴν ποιήσας τοῦ τοιούτου ὀνόματος, Πεφιλιππῶσθαι εἶπε τὸ λελεπτύνθαι, οὐ παρά τινα Φίλιππον δηλαδὴ, ἀλλὰ κατὰ τὸν συγκοπέντα Φιλιππίδην. *Unde Alexis Philippidem contrahens, ſeu contractionem Nominis iſtius faciens, dixit* Πεφιλιππῶσθαι, *pro extenuatum eſſe, non videlicet à Philippo quodam, ſed ab illo contracto Philippide.* Satis ex his manifeſtum, tempore Euſtathii certe jam lectum in Athenæo, non, ut Viri Doctiſſimi volunt, πεφιλιππιδῶσθαι, ſed contracte πεφιλιππῶσθαι, ut editur. Neque vero ratio metrica verſus Jambici ex Alexide apud Athenæum, qui ex illorum emendatione incipit πεφιλιππίδωσαι, quum vulgata ſit lectio πεφιλιππῶσθαι, poſtulat iſtam emendationem, quum prima in φίλος & derivatis, etiam longa ſit, atque ita ratio verſus non reſpuat πεφιλίππωσαι, quod Ego malim. His de cauſis etiam in Æliano vulgatum retinui. Paulo ante ὅθεν καὶ tuetur Sluisk. At Lugd. conſpirat cum duobus Regiis B. & C. qui διὰ τοῦτο καὶ legunt. PERIZ.

12 Φασὶν ἔλεγον] Nihil habet, quo ſe commendet illud φασὶν, in Vulgata Lectione. Adeo ſupervacuum iſtic eſt, & otioſum. Atque ideo legere malim cum Sluiskiano Cod. φασὶν. Ἔλεγε μάρτυς Ἀλ. Ut ſenſus ſit, ita locutos tunc Græcos, idque conſtare ex Alexide, qui πεφιλιππῶσθαι ita *dixerit. Alexis* autem celebris fuit Comicus, Patria Thurius, patruus Menandri. Ille vero non tradidit hoc, tanquam *Teſtis* Hiſtoricus, ſed Vocabulum illud in Comœdia quadam eo ſenſu adhibuit. Vide Athenæum, qui Verba Alexidis adfert, & quem Ælianus ſequitur. Quia vero Ælianus non ſolet integra ex antiquioribus Auctoribus loca exhibere, ut facit Athenæus, ideo ſatis habuit, rei ex Athenæo narratæ ſubjicere, *Locutus eſt* ita, & *probavit* hanc verbi ſignificationem *Alexis.* Cl. Boivinius, qui in Regiis vulgatam reperit, *illa verba*, ait, ἔλεγον. μάρτυς Ἄλεξις, *videntur eſſe Scholium Hominis approbantis, ut ſenſus ſit: Sic olim loquebantur: Et Alexis teſtis eſt.* IDEM.

13 Ἄλεξις] In Theſprotis Athenæus *lib.* XII. Cui Euſtathium addas *Odyſſ.* Κ. & Plutarchum & Suidam, qui inter macilentos etiam Aſopodorum quendam & Didymachiam & Prodicum Sophiſtam numerant. SCHEFF.

ΚΕΦ. ζ.

Περὶ Ἀστρολόγων τινῶν, καὶ Μεγάλου Ἐνιαυτοῦ.

[1] Οἰνοπίδης ὁ Χῖος ἀστρολόγος ἀνέθηκεν ἐν Ὀλυμπίοις τὸ χαλκοῦν γραμματεῖον, ἐγγράψας ἐν αὐτῷ [2] τὴν ἀστρολογίαν τῶν ἑνὸς δεόντων

CAP. VII.

De quibusdam Astrologis, & Anno Magno.

Oenopides Chius, astrologiæ peritus, dedicavit in Olympiis æream tabulam, in qua inscripserat astrologiam sexaginta annorum, mi-

1 Οἰνοπίδης] Meminit hujus mathematici Censorinus *de die Natali cap.* 19. *Annum naturalem dies habere prodidit Oenopides* CCCLXV. *& dierum duum & viginti undesexagesimam partem.* Adde Stobæi *Eclog. Phys. titulo de tempore*, & Scaligerum *de Emend. temp. lib.* II. SCHEFF.

Οἰνοπίδης ὁ Χῖος] Meminit hujus Astrologi, non Censorinus tantum, sed & Alii, inque iis Diog. Laertius in *Democrito*, §. 37. ubi Vide Menagium, & Plutarchus *de Placitis philosophor.* II. 12. ubi ait, *Pythagoram primum dici excogitasse obliquitatem Zodiaci, quam Oenopides Chius veluti suam inventionem sibi tribuerit.* Quam uterque videtur accepisse potius ab Ægyptiis, ad quos, æque ac Pythagoras, profectus etiam fuit Oenopides, & si illis fides, hoc de Zodiaco ab iis didicit. Vide Diod. Sicul. *lib.* I. *extr.* Ita vero hunc quoque Μέγαν ἐνιαυτὸν LIX. *Annorum*, quem *Oenopides* tabulæ inscripsit, & dedicavit Olympiæ, Alii tribuunt Philolao Pythagorico. Vide Censorinum *cap.* 18. ubi item memoratur hujus spatii *Annus Magnus*, continuo post *Metonicum*. Sed tamen aliter suum Annum descripsit & constituit Oenopides, aliter Philolaus. Vide Scaligerum *de Emend. Temp. pag.* 166. & 168. Et præterea jam ante Philolaum ille exstitit, æqualis Democriti & Anaxagoræ. Vide Laertium *d. l.* Atque ideo Diod. Sicul. inter Philosophos, qui ab Ægyptiis pleraque hauserint, nominat hunc *Oenopiden*, post *Democritum*, ante *Eudoxum*, ratione ætatis, ut liquet, habita. PERIZ.

2 Τὴν ἀστρολογίαν] Intelligit motus Solis & Lunæ, aliorumque etiam Syderum, tum solstitia, æquinoctia, Eclipses, & similia, quæ, & quando, intra illud *Magni Anni* systema essent eventura. Talia enim in Sui Anni parapegmate, seu Tabula suspensa, annotare solebant Astrologi. Sic apud Diog. Laert. in *Democrito* inter alia ejus scripta memoratur Μέγας Ἐνιαυτὸς, ἢ Ἀστρονομίης παράπηγμα. Ubi Vide Menagium. IDEM.

3 Μέγαν ἐνιαυτὸν] *Magnus Annus* dicebatur, quo Sol & Luna pariter, decursis aliquoties suis spatiis, concurrunt novo ortu in eundem articulum seu punctum, atque ita simul novos iterum auspicantur cursus. Hoc primo credebant fieri singulis bienniis, exactis XXV. mensibus lunaribus. At postea quum didicissent Solis conversionem annuam non finiri certo numero dierum, sed insuper etiam aliquot horarum, & minutissimarum particularum horæ, alium atque alium dein constituerunt *Annum Magnum*, sed potissimum vel *Octo Annorum*, ut Eudoxus Cnidius, vel XIX, ut Meton, vel LIX. ut Philolaus & Oenopides. Vide Plutarch. *de Placitis Philos.* II. 32. & Censorinum *cap.* 18. IDEM.

4 Μέτων ὁ Λάκων] Falsa hæc scriptura. Non enim Lacon, sed Atheniensis fuit. Scribendum igitur cum Scholiaste Comici, Λευκονιεὺς, ut pluribus demonstrat vir admirandæ eruditionis Cl. Salmasius *Exercit. Plinianis p.* 738. Vel etiam Λακωνιδὸς, quod propius abest à scriptura vulgari, & habet Phrynichus in versibus apud Suidam *voce* Μέτων. Vitium sine dubio ortum à compendio scripturæ. SCHEFF. Vide inprimis Scholiastem Ari-

των ἑξήκοντα ἐτῶν, φήσας τὸν 3 Μέγαν Ἐνιαυτὸν εἶναι τοῦτον.

Ὅτι 4 Μέτων ὁ Λευκονοιεὺς, ἀστρολόγος, ἀνέστησε 5 στήλας, καὶ τὰς τοῦ ἡλίου τροπὰς κατεγράψατο, καὶ τὸν 6 Μέγαν Ἐνιαυτὸν, ὡς ἔλεγεν, εὗρεν, καὶ ἔφατο αὐτὸν, (7 ὡς ἔλεγεν,) ἑνὸς δέοντα εἴκοσιν ἐτῶν.

minus uno, affirmans, hunc esse Magnum Annum.

Meto Leuconoeensis, Astrologus, columnas statuit, & in eis solstitia annotavit, atque Magnum Annum (ut ipse dicebat) adinvenit, eumque dicebat undeviginti esse annorum.

Aristoph. *in Pace p. m.* 407. à quo sua omnia habet Suidas, & Diodor. Sicul. *lib.* XII. *Bibl. p.* 94. Hic Meton, ut quidam tradunt, amentiam simulavit, cum Athenienses expeditionem in Siciliam pararent, & ipse suis ædibus faces subdidit. Sunt qui non mentitum esse insaniam volunt, sed noctu clam exussisse domum, & orta luce in concionem Atheniensium prodeuntem, precibus ab illis impetrasse, ut ob deflagratæ domus calamitatem filio suo daretur militiæ vacatio. Plutarchus in *Alcibiade*. Et Noster *infra lib.* XIII. *cap.* 12. vide omnino Janum Rutgersium *lib.* V. *Variar. Lection. cap.* 4. & Simson. *Chronicon Catholicum P.* IV. *p.* 47. ut & Servium *Petri Danielis in* III. *Æneid. p. m.* 283. ubi malè legitur, à *Mentore* pro *Metone*. His adde ex *notis Konigianis* Ald. Manut. *lib.* I. *quæsit. per epist.* 6. Nicol. Loënsem *lib.* VIII. *Miscell. cap.* 22. Vaticanam *proverbiorum appendicem*, ubi proverbium est. ἀναβάλλεται εἰς τὸν Μέτωνος ἐνιαυτόν. *in Metonis annum* (i. e. diutius) *differre*. KUHN.

Ὁ Λάκων] Certus & manifestus Error. *Meto* enim non Lacedæmonius, sed Atheniensis erat omnium consensu. Quin & ex Nostro id liquet XIII. 12. Concurrunt ergo omnes Eruditi in emendationem hujus loci, leguntque Λευκονοιεύς. Δῆμος enim erat Atheniensium, qui dicebatur Λευκόνοιον: ad eum pertinebat *Meton*, ut discimus ex Schol. Aristoph. *ad Aves*, *pag.* 589. Emendatio hæc tam liquida est, ut in contextum recipi debeat, nisi quis putet, ipsum errasse Auctorem memoriæ vitio, quod tamen Ego hic neutiquam crediderim. MSti Sluisk. Med. I. & Mediol. ac Regii duo retinent vulgatum. Ab Lugdun. & Regio tertio Numeri 3064. hæc Capitis pars de *Metone* prorsus abest. At Med. II. legit ὁ Λακώνων. PERIZ.

5 Στήλας] Veteres, quicquid scitu dignum videbatur, quicquid in commune prodesse poterat, publice in æreis lapideisve tabulis descriptum suspendere, vel columnis etiam incidere solebant. Sic ab ægrotis Æsculapii in templo tabulæ suspensæ, quibus medicamina continebantur, quorum ope in sanitatem restituti essent. Sic à Geometris in celebratissimis urbium locis columnæ erectæ, quæ descriptiones regionum aliasque artis ejus figuras referebant. Ut jam alias notavimus. Notæ etiam sunt in Josephi *lib.* I. *Antiq. Jud. cap.* 3. duæ columnæ à Setho primo Astronomiæ repertore erectæ, lapidea una, altera lateritia, quibus inscripta erant omnis artis ejus præcepta, & Josephi temporibus adhuc in Syria extare dicebantur. SCHEFF.

6 Μέγαν ἐνιαυτὸν] De quo Metonis anno magno consule Scaligerum *de emend. lib.* II. Gyrald. *de Annis p. m.* 550. Petavium *Par.* II. *Rationarii tempor. lib.* I. *cap.* 2. Alias variæ de anno magno veterum sententiæ. Aliqui ut notat Servius *ad lib.* III. *Æneid.* annum solarem, magnum nominabant, in oppositione lunaris anni. Alii, ut testatur Plutarchus *lib.* II. *de placitis Philos. cap.* 32. octennio definivere, alii annis quinquaginta novem, alii millibus octodecim, alii ineffabili fere annorum multitudine. Est autem annus magnus, ut definit Cicero *lib.* II. *de nat. deor. cum solis & lunæ & quinque errantium ad eandem inter se comparationem confectis omnium spatiis est facta conversio.* Quod fieri Servius ait ex Ejusdem *Hortensio* post annos duodecim mille nongentos quinquaginta quatuor Solstitiales. Quanquam dissentiat à se ipso, & *lib.*

lib. de Nat. D. dicat fieri poſt tria millia annorum. Conſule & Macrobium II. *Saturn. cap.* II. SCHEFF.

7 Ὡς ἔλεγεν] Delenda hæc duo verba ſunt. FABER. Hæc delenda putat Faber, me invito quidem. Reſpiciunt enim verba hæc particularem annum magnum, Metoni ſic dictum, aliumque à magnis annis aliorum. SCHEFF. Diodorus *l. c.* Μέτωνος ἐνιαυτὸν, *Metonis annum*, dictum notat τὴν ἐννεακαιδεκαετηρίδα, *ſpatium novemdecim annorum.* KUHN.

Ὡς ἔλεγεν] Nullus etiam dubito, quin poſterius hoc, ὡς ἔλεγεν, ſit plane ejiciendum, licet in Sluisk. id etiam repererim, & in Regiis illis duobus Cl. Boivinius. PERIZ.

ΚΕΦ. ή.

Περὶ εὐεργεσίας.

1 Ἀριστοτέλης ὁ Κυρηναῖος ἔλεγε, 2 μὴ δεῖν εὐεργεσίαν παρά τινος προσίεσθαι· ἢ γὰρ ἀποδιδόναι πειρώμενον, 3 πράγματα ἂν ἔχειν, ἢ μὴ ἀποδιδόντα, ἀχάριστον φαίνεσθαι.

CAP. VIII.

De beneficiis.

Ariſtoteles Cyrenenſis dicebat, non oportere beneficium à quoquam recipere: aut enim rependere tentantem, moleſtias habiturum, aut ſi non referat, ingratum videri.

ΚΕΦ. CAP.

1 Ἀριστοτέλης ὁ Κυρηναῖος] Meminit hujus Cyrenenſis Ariſtotelis etiam Laërtius, eumque de Poëtica ſcripſiſſe ait. Item Clemens *lib.* III. *Strom.* quanquam Jonſius diverſos faciat in *Hiſtoria Philoſoph.* SCHEFF. Ad mentem Ariſtotelis Quintil. 333. *nihil periculoſius eſt acceptis beneficiis.* vid. Salvianum *lib.* IV. *contra Avarit.* KONIG.

Ἀριστοτέλης ὁ Κυρηναῖος] Ariſtoteles hic Cyrenæus, ſi idem eſt, qui à Laertio in *Stilpone* cognominatur *Cyrenaicus*, ætate æqualis fuit illi Stilponi & Theophraſto, ut & Antigono ac Demetrio Poliorcetæ. Celebris fuit Philoſophus, à quo tamen aliquot abduxit diſcipulos Stilpo, qui & Unum ex ſuis Dialogis *Ariſtotelis* nomine, haud dubie hujus, inſcripſit. Mox Lugd. habet, μηδὲ εὐεργεσίαν &c. h. e. *ne beneficium quidem ut quis ab alio acciperet.* An voluit? μὴ δεῖν μηδὲ εὐεργ. &c. PERIZ.

2 Μὴ δεῖν] Vide *infra lib.* XI. *cap.* 9. exemplum in Ephialte. SCHEFF.

3 Πράγματα ἂν ἔχειν] Mediceus πράγματα ἀνέχειν, *moleſtias ſubiturum.*

ΚΕΦ. Θʹ.

Oτι λίχνος ὁ Φιλόξενος.

1 Φιλόξενος λίχνος ἦν, καὶ γαστρὸς ἥττων. Λοπάδος οὖν ποτε

CAP. IX.

Quod helluo fuerit Philoxenus.

Philoxenus guloſus erat, & ventri ſerviebat. Quum igitur olla quon-

1 Φιλόξενος] Fuit hic Euripidis filius, memorante Ariſtotele *lib.* III. *Ethic. cap.* 13. atque ita gulæ deditus, ut gruis collum ſibi optarit, quo longiorem voluptatem perſentiſceret. Sed apud Ariſtotelem male ſcribitur ὁ ἐρύξιος: debet enim ſcribi, ὁ Ἐρύξιδος, ut eſt binis locis apud Plutarchum & apud Athenæum *lib.* I. qui eum poëtam dithyrambicum appellat. SCHEFF.

Φιλόξενος] *Philoxenos* cum Helluones, tum Poetas, confudiſſe videntur Veteres ipſi. Nam primum Athenæus *lib.* I. duos vel tres helluones iſtius nominis commemorat, *Philoxenum Leucadii*, qui ſcripſerit Δεῖπνον, ſeu *novam artem præparandi cibos*, dein *Philoxenum Cytherium*, Poetam Dithyramborum, denique *Philoxenum Eryxidis*, omnes lurcones & helluones turpiſſimos, quorum Hic optaverit ſibi guttur gruis, ut tanto diutius frueretur ſenſu ciborum, quos devorabat & deglutiebat, quod de Eodem refert etiam Ariſtoteles *Ethic.* III. 10. Illi exercuerint, & ita paraverint ſibi facultatem comedendi maxime calida, ut ita aliis præriperent, quæ deſiderabant, in conviviis. At *lib.* VIII. *pag.* 341. ex Machone Comico refert verſus, quibus *Philoxenus Cytherius*, Dithyramborum Poeta, ſibi gulam trium cubitorum expetit, eadem, qua ille *Eryxidis*, ratione, & præterea deſcribitur, ut voraciſſimus, qui Syracuſis integrum Polypodem duorum cubitorum præter caput devoraverit, cumque inde morbum contraxiſſet, & moriturus eſſet intra ſeptem horas, caput inſuper popoſcerit, ut id quoque devoraret, antequam moreretur. *Libro* vero XIV. *pag.* 642. & 643. tribuit eidem *Cytherio* Carmen, quod appellaverit Δεῖπνον, ex quo multos dein verſus exhibet de menſis ſecundis; eumque laudatum docet, tanquam præſtantiſſimum omnium Poetam, ab Antiphane Diſerte immo IV. *p.* 146. probat Carmen illud eſſe *Phil. Cytherii*, *ſiquidem ejus meminerit etiam Plato Comicus*, *non autem Phil. Leucadii.* Sic enim vertendus ille locus, quem non intellexit Interpres. Quartus Athenæo eſt *Philoxenus*, *Paraſitus* feſtiviſſimus, cognominatus πτερνοκόπις, de quo ſatis multa legas illius *libro* VI. Suidas vero hunc *Paraſitum* ait fuiſſe *Philoxenum Leucadii*, & ei tribuit, quæ Athenæus *lib.* I. de *Philoxeno Cytherio* refert. *Philoxenum* autem *Cytherium* ille vocat *Filium Euletidæ*, & *mortuum* ait *Epheſi*. *Philoxenum Eryxidis* nominat Plutarchus *Sympoſ.* IV. 4. ut amatorem maximum obſoniorum, immo in libello, *An recte dictum ſit*, Λαθὲ βιώσας, ait *Philoxenum* hunc ſolitum in cibos inſpuere, ut alii iis abſtinerent. Porro jam *Philoxenum Poetam* tradit in Latomias à *Dionyſio majore* conjectum in *lib. de Bono animo.* Idem teſtantur Diodorus Siculus *lib.* XV. Cicero *ad Attic.* IV. 6. Diogenes Laert. in *Arceſilao*, Athenæus *lib.* I. Schol. Ariſtoph. *ad Plutum pag.* 32. Suidas, & Noſter denique XII. 44. *Cytherium* eum cognominant Diodorus, Athenæus, Suidas. Evaſiſſe eum ajunt ex Latomiis, Diodorus, Suidas, & Schol. Ariſtoph. At Noſter & Athenæus in iis compoſuiſſe *Cyclopem*, quo deſignaverit Dionyſium. Sed & Diodorus eum, ut Hominem feſtive Severum in Vino, vel potius contumacem, depingit, qui in carcerem fuerit conjectus, quia probare noluerat carmina Dionyſii, ac in carcerem reduci ſe juſſerit, ne laudaret illorum ineptiam, cui ſimilia tradunt Cicero & Suidas. Athenæus vero & Schol. Ariſt. in Latomias conjectum tradunt, quia Amicam Dio-

τε ἑψομένης [2] ἐν καπηλείῳ, [3] τέως μὲν εὐφραίνετο, καὶ ἑαυτὸν εἱστία τῇ ὀσμῇ. Επεὶ δὲ αὐτῷ ἐπετείνετο ἡ ὄρεξις, καὶ ἡττᾶτο τῆς φύσεως, [4] κακῆς δὲ οὔσης, ὦ Θεοὶ, τηνικαῦτα οὐκ ἐνεγκὼν, προσέταξε τὸν παῖδα πρίασθαι τὴν λοπάδα. Επεὶ δὲ ἔφατο πωλεῖν αὐτὴν τὸν κάπηλον πολλοῦ, [5] ταύτῃ μᾶλλον ἡδίων ἔςαι, φησὶν, [6] εἰ πλείονος ὠνήσομαι. Χρὴ δὲ καὶ τῶν τοιούτων μνημονεύειν, οὐκ εἰς ζῆλον αὐτῶν, ἀλλ' ὥςε φεύγειν αὐτά.

quondam coqueretur in caupona, primum quidem delectabatur, & se ipsum nidore pascebat. Quum vero magis magisque ei appetitus intenderetur, & ipse à natura superaretur, nequissima sane, ô Dii, tum vero non amplius eam ferens, jussit puerum ollam emere. Qui quum diceret, cauponem eam magno precio vendere, hoc suavior, inquit, erit, si pluris eam emero. Oportet autem etiam talia memorare, non ad imitationem eorum, sed ut ea fugiamus.

Dionysii Galateam corruperit. Errant autem, ut hoc obiter moneam, Interpretes Pausaniæ, & ex iis Vossius *de Poetis*, qui scribit eum *Dionysio juniori familiarem fuisse*, *ut Pausanias in Atticis ait.* Pausanias tradit jam olim plerosque Reges aut Tyrannos multum usos Poetis, sic *Polycratem Anacreonte*, *Hieronem Syracusanum Æschylo & Simonide*, Διονυσίῳ δὲ (pergit) ὃς ὕςερον ἐτυράννησεν ἐν Σικελίᾳ, Φιλόξενος παρῆν, Vertitur simpliciter, *Dionysio posteriori Philoxenus*, sc. familiaris fuit. At vero hic Dionysius ὕςερον τυραννῆσαι dicitur, non respectu *Majoris Dionysii*, sed *Hieronis.* Res est certissima, & diserte Plutarchus ac Diodorus hunc Dionysium *Majorem* dicunt. Sed & extra dubium alius ab illo *Cytherio*, lascivo & plane luxurioso Dithyramborum Poeta, fuit *Philoxenus* ὁ μελοποιὸς, *Melicorum carminum conditor*, qui, quum in Coloniam quandam Siculam adscitus, haberet istic *prædium*, *victum*, *& domum copiosam*, sed deprehenderet *luxuriam & mollitiem* in ea grassantem, maluit omnia relinquere & discedere, ut refert Plutarchus *de Vitando Aere alieno.* Fuerint ergo duo *Philoxeni* Poetæ, *Cytherius* ille *Dithyrambicus*, & *Melicus* iste Vossianis Poetis addendus, duo item helluones, Poetarum alter, quem & *Philoxenum Leucadii* crediderim, & *Phyloxenus Eryxidis*, qui forsan ab Auctore hic intelligitur, & qui *Anaxagoræ* fuit *discipulus*, atque adeo æqualis Pericli, ut traditur apud Athenæum *lib.* v. *cap. ult.* Fuit & *Philoxenus Siphnius* ex insula juxta Cretam, qui & Υπερτονίδης fuit dictus. Unde σιφνιάζειν dicebantur, qui μέλεσι παρέργοις utebantur, teste Polluce *lib.* IV. *cap.* 9. Periz.

2 Εν καπηλείῳ] Mediceus ἐν καπήλῃ, *in macello.*

3 Τέως μὲν εὐφραίνετο] MSS. B. & C. τέως μὲν ὡς εὐφραίνετο, deest aliquid. forte οὕτως εὐφραίνετο. Scheff.

4 Κακῆς δὲ οὔσης] Lege δὴ οὔσης. Faber.

5 Ταύτῃ μᾶλλον ἡδίων] De his Seneca *Consolat. ad Helviam cap.* 9. *O miserabiles, quorum palatum nisi ad pretiosos cibos non excitatur, pretiosos autem non eximius sapor, aut aliqua faucium dulcedo, sed raritas & difficultas parandi facit.* Vide quæ notavi *ad Pacatum cap.* 14. Scheff. Lampridius in *Heliogab. amabat sibi pretia majora dici earum rerum, quæ mensæ parabantur, orexin convivio hanc esse asserens.* ubi Casaub. vide & adde Nostrum *lib.* XI. *Hist. Anim.* Ubi de juvene quodam prodigo inquit: ἀεὶ γὰρ τῇ γαστρὶ ἐχαρίζετο καὶ ἐξ ἁπάσης αἰτίας ὁ ἄσωτος τὸ ποικίλον τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σὺν κινδύνῳ πορισθὲν, καὶ τὸ ἐωνημένον πολλοῦ τρόπῳ βδελυρίας καὶ λαιμαργίας ὑπερβολῇ, κέρδος ἡγούμενος εἰς ἡδονήν. *omnia enim ventri donabat & quâcunque occasione prodigus ille, cibos varios & cum periculo conquisitos multoque parabiles ære in lucro deputabat, & viatico voluptatis, moribus abominandis & nimia ingluvie eò provectus.* Donatus *ad illa Terentii*,

Hæc, cum rationem ineas, quam ſint ſuavia & quam cara ſint &c.

Nonnihil, inquit, *philoſophatus eſt Poëta, oſtendendo multis ſuavia eſſe, quæ cara ſunt.* KUHN.

6 Ει πλέιονος ὠνήσομαι] MSS. B. & C. una voce auctius, αὐτὴν ὠνήσομαι. SCHEFF.

Ει πλέιονος ὠνήσομαι] Quod ex MSS. B. & C. notat Schefferus, legere eos, εἰ πλέιονος αὐτὴν ὠνήσομαι, id ipſum etiam in Lugd. reperi. Sed nihil indiget locus hoc augmento. PERIZ. Juvenalis *Sat.* XI. 16.

--- *Magis illa juvant, quæ pluris emuntur.*

ΚΕΦ. ι'.

Περὶ τῶν παλαιῶν ζωγράφων.

[1] Ὅτε ὑπήρχετο ἡ γραφικὴ τέχνη, καὶ ἦν τρόπον τινα [2] ἐν γάλαξι καὶ ἐν σπαργάνοις, οὕτως ἄρα [3] ἀτέχνως εἴκαζον τὰ ζῶα, [4] ὥστε ἐπιγράφειν αὐτοῖς τοὺς γραφέας, τοῦτο Βοῦς, ἐκεῖνο Ἵππος, τοῦτο Δένδρον.

CAP. X.

De vetuſtis pictoribus.

Quum ars pingendi inciperet, & quodam modo in lacte faſciisque verſaretur, adeo ruditer ſimulabant animantia, ut inſcriberent iis pictores, Hoc eſt Bos, illud Equus, hoc Arbor.

1 Ὅτε ὑπήρχετο &c.] Plinius *apparere* ait, *Iliacis temporibus* picturam *nondum fuiſſe*, licet in Italia ſupereſſent tabulæ, quæ jam ante Romam conditam iſtic fuerant pictæ. Vide Eum *lib.* XXXV. 3. Nec obſtat illi, ut putat Voſſius *de Graphice* §. 4. quod ſtatuaria utique fuerit antiquior, & ab ipſo Dædalo jam exculta, quum ſine dubio hæc ſimplicior, & in quovis ligno exercita, longe prius fuerit inventa, & in communem uſum inducta, quam illa. Nullum tamen dubium eſt, quin ante, quam aliquo eſſet in uſu, ſæpe exſtiterit quis, qui atro colore aliquid notaverit in albo, & quoquo modo poſſet, expreſſerit, ſeu per ludum jocumque, ſive ut figuram quandam alteri declararet. Sed talium ratio haberi non debet, quando quæritur tempus, quo cœperit exiſtere Ars quæpiam, ut facit *d. l.* Plinius. Nam quicquid illius antea forte factum fuerat; non Artis erat, ſed Naturæ, Arti præludentis. Mox Sluisk. ἐν γάλαξι καὶ σπαργάνοις, omiſſo poſteriore ἐν. Phraſin ipſam Vide & *ſupra* VIII. 8. ubi itidem de initiis picturæ agitur. PERIZ.

2 Ἐν γάλαξι] Ex Euripide, qui in *Hercule furente*, Junonem ait immiſiſſe angues Herculi ὄντι ἐν γάλακτι ὄντι, adhuc *maternis inhianti uberibus*, vel *tenero & lactenti.* Nicephorus *lib.* VI. ὡς τοῦτο βασκανία τις, ὡς εἰπεῖν, ἐν σπαργάνοις ἔτι κειμένη καὶ γάλαξιν. *ſed hæc erat invidia adhuc in cunis latitans, uberibuſque inhians*, i. e. recens nata & nondum adulta. confer *ſupra lib.* VIII. *cap.* 8. KUHN.

3 Ἀτέχνως] Ut primam picturam etiam Plinius fuiſſe refert *lib.* XXXV. *cap.* 3. ſolebant nempe umbram hominis aut beſtiæ lineis tantum circumducere, atque ſic ex modo ejus corporum imagines deſcribere. SCHEFF.

4 Ὥστε ἐπιγράφειν αὐτοῖς] Plinius *dicto loco. Primi exercuere picturam Ardices Corinthius & Thelephanes Sicyonius, ſine ullo colore. Jam tamen ſpargentes lineas intus. Ideo & quos pingerent, aſcribere inſtitutum.* SCHEFF. Luſus *in Priapum.*

Inſulſiſſima quid puella rides?
Non me Praxiteles Scopasve fecit:
Nec ſum Pheidiacâ manu politus:
Sed lignum rude villicus dolavit:
Et dixit mihi. Tu Priapus eſto!

ubi Frid. Lindenbruch. *Indicat ita impolite fabricatum fuiſſe, ut neceſſum habuerit dicere, Tu Priapus eſto! alioquin in ea cauſa fuiſſe, ut ignoraretur, Priapuſne eſſet, an putre & inutile lignum.*

num. Sic pictores rudi adhuc seculo, & cum nondum magna ista ars ad tantam excellentiam pervenisset, picturis subscribebant, hic homo! hic asinus! de primis picturæ rudimentis videatur Athenagoræ *Legatio pro Christianis p. m.* 19. KUHN.

ΚΕΦ. ιά.

Περὶ Διογένους ἀλγοῦντος τὸν ὦμον.

Ἤλγει τὸν ὦμον Διογένης, ἢ τρωθεὶς, οἶμαι, ἢ ἐξ ἄλλης τινὸς αἰτίας. Ἐπεὶ δὲ ἐδόκει σφόδρα ἀλγεῖν, [1] τῶν τις ἀχθομένων αὐτῷ κατεκερτόμει, λέγων, τί οὖν οὐκ ἀποθνήσκεις, ὦ Διόγενες, καὶ σεαυτὸν ἀπαλλάτ]εις κακῶν; Ὁ δὲ εἶπε· [2] Τοὺς εἰδότας ἃ δεῖ πράττειν ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἃ δεῖ λέγειν, τούτους γε ζῆν προσήκει, ὧν καὶ αὐτὸς ὡμολόγει εἶναι. Σοὶ μὲν οὖν, ἔφη, οὐκ εἰδότι τά τε λεκτέα καὶ τὰ πρακτέα, ἀποθανεῖν ἐν καλῷ ἐστιν· ἐμὲ δὲ τὸν ἐπιστήμονα ἐκείνων πρέπει ζῆν.

CAP. XI.

De Diogene laborante ex humero.

Dolorem sentiebat Diogenes in humero, vulneratus, puto, vel alia quadam causa. Quum igitur vehementi dolore videretur affici, quidam inimicorum ejus illudebat ei, dicens: Quare igitur mortem non obis, ô Diogenes, & teipsum malis liberas? At ille respondit: Eos qui sciunt, quæ in vita facere quæque dicere deceat, vivere æquum est, inter quos & se esse profitebatur. Itaque tibi, inquit, qui, neque quæ dicenda, neque quæ agenda sint, nosti, *bonum est* mori: me vero, qui scio illa, par est in vivis agere.

ΚΕΦ. CAP.

1 Τῶν τις ἀχθομένων αὐτῷ κατεκερτόμει] *Aliquis ex iis, qui ab eo vexati fuerant dictis, & ideo inimici ejus erant, insultabat ipsi.* Sic Hesiod. Θεογ. 155. de liberis Cœli, σφετέρῳ δ' ἤχθοντο τοκῆϊ, *à suo patre odio habebantur, & infestabantur.* Vide ibi Eruditiss. Græivum. Κατακερτομεῖν est *irridere, insultare.* Polyæn. I. 34. 2. μάλα δὴ τῶν συμμάχων κατεκερτόμησαν, *majorem in modum irriserunt socios.* Sluisk. hic legit αὐτὸν, sed rectum est, quod vulgatur, idque in Lugd. reperitur. PERIZ. Mediceus quoque legit αὐτὸν, quod præfero. ἀχθόμενος enim hic absolute positum videtur, ut *lib.* XIII. *cap.* 26. σὺ δὲ ὦ Διόγενες, φησὶν, ἄχθῃ; & Herodian. *lib.* VIII. *cap.* I. ὁ δὲ στρατὸς ἤχθετο. & κατεκερτόμει, a quo verbo regitur pronomen, cum quarto casu construi docet Suidas. Κατακερτομεῖν. αἰτιατικῇ, καταχλευάζειν.

2 Τοὺς εἰδότας] Aristot. *Ethic.* III. *cap.* 9. ὅσῳ ἂν μᾶλλον τις τὴν ἀρετὴν ἔχῃ πᾶσαν, καὶ εὐδαιμονέστερος ᾖ, τῷ τοιούτῳ μάλιστα ζῆν ἄξιον. *quo magis omnem virtutem aliquis habuerit & beatior fuerit, eo magis vivere dignus est.* KUHN.

ΚΕΦ. ιβ΄.

Ἀρχύτου ἀπόφθεγμα περὶ ἀνθρώπων.

[1] Ἀρχύτας ἔλεγεν· Ὥσπερ ἔργον ἐστὶν εὑρεῖν ἰχθὺν, ἄκανθαν μὴ ἔχοντα, οὕτω καὶ ἄνθρωπον, μὴ κεκτημένον τι δολερὸν καὶ [2] ἀκανθῶδες.

CAP. XII.

Archytæ apophthegma de hominibus.

Archytas dicebat: quemadmodum difficile eſt piſcem, ſpinas non habentem, invenire, ſic & hominem, qui non doloſum & malignum quid habeat.

CAP. ΚΕΦ.

1 Ἀρχύτας] Dictum hoc ad Democritum refert Plutarchus *Symp.* II. SCHEFF. Democriti dictum apud Plutarchum toto cælo diſtat ab eo, quod Noſter *Archytæ* aſſerit. Nam *l. c. q. decimâ* ita ſcribit: ἔλεγεν οὐ ξένον τι πεπονθέναι πάθος Ἁγίαν, εἰ τὴν ἴσην μερίδα λαμβάνων, δυσκολαίνει, γαστέρα φορῶν τηλικαύτην· καὶ γὰρ αὐτὸς εἶναι τῶν ἀδδηφαγίᾳ χαιρόντων. ἐν γὰρ ξυνῷ ἰχθύϊ ἄκανθαι οὐκ ἔνεισιν, ὥς φησι Δημόκριτος. *Nihil mirum accidiſſe Hagiæ, quod æquam portionem cibi accipiens moleſtè id ferat, cum tantum ventrem circumferat. nam ipſum quoque eſſe in eorum numero, qui voracitate gaudent. Ut enim Democritus inquit, in communi piſce ſpinæ non ſunt.* Innuit Democritus, cum piſcis non in æquas portiones diviſus convivis apponitur, ſed integer communiſque omnibus in menſa quaſi proſtat, tum ſæpe fieri χειρῶν ἅμιλλαν καὶ στόματος, *oris manuumque inter edendum certamen*, convivaſque ſe avidius implere piſce illo communi, ac ſi nullam ſpinam, quæ eſitantes moretur, ſecum habeat. Notatur itaque hoc dicto manduconum ἁρπασμὸς & aviditas, cum in menſa de communi dividundo certamen cernitur. quæ Hadrian. Junius *Cent.* VIII. *Adag.* 75. de hoc Democriti verbo habet, nec cælum tangere videntur nec terram. Cæterum ut piſcem Archytas non ſine ſpina eſſe dixit, nec hominem ſine vitii alicujus labe: ita Simonides eodem ſenſu, πάσαισι, inquit, κορυδαλλῆσι χρὴ λόφον ἐγγενέσθαι. *Galeritam non fas eſt naſci ſine criſtâ.* Plutarch. in πῶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρῶν ὠφελοῖτο. KUHN.

2 Ἀκανθῶδες] Verti, *Malignum.* Maligni enim ſunt, qui *lubenter alios pungunt, aut aliis nocent*, quod proprie illo vocabulo hic deſignatur. PERIZ.

ΚΕΦ. ιγʹ.

Ὅτι Ἀρχίλοχος ἑαυτοῦ κατηγόρει.

Αἰτιᾶται [1] Κριτίας [2] Ἀρχίλοχον, [3] ὅτι κάκιστα ἑαυτὸν εἶπεν. Εἰ γὰρ μή, φησιν, ἐκεῖνος τοιαύτην δόξαν ὑπὲρ ἑαυτοῦ εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξήνεγκεν, οὐκ ἂν ἐπυθόμεθα ἡμεῖς, οὔτε ὅτι Ἐνιποῦς υἱὸς ἦν τῆς δούλης· οὔθ' ὅτι [4] καταλιπὼν Πάρον διὰ πενίαν καὶ ἀπορίαν, ἦλθεν εἰς Θάσον· οὔθ'

CAP. XIII.

Quod Archilochus ſe ipſum redarguerit.

Critias reprehendit Archilochum, quod ipſe de ſe peſſime ſit loquutus. Niſi enim, inquit, ipſe de ſe talem famam in Græcos extuliſſet, nunquam utique nos ſciviſſemus, neque eum Enipûs ſervæ filium fuiſſe: neque, relicta Paro propter paupertatem rerumque penuriam, in Thaſum

1 Κριτίας] Celebris eſt Scriptor, qui à Polluce citatur quam ſæpiſſime. Meminit & Noſter iterum Ejus, *cap.* 17. Scripſit de Rebus publicis. Certe ejus *Remp. Lacedæm.* laudat Athenæus *lib.* XI. *cap.* 3. & 10. Ad hanc etiam illius *Remp.* ſeu Librum refero fragmentum, quod Clemens Alex. *Stromat.* VI. *p.* 620. ex Eo profert, quaſi ex Euripide expreſſum, quum plane conveniat iis, quæ Xenophon quoque, in *Rep. Laced. in initio*, memoriæ prodidit de cura Lycurgi in matres & feminas, ut tanto robuſtiores parerent liberos. PERIZ.

2 Ἀρχίλοχον] Archilochus lyricus poëta vitam ſuam metro, ut ex fragmento hic laudando apparet, elegiaco conſcripſit & dicenda tacenda de ſe ipſo poſteris tradidit. Syneſius *de Inſomniis p.* 156. ait, εἶναί τινας οἳ δύνανται λέγειν οὐκ ἔχοντες, ὅ, τι δεῖ λέγειν· δέον ἀπολαύειν ἑαυτῶν, ὥσπερ Ἀλκαῖός τε καὶ Ἀρχίλοχος, οἳ δεδαπανήκασι τὴν εὐστομίαν εἰς οἰκεῖον βίον ἑκάτερος. καὶ τοίνυν ἡ διαδοχὴ τοῦ χρόνου τηρεῖ τὴν μνήμην, ὧν τε ἤλγησαν, ὧν τε ἥσθησαν, *eſſe quoſdam, qui cum dicere poſſint, non habent, quod dicant: cum à ſe ipſis argumentum orationis mutuari debuiſſent, ut Alcæus & Archilochus fecerunt, qui ambo facundiam ſuam in propriæ vitæ deſcriptionem impenderunt. ideoque temporis ſeries memoriam eorum ſartam tectam conſervat, quæ illis vel moleſta acciderant vel jucunda.* Niceph. *Scholiis in Syneſium* inter alia de *Archilocho:* καὶ ἐν μέτρῳ Ἡρωϊκῷ τὰ καθ' αὐτὸν ἔγραψε. quod Pichonius vertit: *Heroico verſu, quæ ſua ætate geſta ſunt, deſcripſit*; mallem *vitam ſuam vel fata ſua* (τὰ καθ' αὐτὸν) reddidiſſet. Cæterum quod Nicephorus de Heroico verſu dicit, id μνημονικὸν ἁμάρτημα eſt, vel vario metro ſuam vitam ſcripſerit Archilochus, quod μέγα λίαν αἴτημα fuerit. Judicium de hoc poëta habes apud Vellejum Patercul. *lib.* I. & Suid. in Ἀρχίλοχος. confer & Euſebium *lib.* V. *de Præpar. Euangel. pag.* 226. 227. 228. Dionem Pruſæum in Θερσίτῃ. KUHN.

3 Ὅτι κάκιστα ἑαυτὸν εἶπεν] Feciſſe id videtur, ut ſua quoque cæderet vineta, nec ſibi parceret, quum tanta libertate alios reprehenderet. Dio Chryſoſt. *Orat.* XXXIII. potiore loco habendos cenſet eos, qui vitia incuſent, Homerum quidem omnia laudaſſe, at Archilochus, inquit, ἐπὶ τὴν ἐναντίαν ἧκεν, ψέγειν, ὁρῶν, οἶμαι, τούτου μᾶλλον δεομένους τοὺς ἀνθρώπους, καὶ πρῶτον αὐτὸν ψέγειν, *in contrariam partem ſe vertit, ad reprehendendum, videns, ut opinor, eo magis indigere homines, & primo quidem ad ſe ipſum reprehendendum.* Addens, ideo τοῦ μεγίστης τυχεῖν μαρτυρίας παρὰ τοῦ Δαιμονίου, *maximum accepiſſe teſtimonium à Deo,* ſeu

οὔθ' ὅτι ἐλθὼν, τοῖς ἐνταῦθα ἐχθρὸς ἐγένετο· οὐδὲ μὴν ὅτι ὁμοίως τοὺς φίλους καὶ τοὺς ἐχθροὺς κακῶς ἔλεγε. Πρὸς δὲ τούτοις (ἦ δ' ὅς) οὔτε ὅτι μοιχὸς ἦν, ᾔδειμεν ἂν, εἰ μὴ παρ' αὐτοῦ μαθόντες· οὔτε ὅτι λάγνος καὶ ὑβριστής· καὶ τὸ ἔτι [5] τούτων αἴσχιστον, ὅτι [6] τὴν ἀσπίδα ἀπέβαλεν. Ουκ ἀγαθὸς ἄρα ἦν ὁ Ἀρ-

ſum veniſſe: neque etiam quod, eo quum veniſſet, hominum iſtius loci inimicus evaſerit: neque vero quod æqualiter tam amicis quam inimicis male dixerit. Ad hæc, dicebat ille, neque eum adulterum fuiſſe ſciviſſemus, niſi ab eo didiciſſemus: neque libidinoſum, neque laſcivum: neque (quod eſt etiam illorum *omnium* turpiſſi-

ſeu Oraculo. PERIZ.

4 Καταλιπὼν Πάρον &c.] Immo vero ἐξενάγησε Παρίους, *duxit Pariorum coloniam*, *in Thaſum*, vel potius, quum pater ejus oraculum accepiſſet, ut nunciaret Pariis, Urbem eſſe condendam in inſula *Aëria*, Archilochus docuit Parios, inſulam Thaſon eſſe *Aëriam*, vel olim ſic fuiſſe appellatam. Vide Euſebium *Præpar. Euangel.* VI. 7. qui locus debuit etiam conferri, ut feciſſe video Holſtenium, cum Stephano in *voce* Θάσος, ubi Pinedo, deceptus corrupto adhuc loco, exiſtimat, Teleſiclea, cui Oraculum fuit datum, fuiſſe Archilochi Filium. Sed recte ex MSS. emendarunt Stephanum Holſtenius & Berkelius, inſerendo πατρὶ, ut legatur, χρησμοῦ, τοῦ δοθέντος τῷ πατρὶ τοῦ Ἀρχιλόχου, *Oraculi*, *quod datum eſt Patri Archilochi.* Ipſe tamen Berkelius iſtic graviſſime etiam errat, quando putat Parios ex hoc Oraculo, quod Archilocho ait datum, miſiſſe eo hos colonos aliquanto poſt tempora *Darii* Hyſtaſpis, quum Archilochus non Dario tantum, ſed & Cyro, fuerit longe antiquior, quippe qui vixit tempore Gygis, ut Herodotus, vel ut Cicero, Romuli. *Thaſus* autem *condita* dicitur Olympiade XV. vel XVI. Vide Clement. Alexandr. *lib.* I. *Strom. pag.* 333. Ceterum in Æliano illa Archilochi migratio accipienda ergo eſt, non ita, ac ſi ſolus eam fecerit, ſed ut particeps coloniæ, quam ipſe ſuaſit, cujus ſuadendæ cauſa in ipſo fuit, ut ex Noſtro jam diſcimus, Paupertas. Quapropter etiam Euſebium putem, nimis magnifice de Archilocho locutum, quando eum ait, ξεναγῆσαι τοὺς Παρίους, *duxiſſe Parios in iſtam coloniam*, quum fuerit inter eos privatus, & ideo dein Thaſon quoque reliquerit, implicitus etiam iſtic inimicitiis quamplurimis. Certe *Paupertatem* ejus, & quod bona ſua conſumpſerit civilibus factionum nugis, deque eo queſtus apud Apollinem, oraculum acceperit migrandi in inſulam Thaſon, ipſe alibi (*Præp. Euang.* V. 31.) tradit, prout emendatur, & recte, ab Holſtenio *ad Stephanum d. l.* PERIZ.

5 Τούτων αἴσχιστον] Nam hi tales infames habiti, ut diſcimus ex Iſocratis *oratione de Pace*. Et teſtimonio Pollucis, quod ex *lib.* VI. *cap.* 36. quibus addas Æſchinem *adverſus Timarchum.* Nec apud Græcos tantum, verum etiam Romanos, quod non uno loco docent auctores. Idem in Germanis etiam obtinuit. Tacitus *lib. de ipſorum moribus cap.* 6. *Scutum reliquiſſe præcipuum flagitium, nec aut ſacris adeſſe, aut concilium inire ignominioſo fas. Multique ſuperſtites illorum, infamiam laqueo finierunt.* SCHEFF. Quam pudendum apud Græcos fuerit vocari ῥίψασπιν, nemini paulo humaniori ignotum. Unde Epaminondas jam moribundus à circumſtantibus requiſivit, *num cadenti ſibi ſcutum ademiſſet hoſtis.* Juſtinus *lib.* VI. *cap.* 8. Platonem vide *lib.* XII. *de Legibus.* ubi plura de ἀποβολῇ τῶν ὅπλων, & diſtinctione inter ῥίψασπιν & ἀποβολέα τῶν ὅπλων. KUHN.

6 Τὴν ἀσπίδα ἀπέβαλεν] Verſus, quibus id de ſe prodidit ipſe Archilochus, recitat Sextus Empyr. *Pyrrhon. Hypot.* III. 24. Strabo *lib.* XII. *pag.* 749. & Ariſtophanes in *Pace pag.* 749. Accidit id autem in pugna contra Saios, populum Thraciæ. Nihilo tamen minus jactat idem Archilochus ſtrenuum ſe Martis cultorem æque ac Poetam fuiſſe, apud

Ἀρχίλοχος 7 μάρτυς ἑαυτῷ, τοιοῦτον κλέος ἀπολιπὼν, καὶ τοιαύτην ἑαυτῷ φήμην. Ταῦτα 8 οὐκ ἐγὼ Ἀρχίλοχον αἰτιῶμαι, ἀλλὰ Κριτίας.

pissimum) scutum abjecisse eum. Nequaquam igitur bonus sibi ipsi testis exstitit Archilochus, qui tale decus, talemque famam, sibi reliquit. Hoc nomine non ego Archilochum accuso, sed Critias.

ΚΕΦ. CAP.

apud Athenæum XIV. 6.

> Εἰμὶ δ' ἐγὼ θεράπων μὲν Ἐνυαλίοιο Ἄνακτος,
> Καὶ Μουσέων ἐρατὸν δῶρον ἐπιστάμενος.

Sum vero Ego famulus quidem Enyalii Regis, Et amabile Musarum donum sciens. Sed & in bello periit. Vide Plutarch. *de Sera Numinis Vindicta*, Euseb. *Præp. Euang.* V. 33. & Suidam. Quod autem turpissimum fuerit, *scutum abjecisse*, res notissima est, & satis etiam hic exposita à Scheffero & Kuhnio. Unum Ego addam, quia ad ipsum pertinet Archilochum. Nempe eum, quum Lacedæmona venisset, jussum statim rursus abire, quia intellexerant Lacones, eum illis versibus, quos refert Aristophanes & Strabo, dixisse rem pessimi, ut arbitrabantur, exempli, *melius esse abjicere scutum, quam mori.* Vide Plutarchum in *Laconicis Institutis*. PERIZ.

7 Μάρτυς ἑαυτῷ] Extant versus apud Aristophanem in *Pace* hisce verbis

> Ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται, τὴν παρὰ θάμνῳ
> Ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.

Scholiastes *ad hunc locum* ita notat: ὁ Ἀρχίλοχος ἐξῆλθεν εἰς πόλεμον ἐν τῇ πρὸς Σαΐους μάχῃ, ἔστι δὲ ἔθνος Θρᾴκης καὶ φοβηθεὶς ἔφυγε, ῥίψας ἑαυτοῦ τὰ ὅπλα. Est & aliud Hemistichion ejusdem Poëtæ apud Plutarchum ad hunc modum,

> Ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα φυγών, ἀλλ' ἀσπὶς ἐκείνη
> Ἐῤῥέτω, ἧς αὖθις κτήσομαι οὐ κακίω.

SCHEFF. Posterius distichon (non hemistichion) cohæret cum præcedenti, ut docet Aristophanes *l. c.* dum statim primo subjungit disticho, ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα &c. Versionem utriusque loci qualemcunque apponere libet;

> *Sæus ovat clypeo, qui post fruteta relictus*
> *Excidit invita, Marte premente, manu,*
> *Dum fugiens animam servo: sed, ô iste, valeto!*
> *Non minor amisso mox mihi erit clypeus.*

vide Plutarchum *circa finem Apopthegm. Lacon.* ubi tradit *Archilochum* propter hæc disticha Sparta esse ejectum, eâdem, quâ advenerat horâ. defectus in altero disticho ibidem facilè suppleri potest ex Aristophane, & *alio* Plutarchi *loco.* adi & Sarisburiens. *Polycrat. lib.* VIII. *cap.* 2. Cæterum in primo versu pro τὴν legitur ἣν apud Strabonem *lib.* X. *pag.* 315. KUHN.

8 Οὐκ ἐγὼ &c.] *Archilochus* Veteribus fuit laudatissimus Poeta, seu, ut ait Valer. Max. VI. 3. *Maximus, aut certe Summo proximus.* Atque ideo etiam Apollo oraculis suis eum ornavit. Vide Eusebium V. 33. Hæc causa est, quare ita sollicite Auctor ab se amoliatur speciem accusandi Archilochi, quum, tanquam Sophista, faveat Poetis Græcis. Sic *supra* IX. 4. magno studio defendit Anacreontis continentiam, minus profecto certam. PERIZ.

ΚΕΦ. ιδ΄.

Περὶ ἀργίας.

Σωκράτης ἔλεγεν, ὅτι [1] ἡ Ἀργία ἀδελφὴ [2] τῆς Ἐλευθερίας ἐστὶ, καὶ μαρτύριον ἔλεγεν, ἀνδρειοτάτους καὶ ἐλευθεριωτάτους Ἰνδοὺς καὶ Πέρσας, ἀμφοτέρους δὲ [3] πρὸς † σχηματισμὸν [4] ἀργοτά-

τά-

CAP. XIV.

De ocio.

Socrates dicebat, ſororem Libertatis eſſe Ocium, & argumentum hujus rei dicebat, fortiſſimos eſſe & libertatis ſtudioſiſſimos Indos & Perſas, qui utrique, ſi ſpectes exteriorem ſpeciem, ſegniſſimi eſſent:

† χρηματισμὸν.

1 Ἡ ἀργία &c.] Sunt illæ æqualiter inter ſe veluti ſorores. Nam ſicut *otium* ſequitur *libertatem*, & eſt cum *libertate* conjunctum: ſic *libertas* viciſſim ſequitur *otium*, ſeu oritur ſæpe ex *otio*. Unde Ariſtot. *Polit.* V. 11. inter alia etiam hoc, *cives ad paupertatem redigere*, Tyrannicum eſſe ait, ὅπως, πρὸς τὸ καθ' ἡμέραν ὄντες, ἄσχολοι ὦσιν ἐπιβουλεύειν, *ut quotidiano victu quærendo occupatis, otium non ſit ad inſidias tyrannidi ſtruendas.* Hinc ergo Amaſis Rex Ægypti legem tulit, ut quiſque apud Præſidem ſuæ regionis declararet, unde viveret. Vide Herodot. II. 177. De Piſiſtrato vide ſimilia apud Noſtrum IX. 25. Adde & quæ notavi *ad* IV. 1. PERIZ.

2 Τῆς ἐλευθερίας] Reſpexiſſe Cicero videtur, quando ait *l.* II. *de Or. cap.* 6. *Liber eſſe non videtur, qui non aliquando nihil agit.* KUHN.

3 Πρὸς σχηματισμὸν] Πρὸς χηματισμὸν, quod male acceptum Interpreti, hunc parit ſenſum, quod ſcilicet, ſi Indorum Perſarumque veſtimenta, ad talos defluentia & laxa reſpicias, ſtatim inde poſſis intelligere, otio, non labori eos eſſe deditos. Qui enim opus faciunt ſuccincta & breviori veſte tegi amant. Cæterum eoſdem cum Socrate teſtes Heraclides Ponticus advocavit, molliorem vitam libertatis ſororem germanam eſſe probaturus, *libro de Voluptatibus.* ἅπαντες, inquit, οἱ τὴν ἡδονὴν τιμῶντες καὶ τρυφᾶν προῃρημένοι, μεγαλόψυχοι καὶ μεγαλοπρεπεῖς εἰσι, ὡς Πέρσαι καὶ Μῆδοι. μάλιστα γὰρ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων τὴν ἡδονὴν οὗτοι καὶ τὸ τρυφᾶν τιμῶσι ἀνδρειότατοι καὶ μεγαλοψυχότατοι τῶν βαρβάρων ὄντες· ἔστι γὰρ τὸ μὲν ἥδεσθαι καὶ τὸ τρυφᾶν ἐλευθέρων, ἀνίησι γὰρ τὴν ψυχὴν καὶ αὔξει· τὸ δὲ πονεῖν δούλων καὶ ταπεινῶν· διὸ καὶ συστέλλονται τὰς ψυχάς. *omnes, qui voluptatem & delicias ſibi deligunt colendas, magno ſunt animo & ſplendidè ſe gerunt, ut Perſæ & Medi; præ aliis enim gentibus deliciantur illi, cum inter Barbaros & fortitudine & animi magnitudine longè emineant. Nam ſtudium voluptatum & deliciarum liberos homines addecet, quia animum relaxat augetque, laborare autem ſervile eſt & abjectæ conditionis: ideoque ſervi etiam animos gerunt fractos humileſque.* Lacedæmonii etiam laborem ſervis, otium liberis competere crediderunt. Cum igitur Laco quidam (Plutarchus in *Apoptheg. Lacon. Herondam* eum vocat) Athenis otii aliquem judicio damnatum audiret, voluit ſibi oſtendi hominem, qui liberali crimine notatus eſſet. Plut. in *Lycurgo.* Joſephus *lib.* II. *contra Apion.* οἱ μένγε μήτε γῆν ἐργαζόμενοι, μήτε περὶ τέχνας πονοῦντες, ἀλλὰ πάσης ἐργασίας ἄφετοι λιπαροί τε καὶ τὰ σώματα πρὸς κάλλος ἀσκοῦντες, ἐπὶ τῆς πόλεως διῆγον, ἄλλοις ὑπηρέταις πρὸς ἅπαντα τὰ τοῦ βίου χρώμενοι, καὶ τροφὴν ἑτοίμην παραλαμβάνοντες. *qui quidem* (Spartani) *nec agros colentes, nec artibus intenti manuariis, ſed ab omni opere eximii, oleoque nitidi & corpora, ut ſucci plena eſſent. exercentes, in urbe victitabant, aliorum miniſterio ad omnia vitæ neceſſaria uſi, & cibum ab iis paratum ſumentes.* KUHN.

Πρὸς σχηματισμὸν] h. e. *exteriori habitu &* *ſpe-*

τάτους εἶναι· Φρύγας δὲ καὶ [5] Λυδοὺς ἐργαστικωτέρους, δουλεύειν δέ.

ſent: Phryges vero & Lydos ad opus faciendum aptiſſimos eſſe, ſed ſervire.

ſpecie. Sic Anton. Lib. *Fab.* 13. πρὸς ὄψιν ἀντίπαις ὤν, *quod ad faciem, ipſo aſpectu.* Nihil ergo hic mutandum, quod facere voluit Geſnerus, legendo χρηματισμὸν. PERIZ.

4 Αργοπάτυς] Idem in Germanis notat Tacitus *cap.* 15. *lib. de ipſorum moribus: Quoties*, inquit, *bella non ineunt, multum venatibus, plus per otium tranſigunt, dediti ſomno ciboque. Fortiſſimus quisque ac bellicoſſimus nihil agens, delegata domus & penatium & agrorum cura fœminis ſenibuſque & infirmiſſimo cuique ex familia, quam ipſi habent: mira diverſitate naturæ, cum iidem homines ſic ament inertiam & oderint quietem.* De Thracibus Herodotus *lib.* v. *otioſum eſſe, pro honeſtiſſimo habetur, agricolatorem vero, pro contemptiſſimo.* SCHEFF.

5 Λυδὺς] Crediderim ergo, Cyrum ademiſſe iis potius ludos, & impoſuiſſe labores, contra quam ſcribit Juſtinus I. 7. & Alii. Lugd. Codex per compendium videtur ſcripſiſſe ἐργαστικωτάτυς. PERIZ.

ΚΕΦ. ιε΄.

Περὶ τῶν μνηστευσαμένων τὰς τοῦ Αριστείδου καὶ τοῦ Λυσάνδρου θυγατέρας.

Τὰς [1] Αριστείδου [2] θυγατέρας, ἔτι αὐτοῦ περιόντος, ἐμνηστεύοντο οἱ τῶν Ελλήνων δοκοῦντες διαφέρειν. Εβλεπον δὲ ἄρα οὐκ εἰς τὸν βίον Αριστείδου, οὐδὲ ἐθαύμαζον αὐτοῦ τὴν [3] Δικαιοσύνην· ἐπεὶ, τούτων γε εἰ ἦσαν ζηλωταὶ, κἂν μὴ ταῦτα ἐπέμειναν τῇ μνηστείᾳ. Νῦν δὲ ὁ μὲν ἀπέθανεν, οἱ δὲ οὐδὲν ἡγήσαντο εἶναι πρᾶγμα κοινὸν πρὸς τὰς κόρας. Αποθανὼν γὰρ ἐγνώσθη ὁ παῖς Λυσιμάχου, ὅτι πένης ἦν· ὅπερ καὶ ἀνέστειλεν ἐκείνους τοὺς κακοδαίμονας ἐνδόξου τε ἅμα καὶ σεμνοτάτου [4] γάμου, παρ' ἐμοὶ κρι-

CAP. XV.

De iis qui Ariſtidis & Lyſandri filias ſibi deſponderant.

Ariſtidis filias, ipſo adhuc ſuperſtite, ſibi deſponderant, qui inter Græcos videbantur excellere. Neque vero ſpectabant illi vitam Ariſtidis, neque juſtitiam ejus admirabantur: quoniam, ſi horum æmuli extitiſſent, poſtea etiam in ſponſione manſiſſent. Jam vero ille quidem exceſſit è vita, at hi nihil ſibi cum illis puellis conventum eſſe putarunt. Poſteaquam enim vita defunctus eſſet filius ille Lyſimachi, pauper fuiſſe cognitus eſt; quæ res etiam infelices illos à ſplendidis &

1 Αριστείδυ] Meminit verbo hujus rei Plutarchus *ab initio Ariſt.* Cornel. Nepos *fine.* Teles apud Stobæum *ſerm.* XCIV. vide quæ notavi *ſupra* VI. 7. SCHEFF.

2 Θυγατέρας] Athenienſes juſtam *Ariſtidis* paupertatem majori veneratione proſecuti ſunt, quam proci. Nam filio *Ariſtidis Lyſimacho* quotidie duas drachmas è publico decre-

κριτῇ. Παραπλήσιον δὲ καὶ [5] ἐπὶ Λυσάνδρου· μαθόντες γὰρ αὐτὸν [6] εἶναι καὶ πένητα, τὸν γάμον ἀπέδρασαν.

& ampliſſimis, me judice, nuptiis retraxit. Simile *traditur* etiam de Lyſandro. Quum enim inopem eſſe Eum quoque reſciviſſent, nuptias recuſaverunt.

creverunt, filiaſque data dote elocarunt. KUHN.

3 Δικαιοσύνην] Reſpicit cognomen Ariſtidis, quod erat Δίκαιος, *Juſtus*. Vide & *ſupra* IV. 16. & Corn. Nepotem in *Ejus Vitâ*. PERIZ.

4 Γάμε] Dotem acceperunt dein hæ Virgines à Populo 3000 Drachmarum, ut refert Plutarchus in *Ariſtide*. Alteram harum, nam duæ fuerunt, ut ex illo Plutarchi loco liquet, Andocides Rhetor clam abduxit, & dono miſit Regi Cypriorum, cui dein eam iterum furto abſtulit, ut idem Plut. in *Vitis* X. *Rhetorum* tradit. *Paupertas* Ariſtidis clariſſima fuit, & memorata jam *ſupra* II. 43. & *infra* XI. 9. IDEM.

5 Επὶ Λυσάνδρε] Lugd. Λυσάνδρω. Sed rectius Alii. Intelligitur enim λέγεται. Sic *ſupra* I. 30. τὸ λεγόμενον ἐπὶ τ Θεῶν. Julian. *Orat*. I. *pag*. 44. τοῦτο τίς ἐπὶ σοῦ λέγειν ἐτόλμησε; *id quis de Te dicere audeat*? Vel forſan ἐστὶ τὸ χρῆμα, *res ſe habet cum*, vel *in*, *Lyſandro*. Sic ferme Epictetus *cap*. 40. ἐπὶ σεαυτοῦ ὤν, *ſolus tecum exiſtens*. De Filia Lyſandri Vide *ſupra* VI. 3. IDEM.

6 Εἶναι καὶ πένητα] Media particula abeſt ab utroque MS.

ΚΕΦ. ις.

Περὶ Ἀντισθένους, καὶ Διογένους.

CAP. XVI.

De Antiſthene & Diogene.

Ἐπεὶ ὁ Ἀντισθένης πολλοὺς προὔτρεπεν ἐπὶ φιλοσοφίαν, [1] οἱ δὲ, οὐδεὶς αὐτῷ προσεῖχον, τέλος ἀγανακτήσας, οὐδένα [2] προσίετο. Καὶ Διογένην οὖν ἤλαυνεν ἀπὸ τῆς συνουσίας

Quum Antiſthenes multos ad philoſophiæ ſtudium cohortaretur, illorum vero nullus ei auſcultaret, tandem indignatus, neminem admiſit. Quare & Diogenem à ſuo con-

1 Οἱ δὲ οὐδεὶς αὐτῷ προσεῖχον] Sluisk. προσεῖχε. Utro legas modo, ciccum non interduim. Videntur tamen Viri Docti adhæſiſſe ad hanc Syntaxin. Vidi enim, *ad Laertium* in *Diogene*, ita allegare quoſdam hunc locum, quaſi legeretur ac ederetur, ὡς δὲ οὐδεὶς αὐτῷ προσεῖχε. Sed male prorſus. Uſitatum enim eſt Græcis & Latinis, tali Zeugmate uti, & pro Genitivo partitionis, quaſi per Appoſitionem, eundem adhibere caſum, quo dein pars ſubjecta exprimitur. Salluſt. *Catil*. 43. *Cetera multitudo ſuum quiſque negotium exſequeretur*. *Jugurth*. 58. *At Noſtri*, &c. *magna pars*, *vulnerati aut occiſi*. Idem *Orat*. I. *ad Cæſ*. *Cetera multitudo*, *alius alium ſecuti*. Liv. I. 37. *Montes effuſo curſu Sabini petebant*, *& pauci tenuere*, *maxima pars*, *in flumen acti ſunt*. Sueton. *Domit*. 10. *Ceteros leviſſima quemque de cauſa occidit*. Sall. *Jug*. 66. *Vaccenſes*, *fatigati Regis ſuppliciis*, *principes civitatis*, *inter ſe conjurant*. *cap*. 104. *Mauri*, *impetratis omnibus*, *tres Romam profecti ſunt*, *duo ad Regem redeunt*. Noſter *ſupra* I. 5. ἡ ἀλώπηξ, οὐ μόνον τὸ χερσαῖον θηρίον δολερόν ἐστι, ἀλλὰ καὶ ἡ θαλαττία πανοῦργός ἐστι. V. 10. ὁπλῖται δὲ ἀπώλοντο αὐτοῖς, ἐν Σικελίᾳ μυριάδες τέσσαρες. Adde & omnino, quæ notavi *ad Sanctii Minervam pag*. 532. Vide & *ſupra*

σίας αὐτοῦ. Ἐπεὶ δὲ ἦν λιπαρέστερος ὁ Διογένης, καὶ ἐνέκειτο, ἐνταῦθα ἤδη καὶ τῇ βακτηρίᾳ καθίξεσθαι αὐτοῦ ἠπείλει· καί ποτε καὶ ἔπαισε κατὰ τῆς κεφαλῆς. Ὁ δὲ οὐκ ἀπηλλάττετο, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον ἐνέκειτο φιλοπόνως, ἀκούειν αὐτοῦ διψῶν, καὶ ἔλεγε, Σὺ μὲν παῖε, εἰ βούλει, ἐγὼ δὲ ὑποθήσω τὴν κεφαλὴν, καὶ οὐκ ἂν οὕτως ἐξεύροις βακτηρίαν σκληρὰν, ὥστε με ἀπελάσαι τῶν διατριβῶν τῶν σῶν. Ὁ δὲ [3] ὑπερησπάσατο αὐτόν.

convictu repulit. Quum vero magis assiduus adesset ei Diogenes, & inhæreret, tum vero minatus etiam est, se baculo eum percussurum: & aliquando etiam percussit in caput. At ille non recessit, sed etiam magis institit studiose, audire eum desiderans, & dixit, Tu percute modo, si vis, at ego caput tibi præbebo, neque vero tam durum inveneris fustem, ut me à tuis dissertationibus abigas. Ille vero *tunc* maxime eum amavit.

supra III. I. II. & *infra* XIV. 46. I. PERIZ. Paulo post in utroque Codice legitur, καί ποτε ἔπαισε κατὰ τῆς κεφαλῆς.

2 Προσίετο] Habet hanc historiam etiam Laertius in *vita Diogenis*, quem vide. & D. Hieron. *lib.* II. *adversus Jovinian.* SCHEFF. Quem exscribit Sarisburiensis *lib.* V. *Polycrat. cap.* 17. KUHN.

3 Ὑπερησπάσατο] Idem verbum eodem sensu habes etiam XIV. 14. Simplex ἀσπάζομαι notat non tantum *salutare* in adeundo vel abeundo, sed & *amare*, & liberaliter cum aliquo agere. Sic *infra* XIII. 18. Dionysius Siciliæ Tyrannus τραγῳδίαν μὲν ἠσπάζετο καὶ ἐπῄνει, ἀλλοτρίως δὲ πρὸς τὴν Κωμῳδίαν διέκειτο. Lucian. *de Morte Peregr.* εἰ δὲ καὶ τὸ πῦρ, ὡς Ἡράκλειόν τι, ἀσπάζεται, *si vero etiam ignem, ut Herculeum quid, amplectitur*, h. e. præfert in genere mortis eligendo. Hesiod. Ἀσπ. v. 84. Οἵ ῥά μιν ἠσπάζοντο, *qui eum benigne exceperunt.* Maximus Tyr. *Dissert.* VIII. *init.* de Harmodio, & duobus ejus Amatoribus, ὑπεριδὼν τοῦ τυράννου, τὸν ἰδιώτην ἠσπάσατο, *contemnens* Amatorem *Tyrannum*, *amabat privatum.* PERIZ.

ΚΕΦ. ιζʹ.

Περὶ τῶν πλουτησάντων ἐκ τῶν κοινῶν.

Λέγει Κριτίας, Θεμιστοκλέα τὸν Νεοκλέους, πρὶν ἢ ἄρξασθαι πο-

CAP. XVII.

De iis, qui ex reipublicæ gubernatione suam rem auxerunt.

Critias affirmat, Themistoclem, Neoclis filium, antequam remp. ad-

1 Τρία τάλαντα &c.] Non ergo exheredatus fuit à Patre, quod plerique tradunt, (Vide & Nostrum II. 12.) sed quod Plutarchus quoque falsum & confictum putat. Satis autem amplum hoc erat patrimonium pro ratione istius temporis. Etenim immane quantum creverunt opes cum publicæ Atheniensium, tum privatæ singulorum post bella

πολιτεύεσθαι, [1] τρία τάλαντα ἔχειν, τὴν οὐσίαν τὴν πατρῴαν. Ἐπεὶ δὲ τῶν κοινῶν προέστη, εἶτα ἔφυγε, καὶ ἐδημεύθη αὐτοῦ ἡ οὐσία, κατεφωράθη [2] ἑκατὸν ταλάντων [3] πλείω οὐσίαν ἔχων. [4] Ὁμοίως δὲ καὶ Κλέωνα, πρὸ τοῦ παρελθεῖν ἐπὶ τὰ κοινὰ, μηδὲν [5] τῶν οἰκείων ἐλεύθερον εἶ-

administrare cœpiſſet, trium *ſolum* talentorum rem, hæreditatem paternam, habuiſſe. Poſtquam vero reipubl. præfuiſſet, & dein exularet, ac bona ejus publicarentur, repertus fuit amplius centum talentorum facultates habere. Similiter etiam de Cleone, antequam ad rempublicam ac-

la Perſica, æque ac Romanorum poſt bella maxime Mithridatica. Maximam enim tunc habuerunt Attici occaſionem locupletandi ſe ex Urbibus Aſiæ, & Inſulis Ægei maris. Res manifeſta eſt ex diverſitate dotium, mulctarum, *&c.* Ariſtidis Filiæ à Populo honeſtam tunc dotem accepere dimidii Talenti, nam hoc faciunt tria millia drachmarum, quæ illis data. At tempore Menandri, quem expreſſit maxime Terentius, privati & plebeji cives dotem jam dabant aliquot talentorum. Chremes ideo apud Terent. *Andr.* v. 4. 48. fingitur promittere *decem talenta.* Nihil ergo mirum, Themiſtoclem poſt victoriam Salaminiam tantas quoque opes, *Centum Talentorum*, h. e. 180000 Carolinorum, potuiſſe ſibi comparare, quum dein XX. *Talentis* Iſocrates unam Orationem, immo Demoſthenes ſilentium ſuum, vendere potuerit, h. e. 36000 Carolinorum, ut notum eſt. De Opibus Athenienſium maximis Vide Budæum *de Aſſe lib.* v. & Me *infra ad* XI. 9. PERIZ.

2 Ἑκατὸν ταλάντων] Et ſic Theopompus. Θεόφραστος vero ὀγδοήκοντά φησι γενέσθαι τὸ πλῆθος. Plutarchus in *Themiſt.* SCHEFF. Herodotus *lib.* VIII. *cap.* 12. avaritiam videtur Themiſtocli impingere, οὐκ ἐπαύετο πλεονεκτέων inquit, & clam cæteris ducibus pecuniam ab inſulanis paſſim expreſſerat. KUHN.

3 Πλείων οὐσίαν] Irrepſit hoc in Schefferi & Kuhnii Editiones. Reponendum eſt, ut feci, ex priſtinis Edd. quod & poſtulat ratio Grammatica, πλείω. PERIZ.

4 Ὁμοίως δὲ καὶ Κλέωνα &c.] Sic omnibus literis MSti. Sollicitant tamen hunc locum Eruditi, & partim corruptum pronunciant, partim conjecturis tentant. Alii exponunt, ut μηδὲν poſitum accipiant pro καὶ μηδέν. Malim Ego, quod uſitatum eſt Noſtro in initiis Periodi, Nomen hoc proprium, Κλέωνα, per Ellipſin, quaſi pro κατὰ Κλέωνα, accipere iſtoc modo, ut ſenſus evadat: *Similiter vero etiam de Cleone*, ſeu *quod ad Cleonem*, ſcil. loquitur Critias, *priusquam ad Remp. acceſſit, nihil ei rerum familiarium fuiſſe non obligatum, non oppigneratum*, vel *nihil fuiſſe liberale, libero & honeſto homine dignum.* Sic *infra* XII. 39. Φασὶ γοῦν καὶ Σεμίραμιν τὴν Ἀσσυρίαν, οὐχ, εἴ ποτε εἷλε λέοντα &c. μέγα ἐφρόνει. h. e. *dicunt igitur etiam de Semiramide.* Vide & quæ notavi *ad* II. 13. 10. Si tamen vere vitii quid conceperit hic locus, tum ſane legerim Κλέωνι, quando omnia erunt plana & expedita. De ipſo *Cleone* habuimus jam *ſupra* II. 9. Floruit tempore Periclis, & periit in Bello Peloponneſiaco. PERIZ.

5 Τῶν οἰκείων ἐλεύθερον εἶναι] Locus videtur depravatus. GESNER. Lege, μηδὲ τῶν χρεῶν ἐλεύθερον &c. quid enim οἰκείων hoc loco? FABER. Ego nihil adhuc ſtatuo. Scio namque apud noſtrum eſſe quædam recedentia à vulgari conſuetudine: quid ſi mutaverit phraſin, & εἶναι poſuerit pro ἔχειν per feſtinationem, ut fit in enotando excerpendoque? Faber ſic emendat μηδὲ τῶν χρεῶν ἐλεύθερον εἶναι. fruſtra. vide *Indicem*, *voce* ἐλεύθερος. SCHEFF. Locum intelligo ita, ut Cleon nihil domi ſuæ habuiſſe dicatur, quod libero homine dignum eſſet. ἐλεύθερον μηδὲν τῶν οἰκείων ſynecdochicè dictum pro καὶ μηδέν. Ariſtophanes quoque in *Equitibus* paſſim docet, ὅτι Κλέων πένης ὢν ἐκ τῶν κοινῶν πεπλούτηκε. *quod Cleon pauper antea, è re publica ſe collocupletarit.* Appel-

εἶναι· μετὰ δὲ, [6] πεντήκοντα ταλάντων τὸν οἶκον ἀπέλιπε.

accederet, nihil rerum ejus familiarium fuiſſe liberum: poſt vero, quinquaginta talentorum rem reliquit.

pellat eum πλάνην, καὶ φάρυγγα καὶ χάρυβδιν τῆς ἁρπαγῆς, *publicanum*, *voraginem*, & *charybdim rapinarum*, & iterum,

> Κἄγωγε τοῦτον (δείκνυμι), ὅτι κενῇ κοιλίᾳ.
> Εἰσδραμὼν εἰς τὸ Πρυτανεῖον, εἶτα πάλιν ἐκθεῖ πλέᾳ.
> *Ipſus ego huncce* (accuſo), *ventre quod planiſſimo*
> *Venit intrò in Prytaneum*, *dein iterum pleno exiit.*

Gronov. *de Seſtert.* τὸ ἐλεύθερον exponit *debitis nullis gravatum*, *creditoribus non obligatum.* utrumque ſalvo Auctoris ſenſu, conjunctim accipi poteſt. KUHN.

6 Πεντήκοντα ταλάντων] Sic & Sluiſk. At Lugd. ρ̄ ταλάντων, h. e. *centum.* Avarus certe fuit, ſeu magnas opes congeſſit hic Homo, unde Plutarch. in *Nicia pag.* 524. objicit ei πλεονεξίαν. Idem in *Politicis præceptis* narrat Cleonem, quum ad Remp. accederet, renunciaſſe omnibus amicitiam, ſed addit, debuiſſe eum potius dimittere τὴν φιλοπλουτίαν, *ſtudium divitiarum.* Filius fuit Coriarii, ſeu Hominis, qui habebat officinam ſervorum *pelles ſubigentium*, βυρσοδεψῶν. Unde Cleonem ipſum Βυρσοδέψην vocat Ariſtoph. in *Equitibus pag.* 290. ubi Schol. τὴν εὐτέλειαν δείκνυσι τοῦ Κλέωνος, ἀφ' οἵας τύχης ὁρμώμενος ἐπρώτευσε τῶν Ἀθηναίων, *vilitatem Cleonis declarat*, *ex qua fortuna progreſſus evaſerit primus Athenienſium.* PERIZ.

ΚΕΦ. ιη΄.

CAP. XVIII.

Περὶ Συρακουσίου Δάφνιδος, καὶ βουκολικῶν μελῶν.

De Syracuſio Daphnide, *& bucolicis carminibus.*

Δάφνιν τὸν βουκόλον λέγουσιν, οἱ μὲν ἐρώμενον Ἑρμοῦ, [1] ἄλλοι δ'

Daphnin bubulcum alii perhibent in deliciis Mercurio fuiſſe,

1 Ἄλλοι δ' υἱὸν] Quemadmodum Servius *ad Poëtæ Eclog.* II. *Daphnis* ait *filius fuit Mercurii*, *formoſiſſimus puer*, *qui primus dicitur paſtor fuiſſe.* Et ſic Diodor. Sicul. *lib.* IV. *Bibl.* At vero Schol. Theocriti *ad Idyll.* I. ἦλθεν ὁ Ἑρμῆς πρῶτος ἢ ὡς φίλος Δάφνιδος ἢ ὡς ἐραστής. De *Daphnide* adde Parthenium in Ἐρωτ. *cap.* 20. (29.) Fulvium Urſinum *ad Virgil.* & Joh. Criſpin. *ad Theocrit.* quos laudat Notator Bigotii. SCHEFF. Scholion Theocriti rotunde fabulam compegit in hæc verba. Νύμφης ἤρα ὁ Δάφνις. ἡ δὲ Νύμφη ἀπεστρέφετο αὐτὸν διὰ τὴν πρὸς ἑτέραν γυναῖκα ὁμιλίαν, *Daphnis amabat Nympham. illa vero averſabatur eum*, *quia cum alia muliere rem habuerat.* Nympha ab eodem Scholiaſte dicitur Ξενέα, in I. *Idyll.* Junius Philarg. *in Virg. Bucol. Lycam* vocatam ait. KUHN.

Ἄλλοι δ' υἱὸν &c.] Confer Servium *ad Virgil. Ecl.* V. 20. *Daphnin quendam Paſtorem*, *quem mater ſua*, *compreſſa à Mercurio & enixa*, *abjecit: hunc Paſtores*, *quia invenerunt inter lauros*, *Daphnin vocaverunt*, *quem Pan Muſicen docuiſſe dicitur: qui cum venationis & muſices peritiſſimus eſſet*, *adamatus à Nympha eſt*, *qui* (lege *cui*) *etiam jurejurando adſtrictus eſt*, *ne cum alia concumberet. Hic dum boves perſequitur*, *ad regiam pervenit*, *& ob pulchritudinem appetitus*, *cum Regis Filia conſuetudinem miſcuit. Hoc cum Nympha reſciſſet*, *luminibus eum orbavit.* Similia Diodorus Siculus *lib.* IV. *extr.* addens ab eo ipſo

ἢ υἱόν· τὸ δὲ ὄνομα ἐκ τοῦ συμβάντος σχεῖν. Γενέσθαι μὲν αὐτὸν ἐκ Νύμφης, τεχθέντα δὲ ἐκτεθῆναι ἐν δάφνῃ. Τὰς δ' ὑπ' αὐτοῦ βουκολουμένας βοῦς, φασὶν, [2] ἀδελφὰς γεγονέναι τῶν Ἡλίου, ὧν Ὅμηρος ἐν Ὀδυσσείᾳ μέμνηται. [3] Βουκολῶν δὲ [4] κατὰ τὴν Σικελίαν ὁ Δάφνις, ἠράσθη αὐτοῦ Νύμφη μία, καὶ ὡμίλησε καλῷ ὄντι, καὶ νέῳ, καὶ [5] πρώτῳ ὑπηνήτῃ, [6] ἔνθα τοῦ χρόνου ἡ χαριεστάτη ἐστὶν ἥβη τῶν καλῶν

ſe, alii filium: nomen vero ex eventu habuiſſe. Dicitur enim natus quidem ex Nympha, ſed poſtquam in lucem eſſet editus, in lauro fuiſſe expoſitus. Boves vero, quæ ab eo paſcebantur, ajunt, ſorores fuiſſe *Boum* Solis, quarum in Odyſſea mentionem facit Homerus. Quum autem in Sicilia eas paſceret Daphnis, una ex Nymphis eum amare cœpit, & cum ipſo rem habuit, quum venuſtus eſſet, & adoleſcens, ac primæ

ipſo inventa carmina Bucolica. Mercurium tamen *Daphnidis Amicum* vel *Amatorem* dicit Scholiaſtes *Theocriti Idyll.* I. 79. Sed & ipſe Theocritus aliter narrat fabulam *Daphnidis*, ſcil. eum amore extabuiſſe; Unde Schol. *ad v.* 65. de Poeta ait, μέλλει δὲ ᾄδειν, ὃν τρόπον ὁ Δάφνις, μὴ δυνάμενος φέρειν τὸν τῆς, Ξενέας τοὔνομα, Νύμφης ἔρωτα, ἀπέλιπε τὸ ζῆν, *canet autem, quomodo Daphnis, non ferens amorem Nymphæ, quæ Xenea dicebatur, reliquerit vitam.* Nympha autem hæc eum averſabatur διὰ τὴν πρὸς ἑτέρας γυναῖκας ὁμιλίαν, *propter amorem aliarum mulierum.* PERIZ.

2 Ἀδελφὰς γεγονέναι τῶν Ἡλίου &c.] De his *bubus Solis*, quæ etiam erant in Sicilia, nec propagabantur generatione, nec interibant. Vide Homer. *Odyſſ.* M. 127. &c. ubi Euſtathius, quia Homerus dividit has boves in ſeptem armenta, ſingula quinquaginta boum, tradit ab Ariſtotele iſta allegorice explicari de diebus Anni Lunaris, qui ſunt 350. quæ allegoria magnam ſane habet ſpeciem veri, atque ita inane erit, quod hic de Daphnidis *Boum cognatione* cum iſtis Solis traditur. IDEM.

3 Βουκολῶν δὲ &c. ὁ Δαφνὶς ἠράσθη αὐτοῦ] Ne quem turbet hæc Conſtructio, vide quæ notavi *ad* II. II. & Indicem Kuhnianum in *v. Nominativus.* Sed & plane ut hic, ita VII. I. de Semiramide, Ἀφικομένην δὲ πρὸς τὸν τῶν Ἀσσυρίων Βασιλέα, ὁ δὲ ἐντυχὼν τῇ ἀνθρώπῳ ἠράσθη αὐτῆς. Et XII. 46. de Dione. IDEM.

4 Κατὰ τὴν Σικελίαν] Syracuſis: unde Noſtro βουκόλος Συρακούσιος *lib.* X. *Hiſtor. Anim. cap.* 13. Ubi etiam ſequentium mentionem injicit. Scholiaſtes Theocriti *ſupra dicto loco* Σικελιώτην ὑπάρχοντα appellat. Porro fabulam hanc, ſeu hiſtoriam habet Servius *ad Ecl.* VIII. *Virg. verſ.* 68. & *Ecl.* V. *verſ.* 25. item Philargyr. *eodem loco.* SCHEFF.

5 Πρώτῳ ὑπηνήτῃ] Legendum omnino πρώτως. FABER. Malim πρώτῳ, quod magis reſipit Noſtri ſtylum. Videtur autem Noſter Platonem imitari, qui in *Protagora* ait: Ὅμηρος ἔφη χαριεστάτην ἥβην εἶναι τοῦ ὑπηνήτου, *jucundiſſimum eſſe florem ejus, cui prima lanugo genas inumbrat, Homerus* dixit. Ariſtænetus *lib.* I. *Epiſt.* IV. ὑπηνήτην ita deſcribit: ἡβάσκων ἀμφὶ πρώτην ὑπήνην. *cui prima efflo-reſcit barba.* apud Euſtathium Demoſthenes Homeri paraphraſtes ἄρτι ὑποπιμπλάμενος γενείου ex Platone *l. c.* τοὺς Λακωνίζοντας, *Italicos* ſolere ad vivam cutem tonderi, Euſtathius addit, ut per totam vitam videantur ὑπηνῆται. καὶ ἔτι μὴν, inquit, ἀλιμένθωσαν, *in Odyſſ.* 1658. KUHN.

Πρώτῳ ὑπηνήτῃ] Sic & MSti, cum Mei, tum Regii, niſi quod Unus ex hiſce, qui fuit Strategi, rem reliquerit in dubio per compendium ſcripturæ, ultimam literam non exprimentis. Faber tamen *legendum omnino* ait πρώτως. Prorſus perperam. Satis enim recte ſe habet vulgata lectio, quæ illud ipſum notat. Frequentiſſime enim Adjectiva, etiam Tempus ſignificantia, ponuntur pro ipſis Adverbiis. *Supra* VII. 13. Ἀγησίλαος ἀνυπόδετος πολλάκις καὶ ἀχίτων προῄει, τὸν τρίβωνα περι-

λῶν μειρακίων, ὥς πού φησι καὶ [7] Ὅμηρος. [8] Συνθήκας δὲ ἐποιήσαντο, μηδεμιᾷ ἄλλῃ πλησιάσαι αὐτὸν, καὶ ἐπηπείλησεν, ὅτι πεπρωμένον ἐστὶν, αὐτὸν στερηθῆναι τῆς ὄψεως, ἐὰν παραβῇ. Καὶ εἶχον ὑπὲρ τούτων ῥήτραν πρὸς ἀλλήλους. Χρόνῳ δὲ ὕστερον, βασιλέως θυγατρὸς ἐρασθείσης αὐτοῦ, οἰνωθεὶς ἔλυσε τὴν ὁμολογίαν, καὶ ἐπλησίασε τῇ κόρῃ. [9] Ἐκ δὲ τούτου τὰ βουκολικὰ μέλη [10] πρῶτον ᾔσθη, καὶ εἶχεν

mæ lanuginis, quo tempore pulchrorum adoleſcentium pubertas eſt venuſtiſſima, ut alicubi dicit etiam Homerus. Pacta autem eſt, ut ad nullam aliam accederet, & minata inſuper, in fatis eſſe, ut oculis orbaretur, ſi *pactum* fuiſſet tranſgreſſus. Atque adeo de his ſibi invicem fidem dederunt. Aliquanto autem tempore poſt, quum regis filia deperiret eum, vino inebriatus, ſolvit fidem, & cum puella congreſſus eſt. Ex eo Bucolica pri-

ελδαλόμενος ἑαυτὸν, καὶ ταῦτα Εωθινὸς ἐν ὥρᾳ χειμερίῳ. Ubi Εωθινὸς notat *matutino tempore* illum ea feciſſe. Vide alia & plura *ad* III. 14. & IX. 8. ſic Πρῶτος, & *Primus*, eodem ſenſu Græcis & Latinis Liv. I. 16. *Prima hodierna luce ſe mihi obvium dedit.* Terent. *Adelph.* V. 3. 55. *Cum primo lucu ibo hinc.* Virgil. *Georg.* III. 324. *Luciferi primo cum ſydere.* Vide & *ſupra ad* III. 19. *init.* Deinde vero ſi recedendum hic eſſet à MStis, explorari tunc prius, quam conjecturis tentaretur locus, debuerant verba Homeri, quæ exhibere ſe ait Auctor, ſubjiciens his, ὥς πȣ φησι καὶ Ομηρος. Hic autem *Iliad.* Ω. 348. Mercurium ait aſſimilaſſe ſe *Juveni*, κȣ́ρῳ,

Πρῶτον ὑπηνήτῃ, τȣ̃περ χαριεστάτη ἥβη.

Quis dubitet, quin, ſi quid hic mutandum, legendum ergo foret, non πρώτως, ſed πρῶτον. Ego tamen, ut vere dicam, putem pene, in Homero potius quam in Noſtro erraſſe librarios, quia Noſtri lectio eſt à vulgari captu remotior. Sed neuter forte emendandus, quia Noſter videtur ex memoria, id quod declarat vocula πȣ, Homeri verba retuliſſe. Memorat hæc verba Homeri, & in Alcibiadem confert Athenæus quoque V. 19. *extr.* PERIZ.

6 Ενθα τȣ̃ χρωτὸς ἡ χαριεστάτη &c.] Sic & Lugd. Sed Sluisk. ut & duo Regii, Stratégi ille, ac Numeri 3132. aliam, & veram, ut reor, nobis ſuggerunt lectionem, ἔνθα τȣ̃ χρόνου ἡ χαριεστάτη &c. h. e. *quo tempore adoleſcentum pulchrorum venuſtiſſima eſt pubertas.* Sic ἔνθεν τῆς ἀκάνθης apud Ariſtotelem, & ſimilia apud Stephanum videri poſſunt. Sed & Noſter *ſupra* II. 23. ὀψὲ τῆς ἡλικίας. & III. 17. καὶ ἔτι κάτω τοῦ χρόνȣ. *Hiſt. Anim.* VIII. 10. ἐνταῦθα τȣ̃ καιροῦ, *tunc temporis.* Ariſtophanes *Avibus p.* 610. πηνίκ᾽ ἐστιν ἄρα τῆς ἡμέρας; *quod eſt diei tempus?* reſpondetur, σμικρόν τι μετὰ μεσημβρίαν, *paululum poſt meridiem.* Plato *Protagora p.* 342. σοφισταὶ πλεῖστοι γῆς ἐκεῖ εἰσιν, *Sophiſtæ plurimi in illa terra ſunt.* Suidas in Ιππίας 2. καὶ πικρὸς ἐκ τȣ́των δεσπότης κάτω τοῦ χρόνȣ γενόμενος, *& propter hæc acerbus Dominus poſtea factus eſt.* Liquet ex his, quam uſitatum ſit Græcis, Adverbia cum Genitivis conſtruere, atque adeo non temere me, rejecta vulgata lectione, ſecutum illorum Codicum fidem, qui hic ἔνθα τȣ̃ χρόνȣ legunt. IDEM.

7 Ομηρος] Vide *Iliad.* Ω. ex qua laudat & Athenæus *lib.* V. *cap.* 19. SCHEFF.

8 Εποιήσαντο] Leg. ἐποιήσατο propter verbum ἐπηπείλησε. FABER. Ego temerè nil mutarem. Nam συνθήκη fiebat ab utroque, non ἐπαπειλαί. SCHEFF.

Συνθήκας δὲ ἐποιήσαντο, μηδεμιᾷ] Sic & Sluisk. Faber tamen *legendum* cenſet ἐποιήσατο *propter ſequens Verbum* ejuſdem Numeri. Et ſane & Ego malim hoc Numero, ut referantur

εἶχεν ὑπόθεσιν τὸ πάθος, τὸ κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ. Καὶ [11] Στησίχορόν γε τὸν Ἱμεραῖον τῆς τοιαύτης μελοποιΐας [12] ἀπάρξασθαι.

primum carmina cantata sunt, & hoc oculorum illius damnum materiam habuerunt. Et Stesichorus Himeræus istam poësin cœpisse traditur.

ΚΕΦ. CAP.

tur omnia hæc tantum ad Nympham, quæ id pacta sit: quum dein demum de Utroque simul dicatur, καὶ εἶχον ὑπὲρ τούτων ῥήτρας πρὸς ἀλλήλους, quæ ceteroqui nimis ταυτολόγως prioribus subjicerentur. Sed & Lugd. habet ἐποίησε, quod quin genuinum sit, vix dubito. Συνθεῖναι autem, vel συνθήκας ποιεῖν, etiam Unus dicitur cum Altero. Sic Anton. Lib. *fab.* I. καὶ συνθεμένη διὰ τῆς τροφοῦ, νύχιον ἀπέπλευσε, *& pacta cum illo per nutricem suam, noctu abnavigavit.* Et *fab. ult.* συντίθεται Ἀμφιτρύων ἐπὶ τούτοις πρὸς Καδμείους, *paciscitur de illis cum Cadmeis.* PERIZ.

9 Ἐκ δὲ τούτου] Aliqui jam ante hoc genus carminis inventum tradunt ab ipso Daphnide, nondum orbato luminibus. Diodorus *lib.* IV. φύσει δὲ διαφόρῳ πρὸς εὐμέλειαν κεχορηγημένον ἐξευρεῖν τὸ βουκολικὸν ποίημα καὶ μέλος. Diomedes Grammaticus *ad Bucolica Virgilii. Quidam putant Daphnin hoc genus carminis primo invenisse.* Scilicet ut aliarum rerum, ita hujus quoque dubia & incerta est origo, ut ex Servio & imprimis Scholiaste Theocriti apparere potest. Videndus plane Vossius *lib.* III. *Inst. Poët. cap.* 8. Epicharmus apud Athenæum *lib.* XIV. *c.* 3. *Diomum Siculum* autorem ejus facit. SCHEFF.

Ἐκ δὲ τούτου τὰ βουκολικὰ &c.] Non dubito, quin *ante hæc verba aliquid exciderit*, quo ipsum illud πάθος oculorum Daphnidis fuerit declaratum, quod ante omnia exprimi debuit. Atque ita Diodorus Siculus *d. l.* κακεῖνον ὑπό τινος θυγατρὸς Βασιλέως καταμεθυσθέντα, καὶ πλησιάσαντα αὐτῇ, στερηθῆναι τῆς ὁράσεως, κατὰ τὴν γεγενημένην ὑπὸ τῆς Νύμφης πρόῤῥησιν. *Et illum à quadam Regis Filia inebriatum, & congressum cum ea, visu esse orbatum, secundum factam illi à Nympha prædictionem.* Mox etiam illud πρῶτον Sluisk. omisit, at Lugd. æque ac B. & C. Regii, teste Scheffero habet πρότερον. Sic & paulo ante Sluisk. ac duo Regii omittunt οἰνωθείς. PERIZ.

10 Πρῶτον ᾖσθη] MSS. B. & C. πρότερον. SCHEFF.

11 Στησίχορον] Clemens *Strom.* I. Stesichorum primum Hymnum excogitasse refert. SCHEFF. Bucolicum carmen ὕμνος ἐφ' Ἡμέρᾳ dictum est, quia ad Himeram Siciliæ primum carminis hujus argumentum de amoribus Daphnis exortum & poëta ipse, nimirum *Stesichorus Himeræus* fuit: vide de hoc carmine Voss. *Institut. Poëtic. lib.* III. *cap.* 8. KUHN.

12 Ἀπάρξασθαι] Adde φασί. GESNER. Lugd. & Regius 3064. ὑπάρξασθαι. Quod sine dubio verum. Sic *supra* II. 12. Καὶ ὑπήρχετό πως τοῦ σωφρονεῖν. Ἀπάρχεσθαι ad res sacras potissimum refertur, & notat maxime *Primitias alicujus rei offerre*, vel *initium sacri facere.* Ceterum excidisse & hic cum Gesnero autumo φασί, vel simile quid, quod ipsa requirit Syntaxis. De *Stesichoro*, Vide *supra ad* IV. 26. PERIZ.

ΚΕΦ. ιθ'.

Περὶ τοῦ καταπιόντος τοὺς ἰδίους ὀδόντας.

CAP. XIX.

De eo qui proprios dentes deglutivit.

Ευρυδάμας ὁ Κυρηναῖος [1] πυγμῇ ἐνίκησεν, ἐκκρουσθεὶς μὲν ὑπὸ τοῦ ἀνταγωνιστοῦ τοὺς ὀδόντας, [2] καταπιὼν δὲ αὐτοὺς, ἵνα μὴ αἴσθηται ὁ ἀντίπαλος.

Eurydamas Cyrenæus pugilatu victoriam adeptus eſt, excuſſis quidem ei ab adverſario dentibus, ſed deglutitis, ne qui contra luctabatur, id animadverteret.

1 Πυγμῇ ἐνίκησεν] Lugd. & Regius 3064. ut & 3132. ſed hic ex emendatione recentioris manus, πυγμὴν, quod prorſus præfero. Nam ita ſolet Noſter II. 8. καθ' ἣν ἐνίκα Ἐξαίνετος στάδιον. IV. 15. ἐνίκησεν ἡμέρᾳ μιᾷ πάλην καὶ παγκράτιον. Plut. de Lycurgo, in *Apophth. Regum*, πυγμήν τε καὶ παγκράτιον ἀγωνίζεσθαι ἐκώλυσεν. PERIZ.

2 Καταπιὼν δὲ αὐτοὺς] Solebant ſcilicet Athletæ diſſimulare & occultare plagas, vel certe dolorem, ne animus adderetur adverſario, & ita is acrius contra ſe inſurgeret. Sic apud Plutarch. *de Aud. Poetis:* ὁ μὲν γὰρ Αἰσχύλος, πύκτου πληγέντος εἰς τὸ πρόσωπον, καὶ κραυγῆς γενομένης, οἷον, εἶπεν, ἡ ἄσκησίς ἐστι! οἱ θεώμενοι βοῶσιν, ὁ δὲ πληγεὶς σιωπᾷ. *Æſchylus, quum pugil quiſpiam plagam in os acciperet, & clamor propterea oriretur, quantum, inquit, valet exercitatio! ſpectatores clamant, percuſſus ſilet.* Atque hinc Epictetus *cap.* 35. proponit illis, qui Ὀλύμπια νικῆσαι velint, omnia dura ſubeunda, χεῖρα βλαβεῖν, σφυρὸν στρέψαι, πολλὴν ἀφὴν καταπιεῖν, μαστιγωθῆναι, *manu lædi, talum diſtorquere, multum pulverem deglutire, flagellari.* IDEM.

ΚΕΦ. κ'.

Περὶ Ἀγησιλάου.

CAP. XX.

De Ageſilao.

Ὅτι [1] ὁ Πέρσης ἐπέστειλε πρὸς Ἀγησίλαον, [2] φίλον αὐτὸν ἔχειν. [3] Ἀνταπέστειλε δὲ Ἀγησίλαος, ὅτι οὐ δυνατὸν φίλον αὐτὸν Ἀγησιλάου ἰδίᾳ εἶναι· εἰ δὲ εἴη Λακεδαιμονίοις κοινῇ

Rex Perſarum literas ad Ageſilaum miſit, ut ſe haberet amicum. Reſpondit Ageſilaus, fieri non poſſe, ut privatim Ageſilai ſit amicus: ſin Lacedæmoniis communiter

1 Ὁ Πέρσης ἐπέστειλε] Habet Xenophon in *Ageſilao*, & Plutarchus. SCHEFF.

2 Φίλον ἰδίᾳ εἶναι] Privatorum amicitia & hoſpitium, bello exorto exſpirare ſolet. Ipſe *Ageſilaus* audiatur *lib.* IV. *Hiſt. Græc.* Xenoph. ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς πόλεσι ξένοι ἀλλήλοις γίγνον-

νῃ φίλος, δῆλον, ὅτι καὶ αὐτοῦ ἔσται· [4] ἐφ' ἅπασι γὰρ καὶ ἐκεῖνον ἂν [5] ἀριθμεῖσθαι.

ter amicus fieret, suum quoque amicum fore: inter omnes enim & se numerari.

ΚΕΦ.

CAP.

γνονται) οἱ ἄνθρωποι· ἔθει δ' ὅταν αἱ πόλεις πολέμιαι γίνονται), σὺν ταῖς πατρίσι καὶ τοῖς ἐξενωμένοις πολεμοῦσι, καὶ ἐὰν οὕτω τύχωσι, ἔστιν ὅτε καὶ ἀπέκτειναν ἀλλήλους. *In Græcis urbibus sæpe hospitium inter se cives contrahunt. Si vero civitates ad arma iverint, illi ipsi contra hospites quoque una cum patria quisque sua bellum gerunt, & quandoque pro re natâ se invicem interficiunt.* KUHN.

3 Ἀντεπέστειλε] Præcessit ἐπέστειλε. Nonne ergo & hic ἀντεπέστειλε? Sed nihil mutes velim. Rex Persarum *misit epistolam* (hoc enim est ἐπέστειλε, quod male vertebatur, *legatos misit*) ad Agesilaum de Amicitia & Hospitio. Sed Agesilaus nihil illi rescripsit, verum per Eum, qui Epistolam attulerat, renunciavit ea Regi, quæ sequuntur. Vide Xenoph. *de Laudibus Agesilai p. m.* 389. Illud autem est ἀποστέλλειν, vel ἀνταποστέλλειν. Sed & confunduntur hæc ac promiscue ponuntur. Sic certe apud Pausaniam *Messenicis cap.* 22. de Aristocrate Arcade & Anaxandro Spartano, illum ait consilia Aristomenis inscripsisse βιβλίῳ, idque *misisse* (ἀπέστειλεν) per fidelissimum servum ad Anaxandrum, illum vero servum ab Arcadibus quibusdam interceptum, qui tunc *populo ostenderint, quæ Lacedæmone responsa erant*, ἐπιδείκνυον ἐς τὸ δῆμον τὰ ἀντεπεσταλμένα ἐκ Λακεδαίμονος. Additur dein, Ἐπέστελλεν τε ὁ Ἀνάξανδρος &c. *scripserat vero Anaxander*, ea scilicet, quæ sequuntur. Priora autem hujus Capitis rectius & clarius ita vertas, *Rex Persarum literas ad Agesilaum misit, ut se haberet amicum.* Vide & *infra* XII. I. *pag.* 668. Simile responsum Cyro juniori dedit Callicratidas, etiam Spartanus. Vide Plutarchi *Apophth. Laconica.* PERIZ.

4 Ἐφ' ἅπασι] Hac ratione Persæ, sacra facientes, non sibi speciatim, sed omnibus Persis fausta quæque precabantur, ὁ δὲ πᾶσι τοῖσι Πέρσῃσι κατεύχεται) εὖ γίνεσθαι καὶ τῷ βασιλεῖ. ἐν γὰρ τοῖσιν ἅπασι Πέρσῃσι καὶ αὐτὸς γίνεται). *ille vero* (qui sacrificat) *omnibus Persis & Regi ut benè sit vovet. Nam in omnibus Persis ipse etiam censetur.* Herod. *lib.* I. *cap.* 132. Nam τὸ αὐτὸ συμφέρει τῷ μέρει καὶ τῷ ὅλῳ, *idem conducit parti & toto*, Aristot. *lib.* I. *Politic. cap.* 4. M. Antoninus *lib.* X. οὐδὲν βλαβερὸν τῷ μέρει, ὃ τῷ ὅλῳ συμφέρει, *parti non nocet, quod toti conducit.* KUHN.

5 Ἀριθμεῖσθαι] Sluisk. ἂν ἀριθμεῖσθαι. Notissimum autem, hanc voculam ἂν sæpe Infinitis præmitti, & ita efficere in Præsentibus significationem Futuri. Vide Eos, qui de Particulis egere, Vigerum & Devarium, & Nostrum *supra cap.* 8. PERIZ. Mediceus quoque conspirat cum Sluiskiano.

Κεφ. κα΄.

Περὶ Πλάτωνος.

Ὅτι τὸν Πλάτωνα [1] ἡ Περικτιόνη ἔφερεν ἐν ταῖς ἀγκάλαις, θύοντι δὲ τῷ Ἀρίστωνι ἐν [2] Ὑμηττῷ ταῖς Μούσαις ἢ ταῖς Νύμφαις, [3] οἱ μὲν πρὸς τὴν ἱερουργίαν ἦσαν, ἡ δὲ κατέκλινε Πλάτωνα ἐν ταῖς πλησίον [4] μυῤῥίναις, δασείαις οὔσαις, καὶ πυκναῖς. Καθεύδοντι δὲ ἑσμὸς μελισσῶν, [5] Ὑμηττίου μέλιτος [6] ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ καθίσασαι, ὑπῇδον, τὴν τοῦ Πλάτωνος εὐγλωττίαν μαντευόμεναι ἐντεῦθεν.

CAP. XXI.

De Platone.

Platonem in ulnis ferebat Perictione. Quum vero Ariſton ſacra faceret in Hymetto Muſis aut Nymphis, hi quidem rei divinæ dabant operam, Platonem vero illa in proximis myrtis, hirſutis & denſis, repoſuit. Dormienti autem examen apum, Hymettium mel in labiis ejus quum deponerent, leniter accinebant, vaticinantes ea re Platonis facundiam.

1 Η Περικτιόνη] Mater hæc erat Platonis, orta ab Solone, vel ejus fratre Dropide, Soror patruelis Critiæ illius, qui inter XXX. Tyrannos fuit. Pater vero Platonis Ariſton genus referebat ad Codrum. Vide *Vitam Platonis* apud Laertium & Olympiodorum. PERIZ.

2 Ὑμηττῷ] Pauſanias *in Atticis*, inter montes Atticæ, *Hymettum*, quoque nominat, & addit, ὃς φύει νομὰς μελίτταις ἐπιτηδειοτάτας, *qui profert paſcua apibus maxime idonea.* Hinc celeberrimum eſt apud Veteres *Mel Hymettium*, quod & Auctor mox memorat. IDEM.

3 Οἱ μὲν πρὸς τὴν ἱερουργίαν ἦσαν] An ὃς μὲν ἦν legendum eſt, & ad patrem referendum? Olim ita judicavi, nunc priorem lectionem puto retineri poſſe, hæcque ad utrumque parentem referri oportere. Ut ſit ſenſus, depoſuiſſe Perictionem Platonem infantulum in myrtis, donec ipſa & maritus ſacra peragerent. SCHEFF. Benè Cl. Schefferus, uti ex verbis Olympiodori *de Vita Platonis* ſatis patebit; γεννηθέντα, inquit, τὸν Πλάτωνα λαβόντες οἱ γονεῖς βρέφος ὄντα τεθείκασιν ἐν τῷ Ὑμεττῷ, βουλόμενοι ὑπὲρ αὐτοῦ τοῖς ἐκεῖ θεοῖς Πανὶ καὶ Νύμφαις καὶ Ἀπόλλωνι Νομίῳ θῦσαι, καὶ κειμένου αὐτοῦ μέλιτται προσελθοῦσαι πεπληρώκασιν αὐτοῦ τὸ στόμα κηρίων μέλιτος, ἵνα ἀληθὲς περὶ αὐτοῦ γένηται, τοῦ καὶ ἀπὸ γλώττης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. quæ verba Noſtrum explicant pariter & ſupplent defectum hujus hiſtoriæ, quem ſine dubio compilatoribus debemus. de aliis, quibus idem accidit quod Platoni vid. Cl. Bernegg. *Obſerv. Hiſtor. polit. obſ.* 5. KUHN.

Οἱ μὲν πρὸς τὴν ἱερουργίαν ἦσαν, ἡ δὲ κατέκλινε Πλάτωνα] Ambigitur in Notis, quinam ſint illi οἱ μὲν, qui videntur opponi ipſi Matri Platonis, præter quam alii plures non memorantur. Sed oppoſitio eſt, licet paulo obſcurior, inter illos Platonis Parentes, qui nominati jam ſunt, & ideo hic deſignantur per οἱ μὲν, atque ipſum Platonem, qui interim, dum illi ſacris operabantur, depoſitus fuit in myrteto. In Verſione oppoſitionem eam diſertius expreſſi. PERIZ.

4 Μυῤῥίναις] Cicero *lib.* I. *divinat.* Quique eum ſolet exſcribere Valerius Maximus *lib.* I. *cap.* 6. hæc in cunis dormienti accidiſſe referunt. SCHEFF.

5 Ὑμηττίου μέλιτος ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ καθίσασαι] Satis ſalva hic ſunt omnia & integra, ſed tamen à tot Editoribus minime intellecta, dum verterunt, *Hymettii mellis opifices, in os inſidentes.* Id quod non eſt vertere,

ſed

ſed de ſuo addere, quæ velis, ad explendum ex conjectura ſenſum. Nec enim in Græcis reperitur illud *opifices*, neque vero ulla idonea Ellipſeos ratione intelligi poteſt. Sed declarant ita agendo ſic ſatis, neſcire ſe, quæ ratio ſit iſtius Genitivi, Ὑμηττίου μέλιτος. Dicam ergo, quid rei ſit. Genitivus hic notat *aliquid Hymettii mellis*, quod *depoſuerunt* apes *in labiis* Platonis. Uſitatiſſimum enim eſt Græcis, quando *aliquid* ex univerſo rei alicujus genere ſumptum aut captum, volunt dicere, jungere tunc Genitivum iſto ſenſu, per Ellipſin voculæ τι, verbis Activis. Sic XI. 5. ex Ariſtot. *Polit.* V. 4 εἰς τὰ κανᾶ ἐνέβαλον τῶν ἱερῶν χρημάτων λάθρα. Intellige τὶ vel τινα. Supra I. 7. ὅταν ὑοσκυάμου φάγωσι. Et καὶ ἐνταῦθα τῶν καρκίνων ἀναλέγουσι. *cap.* 8. εἰ μέντοι κιττοῦ γεύσωνται. *cap.* 10. αἱ δὲ βληθεῖσαι παραχρῆμα τῶν δικτύμου διέτραγον. Vide & *ſupra ad* I. 14. I. & II. 17. 8. Sic & Pauſan. *Phocicis*, *cap.* 14. τῶν τοῦ θεοῦ χρημάτων συλήσαντα, *qui Aliquid ex Rebus Dei abſtulerat.* Nam de Dionyſio, qui omnia abſtulit, ait Noſter I. 20. ἐξ ἁπάντων ἱερῶν ἐσύλησε τὰ χρήματα. Καθίσασθαι autem notat hic, non *conſidere*, ſed *deponere*, *collocare*, *inſerere*. Sic IV. 22. ἵνα μὴ καθίζωσιν ἑαυτοὺς εἰκῇ. VII. I. ἐκάθισεν αὐτὴν ἐπὶ τοῦ θρόνου. XII. I. ἕως αὐτὴν ὁ Σατράπης πρὸς βίαν ἐκάθισε. Vide & Luciani *Solœciſtam* in *extr.* & ibi Cl. Græviuin. Sed & qui hanc narrant fabulam, tradunt, Apes *labellis parvuli Mel inſeruiſſe*, quæ ipſa ſunt verba Valerii Max. I. 6. *extr.* Quin ipſe Auctor XII. 45. Apes ait non *inſidere* tantum, ſed εἰς τὸ στόμα Πλάτωνος κηρίον ἐργάζεσθαι, *in os ejus favum parare.* Notanda etiam conſtructio, ἑσμὸς μελισσῶν καθίσασθαι. Sed ita ſolent Græci & Latini. Julianus *Orat.* I. *p.* 24. ταῦτα ὁρῶντες τὸ στράτευμα. Vide & omnino *ad iſtam Orat.* Excellentiſſ. Spanhemium *pag.* 199. & me *ad Sanctii Minervam pag.* 538. 539. PERIZ.

6 Ἐν τοῖς χείλεσιν] Plinius *lib.* XI. *cap.* 17. *Sedere apes in ore infantis Platonis, tunc etiam ſuavitatem illam prædulcis eloquii portendentes.* SCHEFF.

ΚΕΦ. κβ'.

Περὶ Διωξίππου.

Ὅτι [1] Διώξιππος, παρόντος Ἀλεξάνδρου, καὶ Μακεδόνων, [2] ῥόπαλον λαβὼν, [3] Κόῤῥαγον τὸν Μακεδόνα [4] ὁπλίτην μονομαχήσας, καὶ

CAP. XXII.

De Dioxippo.

Dioxippus, Alexandro Macedonibuſque præſentibus, ſumpta clava, cum Corrago Macedone gravioris armaturæ, ſingulari certamine

1 Διώξιππος] Ἀθηναῖος παγκρατιαστὴς inquit Athenæus *lib.* VI. & conſentit Plinius *lib.* XXXV. *cap.* II. hinc habitus pugnantis & arma, clava nimirum, quam ut Herculis æmuli geſtare ſolebant. Sed noſter *infra lib.* XII. *cap.* 58. ἀθλητὴν appellat. Curtius *lib.* IX. *cap.* 7. pugilem. SCHEFF.

Διώξιππος] Erat Athenienſis Athleta, qui varias ex Olympiis reportaverat victorias. Vide Diog. Laert. in *Diogene* VI. 43. & Noſtrum XII. 58. Poſtea ſecutus eſt caſtra Alexandri, cui fuit *pernotus & gratus ob eximiam virtutem virium*, ut ait Curtius IX. 7. ubi & pluribus hanc pugnam ita accurate exponit, ut Noſter ex Eo multum illuſtrari poſſit, & ex iſta Illius cura & fide, in referenda hac Hiſtoria, liqueat, quam temere nuper Vir ceteroqui Doctiſſimus Auctorem hunc, omnia ſummo ſtudio captans & conquirens ita infamaverit, ut nihil prorſus illi relinquat bonæ frugis, niſi forte verba quædam & locutiones elegantioris notæ. Quamvis dein ipſum etiam ſtylum Illius magno molimine itidem explodat, atque omnium pene vitiorum inſimulet. Quam nimio id ſtudio, & ſimul quo ſucceſſu, fecerit, ejus rei

καὶ ἐκκρούσας αὐτοῦ τὸ ξυστὸν, ϗ ἁρπάσας τὸν ἄνδρα σὺν τῇ πανοπλίᾳ, ἐπιβὰς ἐπὶ τὸν αὐχένα αὐτοῦ κειμένου, τὴν μάχαιραν, ἣν ὑπέ-

ne pugnavit, & haſtam ei excuſſit, ac dejecit hominem cum omni armatura, & ſuper cervicem jacentis pedem imponens, ereptoque gladio, quo

rei exemplum ipſa hæc Curtii verba nobis præbebunt. Scilicet *nullam minus tolerabilem* pronunciat Vir Doctus *Tomo* II. *Artis Criticæ*, *p.* 674. ἀκυρολογίαν, quam hancce, *Virtutem virium*, quod *neminem unquam dixiſſe putat:* ne ipſum quidem Curtium, quem ideo hic corruptum cenſet. Sed integer ſatis eſt locus, & phraſis Latiniſſima. Videtur autem exiſtimare, *Virtutem* dici proprie & unice de Animo, ejuſque præſtantia, ut ſane nunc à Philoſophis in Ethica doctrina accipitur, atque ideo improprium prorſus eſſe, & vitii *intolerabilis*, ſi corpori tribuatur, aut rebus illi propriis, ut ſunt *Vires.* At qui ἀκυρολογίας arguit uſum vocabuli in quacunque tandem lingua, is enim vero attendere debebat primum etymologiæ, unde proprietas ſignificationis maxime cognoſcitur. *Virtutis* autem vocabulum tantum abeſt, ut ab origine ſua notet quid Animo proprium, ut è contrario, ſi non ab ipſis *Viribus*, quod multi putant, tum certe vel quaſi *Viri vis*, h. e. robur. *à virilitate* formatum ſit, ut tradit Varro, vel à *Virendo:* & ideo ſignificet proprie omnem cujuſque rei vigorem & præſtantiam. Certe, ut Etymologiam nunc mittamus, Uſu ipſo iſta Vocabuli ſignificatio ſic ſatis probatur. Sic *Virtute Formæ id evenit*, *te ut deceat*, *quicquid habeas*, apud Plautum *Moſtell.* III. I. 17. Quid enim iſtic eſt *virtus formæ*, quam ejus præſtantia? Neque alio ſenſu Salluſt. *Jug.* 4. *Cujus* (Hiſtoriæ) *de Virtute*, *quia multi dixere*, *prætereundum puto.* Ita ergo & *Virtus Virium* ſignificat hic robur, præſtantiam, ἰσχὺν, δύναμιν, σθένος, ῥώμην, quibus etiam modis in Gloſſis Labbæi exponitur: atque adeo nulla eſt in eo ἀκυρολογία. Specimen hoc ſit, non quæſitum, ut vides, Lector, ſed ultro oblatum, illius exſibilationis, qua Curtium excepit Vir Eruditus. Sane ſi ea ſeveritate, captando etiam minutiſſima quæque, cum omnibus ageretur, quid tandem foret in rebus humanis, etiam utiliſſimis, quod non, hinc illinc arripiendo ſingula & arguendo, facile exponi ludibrio poſſit. Neque vero intelligo, cui bono talia fiant, quum non ea utique agamus tempora, quibus periculum ſit ab anxia nimiæ lectionis diligentia. Errores Auctorum occultari aut diſſimulari, neutiquam opus, immo ineptum eſt, ſed neque par eſt tam acerbo & profeſſo inveſtigari ſtudio plures, quam revera exiſtunt, tantum ut Scriptoribus per tot ſecula probatis ſuum decedat apud Adoleſcentes pretium, per ſe ſatis proclives ab ſtudio ad otium. Periz.

2 Ρόπαλον λαβὼν] Diod. Siculus ait *lib.* XVII. διὰ τὴν περὶ τὸ ῥόπαλον ἰδιότητα τὴν πρόσοψιν Ηρακλεωτικὴν εἶχεν, *propter ſingularem clavæ uſum ſpeciem habebat Herculeam.* Curtius *validum nodoſumque ſtipitem* appellat. Idem.

3 Κόῤῥαγον] Ita Diodorus *lib.* XVII. Curtio eſt *Horratas.* Vitioſe, ſicut eruditis videtur. Scheff.

4 Οπλίτην] *Gravioris armaturæ militem.* Curtius, *Macedo juſta arma ſumpſerat*, *æreum clypeum*, *haſtam*, *quam ſariſſam vocant*, *læva tenens*, *dextra lanceam*, *gladioque cinctus.* Periz.

5 Αρπάσας] h. e. *corripiens* & in terram dejiciens. Etenim erat Dioxippus *Pancratiaſtes*, ut vocatur ab Athenæo VI. 13. & Plinio XXXV. II. Pancratium autem conſtabat πυγμῇ καὶ πάλῃ, *pugilatu & lucta.* Plutarch. Συμποσ. II. 4. ὅτι μέμικται τὸ παγκράτιον ἔκ τε πυγμῆς ϗ πάλης, δῆλον, *certum & manifeſtum eſt*, *conflatum eſſe pancratium ex pugilatu & lucta.* Pugnabant ergo Pancratiaſtæ percutiendo & contundendo alter alterum, ac arripiendo ſe invicem & ad terram affligendo. Id autem voluiſſe Auctorem hoc verbo, docebit nos iterum Curtius, qui diſertius id expreſſit, *quem* (ſtringere gladium parantem) *occupatum complexu pedibus repente ſubductis Dioxippus arietavit in terram.* Adde Diodorum Siculum. Periz.

6 Απέκτεινε τ̀ ὁπλίτην] Curtius, cum eum vel-

ὑπέζωστο, ὑφαρπάσας, 6 ἀπέκτεινε τὸν ὁπλίτην. 7 Ἐμισήθη δὲ ὑπὸ Ἀλεξάνδρου· ὁ δὲ ἀπογνοὺς, 8 ὡς μισηθεὶς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, καὶ ἀθυμήσας ἀπέθανεν.

quo accinctus ille erat, armatum hunc interemit. Alexander vero illum *idcirco* odio habuit: at ille desperans, tanquam invisus Alexandro, atque animum despondens, mortem oppetiit.

vellet interimere, prohibitum à rege Dioxippum scribit. Idem tradit Diodorus. Et profecto quis omnino credat Alexandrum passurum fuisse, ut miles tam egregius, &, quod tradit Diodorus, nuper inter amicos adscitus, in suo totiusque exercitus conspectu ab athleta Græco interficeretur. SCHEFF. Autor respicit animum *Dioxippi*, qui sine missione victum hostem infesta clava elisisset, nisi Macedones intervenissent. Nec alia de causa Alexandro invisus erat athleta ille, quam quod Barbaris, qui spectatores duelli aderant, Macedonas vinci posse, coram ostenderat. Nam ex poculo aureo à Dioxippo furtim involato inter epulas, odii veram causam Alexandro natam esse nemo dixerit, qui Curtium IX. vel limis inspexit. KUHN.

7 Ἐμισήθη δὲ ὑπὸ Ἀλεξάνδρου] Non propter hanc, sed aliam causam, quasi scilicet poculum aureum ex convivio subduxisset. Igitur & ferro sese interemit. Docent Curtius & Diodorus *locis antea laudatis*. SCHEFF.

8 Ὡς μισηθεὶς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου] Crediderim hæc esse à glossa, & ex superioribus repetita. Certe nimis inconcinne è proximo repetuntur, quam ut credibile sit ab Auctore id factum. PERIZ.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ἐνδέκατον.

ÆLIANI

VARIÆ HISTORIÆ

LIBER XI.

ΚΕΦ. α΄.

Περὶ Ορικάδμου, καὶ τοῦ παλαίειν.

Ὅτι [1] Ορίκαδμος πάλης ἐγένετο νομοθέτης, καθ' ἑαυτὸν ἐπινοήσας τὸν [2] Σικελὸν τρόπον καλούμενον † παλαίειν.

CAP. I.

De Oricadmo & arte luctandi.

Oricadmus luctæ fuit Legislator, per se morem luctandi, qui Siculus vocatur, excogitans.

† τοῦ παλαίειν,

1 Ορίκαδμος] Quis hic fuerit Oricadmus, nusquam reperio, integramque esse hanc scripturam valde dubito. Retinet interim & Faber in *Agonistico, binis locis*. SCHEFF. Locus depravatus. quid si Ονόμαστος rescribendum? Eò me ducit Eusebius in *Chronico*: ubi ita; εἰκοστῇ τρίτῃ (Ολυμπιάδι) προσετέθη πυγμή. καὶ Ονόμαστος Σμυρναῖος ἐνίκα, ὁ καὶ τῇ πυγμῇ νόμους θέμενος. verum de hac emendatione alii judicent. KONIG.

Ορίκαδμος &c.] Quis ille sit vel fuerit *Horicadmus*, ignoro. Konigius apud Kuhnium suspicatur rescribendum Ονόμαστος, quia Eusebius in *Chronico* dicat, XXIII. Olympiade adjectam πυγμὴν, & vicisse *Onomastum* Smyrnensem, qui & leges tulerit τῇ πυγμῇ. Duplex in his error. Alter, quod Eusebius in *Chronico* hæc tradatur dicere, quum occurrant in Anonymi *Olympiadum Catalogo*. Alter in eo, quod confunditur πυγμὴ καὶ πάλη. *Onomastus* ille leges tulit πυγμῇ, *pugilatui*, qui illa demum Olympiade est additus Olympiis Certaminibus. At πάλη, *lucta*, de qua hic agitur & quæ jam Olymp. XV. vel XVIII. addita fuit ludis Olympiis, quaque vicisse ibidem

dem traditur Eurybatus Lacedæmonius, diversa erat prorsus. Varios & antiquissimos *luctandi* modos exponit Eustath. *ad Hom. Iliad.* Ψ. *pag.* 1450. *Ed. Bas.* Ipsa *lucta* omnium certaminum antiquissima fuisse dicitur apud Plutarch. *Sympos.* II. 4 In *Sicilia* fuisse jam olim lucta, immo & cestibus, pugnatum, Ex Erycis Historia, ab Hercule occisi, liquet. Vide Servium *ad Virgil. Æn.* I. 574. & Pausan. *Messen. cap. ult.* ubi Eryx cum Hercule *luctatus*, παλαίσαι, dicitur, & certamen ipsum πάλη appellatur. Forte ab eo Σικελὸς καλέμενος τρόπος τε παλαίειν. In Lugd. etiam est Σικελικὸν, ut in B. & C. Regiis. PERIZ.

2 Σικελὸν τρόπον] Quis hic fuerit, veterum quod sciam, nemo tradit. Neque docuit nos Faber, nisi quod *lib.* III. *Agon. cap.* 3. putet certam fuisse legem, secundum quam athletæ pugnare debuerint cum adversario. v. g. ne sponte ipsum interficerent, morderent *&c.* Ego nescio annon accipi de altero genere luctæ debeat, quod *volutatorium* appellant, fiebatque supplantatione ac dejectione. vide Fab. I. *Agon. cap.* 10. Quia enim fraudulenti quid videbatur continere, potuit dictum esse Σικελὸν. Suidas, Σικελίζειν, πονηρεύεσθαι. Hesychius, Σικελίζειν, ἀτηρεύεσθαι. in MSS. B. & C. est Σικελικὸν τρόπον. SCHEFF.

ΚΕΦ. β'.

Περὶ Οροιϐαντίου ἐπῶν, καὶ Δάρητος, καὶ Μελισάνδρου.

Ὅτι ἦν [1] Οροιϐαντίου Τροιζηνίου ἔπη πρὸ Ὁμήρου, ὥς φασιν οἱ [2] Τροιζήνιοι λόγοι· [3] καὶ τὸν Φρύγα δὲ Δάρητα, [4] οὗ Φρυγίαν Ἰλιάδα [5] ἔτι καὶ νῦν ἀποσωζομένην οἶδα, πρὸ Ὁμήρου καὶ τοῦτον γενέσθαι λέγουσι. Με-

CAP. II.

De Orœbantii carminibus, & Daretis, & Melisandri.

Orœbantii Trœzenii poëmata ante Homerum exstiterunt, ut ferunt Trœzeniæ Historiæ; Et Daretem Phryga, cujus Phrygiam Iliadem etiam nunc servari, adhuc scio, ante Homerum quoque exstitisse ajunt.

1 Ορειϐαντίε] De hoc ut & Melisandro nihil amplius habeo compertum. Puto soli nostro hanc historiam deberi. Gyraldus sane, & Vossius etiam, qui cum cura de Poëtis agunt, ne mentionem quidem faciunt eorum. SCHEFF.

2 Τροιζήνιοι λόγοι] *Trœzenii* enim erant σεμνύνοντες, εἴπερ καὶ ἄλλοι τινες, τὰ ἐγχώρια, *extollentes, si ulli alii, res suas*, ut ait Pausan. *Corinth. cap.* 30. Habebant etiam templum Musarum, ubi Pitthea, avum Thesei, docuisse ajunt *artem dicendi*, λόγων τέχνην, & librum scripsisse, *Ibid. cap.* 31. Nihil ergo mirum, eos etiam jactasse carmina ante Homerum à cive quodam suo composita. Sed Josephus *lib.* I. *contra Apion. init. nullum plane* ait *inveniri apud Græcos* ὁμολογέμενον γράμμα, *scriptum indubium, quod antiquius sit Homeri carminibus.* PERIZ.

3 Καὶ τὸν Φρύγα τὸν Δάρητα] Ferunt ipsum bello Trojano interfuisse, ideoque literis verissime id consignasse. SCHEFF. Ptolemæus Hephæstionis apud Photium addit, fuisse *Daretem* μνήμονα τε Ἕκτορος, *Hectoris monitorem custodemque*, qui eum sedulo hortabatur, ne amicum *Achillis*, *Patroclum* scilicet, occideret. vide Isidorum *lib.* I. *Orig. cap.* 41. KUHN.

4 Ου Φρυγίαν Ἰλιάδα &c.] Etiam Hujus Nomine, si tale quid exstitit tempore Æliani, suppositum id fuit & falsum, certe Aliis ignotum aut repudiatum. Nam, ut taceam, omnes Historicos fateri, res Græcorum esse incertissimas ante Olympiadas, immo, ut tradit ipse Thucyd. *lib.* I. ante bellum Pelopon-

Μελίσανδρος ὁ Μιλήσιος [6] Λαπιθῶν καὶ Κενταύρων μάχην ἔγραψεν.

ajunt. Melisander Milesius Lapitharum & Centaurorum pugnam literis prodidit.

ΚΕΦ. CAP.

ponnesiacum: diserte prodiderunt Plinius V. 29. & VII. 56. Cadmum Milesium scripsisse primum *prosa oratione*, & *Historiam*: Josephus etiam *lib.* I. *contra Ap. init. Eum & Acusilaum Argivum* ait *primum admovisse manus Historiæ conscribendæ*. Vixerunt autem illi temporibus Cyri. Adde Proclum Lycium, qui in *Defensione Homeri cap.* 26. affirmat, *nullum Homeri ætate fuisse Historicum, qui res tunc gestas memoriæ prodiderit.* Sed & Dio Chrysostomus Τρωικῷ, ubi contendit Ilium non fuisse ab Agamemnone captum, Græcos ait *pag.* 161. qui contrarium credebant, ὑφ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἐξαπατηθέντας, *ab Uno Viro deceptos*, nempe Homero. Sed disertius *pag.* 176. Homerum audacius omnia finxisse scribit, quia *nulli erant alii Poetæ aut Historici*, συγγραφεῖς, *à quibus res gesta narraretur*, ἀλλ' αὐτὸς πρῶτος ἐπιθέμενος ὑπὲρ τούτων γράφειν, *verum ipse PRIMUS aggressus fuerit, de illis* (Trojani belli rebus) *scribere.* Clarissimo argumento, nihil ergo hunc Dionem Chrysostomum, qui in Asia minore vixit, scivisse aut credidisse, de *Daretis* hujus *Iliade*. KUHN.

5 Εἰς τὸ νῦν] Ex terra erutum, ut legisse memini. Circumfertur & hodie Daretis de Trojano bello historia, sed a recentiore aliquo parum erudite conficta. SCHEFF. Adde Musæum & ejus filiam Helenam, τὴν τὸν Ἰλιακὸν συγγραψαμένην πόλεμον, παρ' ἧς καὶ Ὅμηρος λέγεται λαβεῖν ὑπόθεσιν, *quæ Iliacum bellum conscripsit, à quâ etiam Homerus argumentum suum accepisse dicitur.* Ptolem. apud Photium *p. m.* 248. & *p.* 251. Φαντασία τις Μεμφῖτις Νικάρχου θυγάτηρ, συνέταξε πρὸ Ὁμήρου τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον καὶ τὴν περὶ Ὀδυσσείας διήγησιν, καὶ ἀποκεῖσθαι φασὶ τὰς βίβλους ἐν Μέμφιδι, Ὅμηρον δὲ παραγενόμενον, καὶ τὰ ἀντίγραφα λαβόντα παρὰ Φανίτου τοῦ ἱερογραμματέως, συντάξαι ἐκείνοις ἀκολούθως, *Phantasia quædam Memphitica, Nicarchi filia, ante Homerum bellum Trojanum in literas misit, ut & narrationem de Ulysse, dicuntque libros Memphi asservari. Homerum autem eo delatum descriptum inde codicem accepisse à Phanita sacro scriba, secutumque libros illos esse in componendis suis.* Diodorus *lib.* IV. *Biblioth.* de Orphne Tiresiæ filia: παρ' ἧς φασι καὶ τὸν ποιητὴν Ὅμηρον πολλὰ τῶν ἐπῶν σφετερισάμενον κοσμῆσαι τὴν ἰδίαν ποίησιν, *cui etiam Poëtam Homerum multos versus Heroicos suffuratum, iisque ut suis ad ornanda opera poëtica usum ajunt.* Clemens Alexandr. *lib.* VI. *Strom.* versus exhibet, quos cum sequentibus ad verbum descripsit Homerus ex Orphei *libro*, qui inscribebatur Διονύσου ἀφανισμὸς, *Bacchi disparitio. Corinni Iliensis Poëtæ*, mentionem *infrà* faciam. Aristot. *lib.* I. *de R. P. cap.* IV. τῶν μὲν οὖν πρὸ Ὁμήρου οὐδενὸς ἔχομεν εἰπεῖν τοιοῦτον ποίημα. εἰκὸς δὲ εἶναι πολλούς. ἀπὸ δὲ Ὁμήρου ἀρξαμένοις ἐστί. *Eorum qui ante Homerum vixerunt, neminem citare possumus, qui tale poema condiderit: multos autem esse probabile est. ab Homero exorsis licet*, sc. *allegare id genus poemata:* eis annecto ex notis *Konigianis*, *Euclum Cyprium*, *Pamphum Athenienſem*, *Epimenidem*, & *Thaletam* Cretenses, *infrà* Noster Σύαγρον, quoque quendam ante Homerum claruisse testatur *lib.* XIV. *cap.* 21. ubi forte legendum Οἴαγρος, ut habent *notæ* laudatæ. KUHN.

6 Λαπιθῶν &c.] Pugna hæc accidit tempore Herculis & Thesei in Thessalia juxta montem Pelion, ex quo *Lapithæ* ductu Ixionis & Pirithoi expulere *Centauros*. Vide Strabonem *lib.* IX. *pag.* 439. & Palæphatum *fab.* I. PERIZ.

ΚΕΦ. γ'.

Περὶ Ἴκκου, καὶ πάλης.

Ὅτι [1] Ἴκκος ὁ Ταραντῖνος [2] πάλης ὑπήρξατο, σωφρονέστερον τὸν

CAP. III.

De Icco, & lucta.

Iccus Tarentinus luctari cœpit, temperantius per universum cer-

1 Ἰκχὸς] Nomen Athletæ. Melius Ἴκκος per duplex Κ. vide quæ annotavimus *supra in Hist. Anim.* VI. I. GESN. Alibi ἰλκὸς hoc nomen scriptum se reperisse testatur Gesnerus. Neutrum probo. Scribendum enim est Ἰκκός. Noster ipse *lib.* VI. *Histor. Anim. cap.* I. de tauro pugnaturo cum alio: καὶ ἔν καὶ Ἀφροδίτης ἀπεχόμενος, καὶ σωφρονῶν, ὡς Ἴκκος ὁ Ταραντῖνος. Adde cætera. Pausanias in *Eliacis:* Ἴκκος ὁ Νικολαΐδα Ταραντῖνος τὸν τε Ὀλυμπικὸν στέφανον ἔσχεν ἐπὶ πεντάθλῳ &c. Lucianus in, *quomodo scribenda sit historia:* Ἴκκος καὶ Ἡρόδικος καὶ Θέων, καὶ εἴτις ἄλλος γυμναστής. vide mox Plat. in iis, quæ subjicio & in *Protagorâ* in MSS. B. & C. est ἴκτος, quod ab ἴκκος abest proximè. SCHEFF.

Ἰκχὸς] Corruptum est hoc Nomen in Codd. Æliani. Etenim Sluisk. & Med. 2. exhibent vulgatum. Lugd. cum B. & C. Regiis Ἴκτος. At Med. I. recte Ἴκκος, vel Ἰκκὸς. Ita enim legendum docuit jam Schefferus ex Variis Auctoribus, qui omnes eum ita appellant. Certavit autem primum ipse, dein optimus omnium sui temporis fuit γυμναστὴς, ut ait Pausan. in *Eliacis* II. 10. Alii eum dicunt *Medicum*; Sic *Olymp. Recensio ad Olymp.* LXXVII. Stephanus in *v.* Τάρας, & Eustath. *ad Dionys. Perieg.* 376. Nam quin uterque idem sit Homo, nullum est dubium, quum uterque ab eadem continentiæ summæ laude pariter celebretur. De *Medico* enim Eustath. ὃς ἐπὶ βίῳ εὐτελείᾳ εἰς παροιμίαν κεῖται, τὴν λέγουσαν, Ἴκκου δεῖπνον, ἐπὶ τῶν ἀπερίττως δειπνούντων, *qui propter victus tenuitatem in proverbium abiit, quo dicitur, Icci Cœna, de iis, qui tenuiter cœnantur.* Vixit & floruit Olympiade LXXVII. post depulsos ex Græcia Persas. PERIZ. At idem Eustathius Iccum medicum patria Rheginum facit *ad Homeri Iliad.* Ε. *pag.* 610. *Ed. Rom.* Ἴκκος, ὅπερ ἐστὶ κύριον ὄνομα σοφοῦ ἰατροῦ Ῥηγίνου, ἐξ οὗ παροιμία τὸ δεῖπνον Ἴκκου, διὰ τὸ εὐτελὲς τῆς ἐκείνου ζωῆς. ubi pro Ῥηγίνου ex Nostro & aliis legendum Ταραντίνου.

2 Πάλης ὑπήρξατο] Putat Faber πύκτης vel ἀθλητὴς inserendum esse. Mihi nihil temere videtur mutandum. SCHEFF.

Πάλης ὑπήρξατο, σωφρ.] Quid is ergo, qui vixit tempore Themistoclis, Hieronis &c. is inquam *primus Auctor fuit Luctæ*, (nam ita hæc vertenda, non ut fecit Vultejus, *luctas exercuit*) quæ jam Olymp. XV. vel XVIII. προσετέθη, *addita est*, agonibus Olympicis, ut ostendi *ad Caput* I. Certissimus hic est error, ab librariis ortus, sed qui totam quoque hujus Capitis sententiam pervertit. Pet. Faber in *Agonist.* III. 4. hunc locum adferens, *forsan* ait post verbum ὑπήρξατο, *addendum aliquis censuerit* νικητὴς, *aut certe* ἀσκητὴς *vel* ἀθλητὴς, *vel simile quippiam.* Sic sensus foret, *Iccus Tarentinus lucta victor fuit*, vel *lucta certavit.* Sed longius hæc conjectura abit à Codd. Vix dubito legendum propiori emendatione, & distinguendum simul hoc modo: Ὅτι Ἴκκος, ὁ Ταραντῖνος παλαιστὴς, ὑπήρξατο σωφρονέστερον τὸν τοῦ ἀθλήσεως χρόνον διαζῆσαι, &c. *Iccus, Tarentinus luctator, cœpit primus temperantius vivere per totum Certaminis exerciti tempus.* Causa erroris fuit, quod participia sequentia separarunt librarii à verbo ὑπήρξατο, secus quam fieri oportebat, & quod forsan παλαιστὴς per contractionem fuit scriptum, quod ita dein facile degeneravit in πάλης. *Supra* IV. 15. Δημοκράτης ὁ παλαιστής. De participio quod dixi, ita Xenophon Ἀναβ. *lib.* V. οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς ὑμᾶς οὐδεν πώποτε ὑπήρξαμεν κακῶς ποιοῦντες, *neque enim nos unquam primi cœpimus quidquam mali vobis facere.* Lucian. *de Morte Peregr.* ἀνέχον

τὸν τῆς 3 ἀθλήσεως χρόνον διαζήσας, καὶ 4 κεκολασμένῃ τροφῇ διαβιώσας, καὶ 5 ἀφροδίτης ἀμαθὴς διατελέσας.

certaminis exercendi tempus vivens, & castigato vescens cibo, & veneris expers agens.

ΚΕΦ.

CAP.

χον] πυροπτώμενοι, *patienter ferunt se igne torreri:* Julian. Orat. I. *pag.* 43. *extr.* οὐκ ἀπέχοντο βασκαίνοντες, *non desierunt invidere.* Vide & *supra ad* III. 17. De continentia Athletarum vide *ad* III. 30. & quæ hic Schefferus & Kuhnius notant. Tale autem exemplum continentiæ, ut à Medico Athleta primum daretur, conveniens plane erat. PERIZ. Receptam lectionem ὑπήρξατο πάλης haud temere rejiciendam existimo: Nam similiter Auctor *lib.* IV. *de Nat. Anim. cap.* 34. de leone dixit, τοῦ γήρως δὲ ὑπαρχόμενος. *quum senescere cœpit.* Et *supra lib.* II. *cap.* 12. καὶ ὑπήρχετό πως τοῦ σωφρονεῖν.

3 Ἀθλήσεως χρόνον] Intelligit tempus decem mensium, quo se certamini præparabant, & quod se impendisse illi, jurejurando declarare debebant. Pausan. *Eliac.* I. 24. jurasse ait Athletas, *se* X. *continuis mensibus accurate fecisse omnia, quæ ad certaminis exercitium,* ἄσκησιν, *pertinerent.* Quin & ipsi Hellanodicæ per X. menses erudiebantur in iis, quæ ipsos facere oportebat, ut testatur Idem *Eliac.* II. 24. Hoc ergo est illud ἀθλήσεως tempus, de quo & Eustathius *ad Hom. Iliad.* Ω. *p. m.* 1472. οἱ Ἀθληταὶ τὸν τοῦ ἀθλεῖν πάντα καιρὸν οὐκ ἀφίεντο πλησιάζειν γυναιξί. *Athletæ per omne tempus certandi non admittuntur ad coëundum cum feminis.* PERIZ.

4 Κεκολασμένη τροφῇ] *Accisa & severius circumscripta diæta.* respicitur autem ad ἀναγκοφαγίαν Athletarum, qua illis modus, species, tempusque cibi necessario sumendi statuebatur, οἵγε νομίμως ἀθλοῦντες ἐπὶ μὲν τοῦ ἀρίστου τὸν ἄρτον μόνον ἐσθίουσι, ἐπὶ δὲ τοῦ δείπνου κρέας. *qui secundum legis præscriptum Athleticam tractant, in prandio panem tantum, in cœna vero carnem comedunt.* Galenus *comment. in Hippocr.* I. *de acutis morbis.* Hieronymus *lib.* II. *adversus Jovinian.* vocat *castigatum victum*, quem Græci λεπτὴν δίαιταν dicunt alio sensu, ægrotisque imperant. vid. Aristot. *lib.* III. *Nicomach. cap.* 12. & Plutarch. in *Lycurgo.* Tertullianum *ad Martyres.* KUHN.

5 Ἀφροδίτης] Plato *lib.* VIII. *de Legibus.* Ἆρ' οὖν οὐκ ἴσμεν τὸν Ταραντῖνον Ἴκκον ἀκοῇ διὰ τὸν Ὀλυμπιάσι τε ἀγῶσι καὶ τοὺς τε ἄλλους, ὧν διὰ φιλονεικίαν καὶ τέχνην, καὶ τὸ μετὰ τοῦ σωφρονεῖν ἀνδρεῖον ἐν τῇ ψυχῇ κεκτημένον, ὡς λόγος, οὔτε τινὸς πώποτε γυναικὸς ἥψατο; οὐδ' αὖ παιδὸς, ἐν ὅλῃ τῇ τῆς ἀσκήσεως ἀκμῇ. Causam supra jam exposuimus *lib.* X. *cap.* 2. SCHEFF. Vide Petrum Victorium *lib.* VI. *cap.* 10. I. *Corinth.* IX. Clem. Alex. *Strom.* III. Tertull. *epist. ad Martyres.* Nostrum *lib.* VI. *H. A. cap.* I. KUHN.

ΚΕΦ. δ'.

Περὶ Ἀγαθοκλέους φαλακρώματος.

[1] Ἀγαθοκλέα φασὶ τὸν Σικελίας Τύραννον γελοιότατα [2] τὴν κε-

CAP. IV.

De calvitie Agathoclis.

Agathoclem Siciliæ Tyrannum ajunt perquam ridicule indecorum

1 Ἀγαθοκλέα] Homo hic ab infima fortuna ad maximam tyrannidem summa audacia, fraude, & crudelitate evectus est. Vide Diod. Sicul. *lib.* XIX. & Justin. *lib.* XXII. Atque ibi Berneggerum. PERIZ.

2 Τὴν κεφαλὴν ἀσχημονεῖν] Nisi ad calvitiem hæc referas, falsa sunt. Forma enim alioquin & corporis pulchritudine egregium fuisse testatur Justinus *lib.* XXII. *cap.* I. Diodor. Sicul. XIX. *cap.* 2. SCHEFF.

Τὴν κεφαλὴν ἀσχημονεῖν] Referunt hæc Vultejus in Versione, Schefferus in Notis, Kuhnius in Indice, ad Formæ vitium, & peculiariter calviciem. Sed errant, si quid video. Accipienda enim hæc de exteriori specie, quam ipse capiti circumdedit, seu de corona, quam semper gestavit ad occultandam calvitiem, quod ornamentum ridiculum erat & indecorum, quia inusitatum. Nec enim coronati erant Veteres, nisi in Sacris, aut in conviviis & comessationibus. Hinc apud Gell. IV. 14. *quo eum venire cum Coronario non Decuisset.* Et Cæsari ad honorandas ejus Victorias Extra Ordinem decretum fuit inter alios honores *jus laureæ perpetuo gestandæ*, ut refert Suetonius *cap.* 45. Ceteroquin à rebus seriis & severis aliena prorsus erat Corona. Ovid. *Fastor.* V. 341.

Nulla Coronata peraguntur Seria fronte.

Deinde videtur etiam hæc corona ex myrto latiorem & ampliorem, atque ideo magis indecoram, habuisse speciem, quia esse debebat περικάλυμμα κόμης, & πρόβλημα τῆς ψιλώσεως. Certe ἀσχημονεῖν & εὐσχημονεῖν de exteriore habitu, & specie, quam quis sibi finxit, & fecit, tum etiam de factis vitæ honestis aut indecoris, potissimum adhibetur. Sic Noster ἀσχημονεῖν ait II. 15. de Clazomeniis, qui Ephororum sellas fuligine infecerant. Et VI. 12. de Dionysii Tyrannide depulsi, & jam γελωτοποιοῦντος, turpi vita, quam egit Corinthi. Et XIV. 26. de Conviciante in Foro. Epictetus *cap.* 59. de eo, qui sumpsit aut cepit munus viribus suis majus. Contra εὐσχήμονες νέοι apud Plutarch. *de Aud. Poetis cap.* 2. non sunt *formosi*, sed *decore se gerentes*, *bonis moribus utentes*. Atque ita accipiendum est hoc vocabulum de Mulieribus honestis ac decore viventibus *Actor. Ap.* XIII. 50. & XVII. 12. secus quam fecit Beza, qui *opulentas* interpretatur. Ita ergo Agathocles erat τὴν κεφαλὴν ἀσχημονῶν, quia præter morem Syracusanorum semper cum myrtea prodibat corona, atque ita, ut calvitiem tegeret, frontem habebat ramis & foliis, quasi *vallo*, προβλήματι, obumbratam. Diodorus *lib.* XX. ait, eum coronam perpetuo gestasse ἔκ τινος ἱερωσύνης, *ex sacerdotio quodam.* Addit tamen, alios tradere, Eum de industria sumsisse coronam, quia non esset εὐχαίτης, *crinitus.* PERIZ.

3 Ὑπορρεόντων] Adde αὐτοῦ. FABER. Mallem non tam addere, quam ponere pro αὐτῶν. SCHEFF.

Ὑπορρεόντων αὐτῶν τῶν τριχῶν] Substitui, quod malebat Schefferus, αὐτοῦ, quia non sensus tantum id videbatur postulare, sed & jubebant MSti, & Mei, & Regii, pariter uno consensu. PERIZ.

4 Ὅδε αἰδέμενος] Calvitiem veteribus quam maxime ludibrio habitam vel sacra de Elisa testatur historia, quem & pueri hoc nomine convitiis incesserunt. Suetonius in *Domitiano c.* 8. *Calvitio ita offendebatur, ut in contu-*

κεφαλὴν ἀσχημονεῖν. Ψιλουμένης γὰρ αὐτῆς, κατὰ μικρὰ 3 ὑποῤῥεουσῶν αὐτῷ τῶν τριχῶν, 4 ὅδε αἰδούμενος προκάλυμμα κόμης ἐποιήσατο 5 τὸν μυῤῥίνης στέφανον· 6 καὶ ἦν πρόβλημα τῆς ψιλώσεως. ᾔδεσαν μέν τοι τὸ φαλάκρωμα Συρακούσιοι, 7 καὶ τὴν εἰς αὐτὸν τῶν τριχῶν † ἐπιβουλὴν οὐκ ἠγνόουν· ἐσιώπων δὲ διὰ τὸ τῶν τολμημάτων αὐτοῦ καὶ ἀσεβημάτων ἐμμανές.

corum capiti habitum dediſſe. Quum enim illud, paulatim defluentibus ipſi capillis, denudaretur, pudore ductus ad velandam comam adhibuit myrteam coronam: atque erat illa *veluti* vallum calvitiei. Norant quidem hanc calvitiem Syracuſani, nec ignorabant iſtam crinium contra eum conſpirationem: ſilebant tamen propter facinorum ejus & ſcelerum furorem.

† ἀποβολὴν.

tumeliam ſuam traheret, ſi cui alii joco, vel jurgio objectaretur. Adde Tacitum *An.* IV. *cap.* 57. ubi etiam Tiberio pudori fuiſſe ſcribit. Scheff.

5 Τὸν μυῤῥίνης στέφανον] Pariter & Cajus Julius, teſte dicto Suetonio *cap.* 4. *Calvitii deformitatem iniquiſſime tulit. Ideoque ex omnibus decretis ſibi à ſenatu populoque honoribus non aliud aut recepit aut uſurpavit libentius, quam jus laureæ perpetuo geſtandæ.* Scheff.

6 Καὶ ἦν πρόβλημα τῆς ψιλώσεως] Multo malim abſque illo ἦν hæc legi. Certe longe concinnius cohærerent ſuperioribus. Et poteſt videri ortum ex gloſſa, atque additum ab iis, qui hæc habuerunt pro ſeparato commate, cui ſuum deeſſet verbum, quum ex ſuperioribus dependerent: ἐποιήσατο τὸν στέφανον προκάλυμμα κόμης, καὶ πρόβλημα τῆς ψιλώσεως. De ψιλώσεως voce & ejus ſignificatione Vide Salmaſ. *de Coma*, *pag.* 240. 241. 242. Periz.

7 Καὶ τὴν εἰς αὐτὸν τριχῶν &c.] Lege, καὶ τὴν τῶν αὐτοῦ τριχῶν. Faber. Mox pro ἐπιβολὴν alii legunt, & recte quidem ἀποβολήν. Mallem ego καὶ τὴν εἰς αὐτὸ τῶν τριχῶν ἐπιβολὴν, ut ſit ἐπιβολὴ εἰς τὸ φαλάκρωμα, quæ in locum calvitiei ſubſtituatur. Scheff. Locus extra aleam emendationis mihi poſitus videtur. Solet enim Noſter τὸ αὐτοῦ περιφραστικῶς efferre per ἐξ αὐτοῦ, vel εἰς αὐτὸν, ut ἡ εἰς αὐτὸν τριχῶν ἐπιβολὴ idem ſit, quod ἡ αὐτοῦ ἐπιβολὴ τ. *non ignorabant cives, eum capillamento uti adulterino.* Si itaque lectionem vulgatam retineamus, neceſſe eſt geminum calvitiei tegumentum Agathoclem habuiſſe aſſeramus, coronam ſcilicet myrteam, & crinem appoſitium, quod Auctoris menti non adeo conſonum videtur. unius enim tantum προκαλύμματος mentionem facit, non gemini. malim igitur ipſe quoque cum Geſnero legere ἀποβολὴν, ut *defluvium & jactura nativi capillitii denotetur.* Nec credibile eſt, quenquam calvæ coronam myrteam impoſiturum, cui quidem coma ſubdititia ſuppetat. Sed forte ἐπιβολὴ τριχῶν nil aliud eſt, quam προκάλυμμα κόμης, id eſt *corona myrtea*, quæ merito dicitur ἐπιβολὴ τριχῶν, *integumentum capillorum defluentium*, vel ars & commentum, quo rareſcenti capillitio ſubventum eſt. Kuhn.

Τὴν εἰς αὐτὸν τῶν τριχῶν ἐπιβολὴν] In hiſce verbis æſtuant valde Eruditi Interpretes, & videas Eoſdem eodem tempore, modo tueri explicando, modo conjectando ſollicitare vulgatam lectionem. Confer hic *Notas* Kuhnii & *Indicem*. Sed neque ſenſus eſt idoneus in edito, neque quod illi ſubſtituunt, ἀποβολὴν, ullum hic locum habet. Peccatum eſt à primo Editore, vel ejus Codice, ex quo ille edidit ἐπιβολὴν, quum Mei pariter, qui ceteroquin, ubi varia occurrit in Codd. Noſtri Auctoris lectio, diſcrepare ſolent, ut & Mediceus uterque, teſte Gudio, denique Regii omnes, exhibeant hic diſerte prorſus ἐπιβουλὴν, eleganti locutione & pene poetica, ſed cujuſmodi locutione Græci Sophiſtæ delectabantur. Notat enim, *crinium contra*

ipſum

ipſum conſpirationem, *& machinationem*, quæ conſiſtebat in defectione illorum ab ipſius capite. PERIZ.

ΚΕΦ. έ.

Περί τινων ἀδίκως θεοσυλίας καταχριθέντων.

Ἔθυόν τινες ἐν Δελφοῖς· [1] τούτοις ἐπιβουλεύοντες Δελφοὶ εἰς τὰ κανᾶ, ἔνθα ἦν αὐτοῖς ὅ, τε [2] λιβανωτὸς

CAP. V.

De quibuſdam injuſte ſacrilegii nomine condemnatis.

Rem divinam faciebant quidam Delphis: illis vero Delphici malum machinantes in caniſtra, in quibus

1 Τούτοις ἐπιβουλεύοντες] Sic & Sluisk. At Lugd. τούτους, quod & ipſum recte dicitur. Neque tamen id annoto, quod præferam, ſed ne quid prætercam, quod admonitione dignum videbatur. PERIZ.

2 Λιβανωτὸς, καὶ τὰ πόπανα] Erant hæc tenuiorum ſacrificia, ut docet Lucianus. περὶ τούτων τὰς θυσίας, inquit *lib. de ſacrific.* βοῦν μὲν ἀροτῆρα ὁ γεωργὸς, ἄρνα δὲ ὁ ποιμὴν, καὶ αἶγα ὁ αἰπόλος. ὁ δέ τις λιβανωτὸν ἢ πόπανον. ὁ δὲ πένης ἱλάσατο τὸν θεὸν φιλήσας μόνον τὴν αὐτοῦ δεξιάν. Adde Auctor. *de virtute Herb. c.* 79. SCHEFF.

Λιβανωτὸς καὶ τὰ πόπανα] Antiquiſſimorum hominum ſacra erant tenuia, & minime ſumptuoſa. Hinc apud Plutarchum Lycurgus dicitur, interrogatus, quare Spartanis præceperit ita vilia ac tenuia ſacra, reſpondiſſe, ne unquam deſinerent colere Deum, vel ut ſemper ex facili, & ideo promptis ſtudiis, Deum colerent. Vide *Apophth. Laconica*, & *Præfat. ad Apophth. Regum*. Similiter Pythagoras ſuaſit apud Jamblichum in *Vita Ejus cap.* 11. feminis Crotoniatarum, ne in ſacris faciendis *complura uno tempore ſimul effundant*, *quaſi ſi nunquam denuo ſacra facturæ*, ſed offerant potius hæc ipſa, πόπανα καὶ λιβανωτόν. Ita vero etiam Romulum laudat Dionyſ. Halicarn. *Antiq. Rom.* II. *pag.* 93. quod *frugalia* inſtituerit Sacra: ſed & ipſe Romæ vidiſſe ſe ait, ἐν κανοῖς καὶ πινακίσκοις κεραμείοις ἀλφίτων μάζας, καὶ πόπανα, καὶ καρπῶν τινων ἀπαρχὰς, καὶ ἄλλα τοιαῦτα λιτὰ καὶ εὐδάπανα, *in caniſtris & patinis teſtaceis farinaceas offas, & placentas, & fructuum quorundam primitias, atque alia ejus generis tenuia & vilia.* Sed & Valerius Max. II. 5. 5. Romanos ait *primitus ex libamentis victus ſui*, *Deos eo efficacius*, *quo ſimplicius*, *placaſſe*. Hinc ergo apud Romanos Veteres in Sacris frequentia prorſus fuerunt *liba*. Feſtus, *Ferctum*, *genus libi*, *quod ad ſacra ferretur*, *dictum*. Et, *Janual*, *genus libi*, *quod Jano libatur*. Et, *Paſtillum genus libi rotundi in ſacris*. Polybius VI. 23. clypeos comparat τοῖς ὀμφαλωτοῖς ποπάνοις, τοῖς ἐπὶ τὰς θυσίας ἐπιτιθεμένοις, *placentis*, *ex quibus umbilicus quiſpiam eminet*, *quæ ſacrificiis imponuntur*. Ceteroqui tamen iidem invaleſcente jam Rep. *in ſuppliciis Deorum magnifici* fuerunt, teſte ipſo Salluſtio. Poſſint ergo etiam hæc de Delphis ita accipi, ut facit Schefferus, quaſi fuerint, non tamen hominum *tenuiorum ſacrificia*, verum antiquiſſimi moris tenuia ſacrificia. Sed tamen, quia hæc res videtur accidiſſe ſeriori jam tempore, ſeu tempore Ariſtotelis, vel paulo ante, ex cujus *Polit.* V. 4. Noſter hæc hauſit, & quia homines utrimque fuerunt non infimæ ſortis, quum cauſa iſtius ἐπιβουλῆς fuerit orta ex relicta vel repudiata ſponſa, & facinus ipſum cauſa exſtiterit Delphis omnium malorum, ut patet non ex Ariſtotele tantum, ſed & Plutarcho *Polit. Præcept. in extr.* ubi & nominat Patrem ſponſæ, Auctorem iſtius ἐπιβουλῆς, *Cratetem*, occiſos vero *Orgialum & fratrem ejus:* ideo crediderim, hæc, quæ per occaſionem *Caniſtri* ſolum memorantur, fuiſſe προθύματα, quibus adderetur mox Victimæ ſacrificium. Solebant enim iſta plerumque prius, ſeu ante victimæ proficias, offerri Diis. Hinc Ariſtoph. in *Pluto pag.* 71. conjungit πόπανα

καὶ

τὸς καὶ τὰ πόπανα, ἐνέβαλον τῶν [3] ἱερῶν χρημάτων λάθρα. Λαβόντες οὖν αὐτοὺς, [4] ὡς θεοσύ-

bus ipsi habebant thus & placentas, clam injecerunt quædam ex rebus sacris. Comprehensos itaque eos, tan-

καὶ περιθύματα, ubi Schol. ea exponit τὰ πρὸ τῆς θυσίας γενόμενα θυμιάματα, ἢ πλακούντια, *qui ante ipsum sacrificium fiunt, suffitus, aut placentæ*, παρὰ τὸ περιθύεσθαι τῶν ἱερείων, *quia offerebantur ante ipsam victimam.* Hinc apud Suidam in πόπανα legimus, ἐπὶ τέσσαρσι ποπάνοις ἔθυον βοῦν, *bovem demum immolabant post quatuor placentas oblatas.* Aliquando tamen etiam *sacrificiis imponebantur*, ut ex Polybio *d. l.* patet. Sed & ideo in hisce *canistris* inerat non modo *thus & placenta*, sed plerumque ipsa etiam μάχαιρα, *secespita*, ad victimæ viscera scindenda, & στέμματα, *infulæ*, quibus ornabantur victimæ & ipsi sacrificantes. Vide Suidam in *voce* Κανοῦν, & ibi Portum. PERIZ.

3 Ἱερῶν χρημάτων] Nam & pecunias antiqui Diis consecrare solebant. Ut apud Spartanos Lycurgus omne aurum publicum privatumque, post perscriptam legem ne usus ejus esset. Ut Romæ Camillus aurum Gallicum, de quo Livius *lib.* v. *cap.* 50. *Aurum quod Gallis ereptum erat, quodque ex aliis templis inter trepidationem in Iovis cellam collatum, quum in quæ referri oporteret, confusa memoria esset, sacrum omne judicatum sub Iovis sella poni jussum.* Etiam privati nonnunquam pecunias in templis majoris custodiæ causa deponere solebant, uti Tullius nos docet *lib.* II. *de Legibus*, quæ & ipsæ quamdiu in templo erant, sacræ aliquomodo sunt habitæ, quique eas abstulissent, pro sacrilegis judicati. Verba Tullii: *Sacrilego pœna est, neque ei soli, qui sacrum abstulerit, sed etiam ei qui sacro commendatum, quod & nunc multis fit in fanis. Alexander in Cilicia deposuisse apud Solem, in delubro pecuniam dicitur, & Atheniensis Clisthenes Junoni Samiæ, civis egregius, cum rebus timeret suis, filiarum dotes credidit.* Vide Saturninum *L.* 16. §. 4. *D. de Pœnis.* SCHEFF. Delphi quos oderant, non semel his artibus è medio sustulerunt, ut donaria è templo subjicerent in canistra sacrificantium; quibus deinde excussis, miseros illos, ut coram in sacrilegio deprehensos, saxo dejecerunt. Hoc scelere petitus est exstinctusque Æsopus; χρυσῆν φιάλην ἐκ τοῦ παρ' αὐτοῖς ἱεροῦ τοῦ Ἀπόλλωνος ἀνελόμενοι, λάθρα ἐν τοῖς τοῦ Αἰσώπου κατέκρυψαν στρώμασι, *auream phialam è suo templo Apollinis sumptam, clam Æsopi in stragulis abdiderunt* &c. vide *vitam ejus.* ὁ δὲ Κράτης ὀλίγον ὕστερον θύουσιν αὐτοῖς ὑποβαλὼν χρυσίον τι τῶν ἱερῶν, κατεκρήμνισε τὸν Ὀργίλαον καὶ τὸν ἀδελφὸν ἀκρίτους. *Crates autem paulo post illis sacra facientibus auri nonnihil è templo supposuit, & Orgilaum una cum fratre indictâ causa dedit è petra præcipitem.* Plutarch. in *præcept. politic.* Quod de Æsopo ante dictum breviter, Scholia *in Aristoph. Vespas* prolixius persequuntur. Αἴσωπον, inquit, φασὶν ἐλθόντα ποτὲ εἰς τοὺς Δελφοὺς ἀποσκῶψαι αὐτοὺς, ὅτι μὴ ἔχοιεν γῆν, ἀφ' ἧς ἐργαζόμενοι διατρέφοιντο, ἀλλὰ περιμένοιεν ἀπὸ τῶν τοῦ θεοῦ θυμάτων διαζῆν. οἱ Δελφοὶ χαλεπαίνοντες φιάλην ἱερὰν τοῖς Αἰσώπου σκεύεσιν ὑπέβαλον. ὁ μὲν δὴ οὐκ εἰδὼς, τὴν εἰς Φωκίδα φέρουσαν ὥρμησεν ὁδόν· οἱ δ' ἐπιδραμόντες καὶ φωράσαντες, ἱεροσυλίας αὐτοῦ κατηγόρουν. ὁ δ' ἐπὶ πέτραν οὐ πάνυ πόῤῥω τοῦ ἱεροῦ καὶ τῆς πόλεως ἀγόμενος, ἀφ' ἧς νόμιμον ἦν τοὺς ἱεροσύλους ῥιπτεῖσθαι, τὸν περὶ τοῦ Κανθάρου μῦθον αὐτοῖς διηγήσατο, *Æsopum, ajunt, aliquando Delphos profectum, incolis illusisse, quod terrâ, quæ victum funderet, destituti, victimis Deo oblatis unice vitam tolerarent. Delphi autem dicto illo ad iram commoti, phialam auream Æsopi sarcinis subdunt; cum vero ille ignarus omnium viam, quæ in Phocidem ducit, insisteret, Delphi insecuti, remque sacram deprehendentes, sacrilegii Æsopum accusarunt. Ille, jam ad petram ductus urbi temploque vicinam, unde sacrilegos dejicere mos erat, fabulam de Scarabæo illis narravit.* Petra illa Φαιδριὰς dicta, è qua apud Delphos sacrilegi in præceps abjecti sunt. videatur Suidas in Φαιδριάς. Plutarchus *de sera numinis vindicta*, petram illam *Hyampeam* vocat, de qua ut sacrilegus dejectus est Æsopus. vid. locum & Aristotelem *l.* v. *Politicor. cap.* 4. à quo Ælianus hoc capite quædam mutuatus est, & Heraclidem *de Republ. Magnesiorum.* KUHN.

σύλας, ἀπήγαγον [5] ἐπὶ τὴν πέτραν, καὶ κατεκρήμνισαν κατὰ τὸν Δελφικὸν νόμον.

tanquam ſacrilegos, abduxerunt in petram, & ſecundum legem Delphicam præcipites dederunt.

Ενέβαλον τῶν ἱερῶν χρημάτων] Ipſa hæc ſunt Verba Ariſtotelis *Politic.* v. 4. ut adeo ex illo hæc ſumpſiſſe videatur Ælianus. Accedit, quod ſicuti nec Ille, ita nec Noſter, nominat Homines, quos Plutarchus *d. l.* nominavit. Elegans eſt Ellipticus iſte Genitivi uſus, de quo egimus *ſupra* x. 21. Ceterum male accipitur χρήματα, & hic & apud Ariſtotelem, de *pecuniis ſacris*, qua occaſione probavit abunde Schefferus, etiam *pecunias fuiſſe diis conſecratas.* At vero χρήματα ἱερὰ non ſunt proprie *pecuniæ*, ſed quælibet *res ſacræ*, veluti vaſa aurea *&c.* Sic apud Pauſan. in *Phocicis cap.* 14. τῶν τοῦ θεοῦ χρημάτων συλήσαντα ἄνθρωπον. *Hominem qui ſurto abſtulerat aliquid ex ſuppellectile Dei:* Mox enim appellatur ἱερὸν χρυσίον, *ſacrum donarium ex auro.* Atque ita Plutarchus etiam hocce Delphis ſurreptum appellat χρυσίον ἐκ τῶν ἱερῶν. Vide me & *ſupra ad* I. 20. PERIZ.

4 Ως θεοσύλας] Sic & Sluisk. At Lugd. θεοσύλους. Sic ἱερόσυλοι *Actor. Ap.* XIX. 37. Et Ariſt. *d. l.* ὡς ἱερόσυλον ἀπέκτειναν. Solitos autem ſacrilegos ita Delphis puniri, etiam ex Æſopi Hiſtoria conſtat, quam vide apud Simſonium *Chronic. Ann.* 3441. IDEM.

5 Επὶ τὴν πέτραν] Sic Plutarcho memorante in *præceptis Reipubl. gerend.* ab iiſdem Delphis Origalus cum fratre punitus, quæ neſcio an non hæc ipſa ſit hiſtoria, quam Noſter tradit, cum fere per omnia conveniat. Apud Romanos non eadem ſacrilegorum pœna: alii damnati ad beſtias, alii ſuſpenſi in furca, nonnulli etiam vivi exuſti. Quidam tantum ad metalla abducti vel in inſulam deportati. Vide Ulpianum *L.* 6. §. I. *D. Ad L. Juliam peculatus.* SCHEFF.

ΚΕΦ. ϛ.

Περὶ μοιχοῦ.

CAP. VI.

De mœcho.

Συνέβη τινὰ μοιχὸν [1] ἁλῶναι ἐν Θεσπιαῖς· εἶτα ἤγετο διὰ τῆς ἀγο-

Accidit ut Theſpiis adulter quiſpiam eſſet damnatus:

Περὶ μοιχοῦ] Mediceus, στάσιν ἐν Θεσπιαῖς ἐξαφθῆναι, μοιχοῦ ἁλόντος.

I Αλῶναι] Vertitur ab omnibus, *ut caperetur.* Id vero Græci dicunt συλληφθῆναι, ut *ſupra* v. 18. At ἁλῶναι eſt potiſſimum *convinci & damnari* alicujus criminis. Sic XII. 18. μοιχεύων ἁλοὺς, ubi itidem vertitur, *deprehenſus in adulterio*, ſed malim, *convictus adulterare feminas.* XIII. 25. de Zaleuco, προσέταξε τὸν μοιχὸν ἁλόντα ἐκκόπτεσθαι τοὺς ὀφθαλμούς. At mox ibidem ἁλοὺς ἐπὶ μοιχείᾳ quod eſt *convictus & damnatus adulterii nomine.* Sic de Palamede Polyænus *præfat. in extr.* ἥλω προδοσίας *damnatus eſt proditionis.* Sed diſertiſſime Dionyſ. Halic. *lib.* VIII. *pag.* 546. αὕτη γὰρ ἦν τοῖς τότε Ρωμαίοις ἐπιχώριος τῶν ἐπὶ θανάτῳ ἁλόντων ἡ κόλασις, *hæc enim erat uſitata tunc Romanis pœna eorum, qui morte damnati eſſent.* Et *lib.* IX. *p.* 581. Γενύκιος ὑπαχθεὶς ὑπὸ τῶν Δημάρχων εἰς δίκην, ἐπὶ ταύτῃ μάλιστα τῇ αἰτίᾳ ἑάλω. *ideo à Tribunis vocatus in jus, eo maxime crimine damnatus eſt.* Herodianus III. 10. πεφυγαδεῦσθαι ἔλεγον, ἁλόντα ἐπὶ στάσεσι καὶ πολλοῖς ἁμαρτήμασι, *in exilium dicebant actum, quum damnatus eſſet propter ſeditiones & complura peccata.* Plutarchus *Apophth. Regum, extr.* ἔγραψε νόμον, ἐν ᾧ διώρισαι, πῶς δεῖ κρίνεσθαι τοὺς ἐν αἰτίαις γενομένους, καὶ πῶς δεῖ κολάζεσθαι τοὺς ἁλόντας, *legem ſcripſit, qua definitum erat, quomodo reos oporteat judicari*

&

ἀγορᾶς δεδεμένος. Ἀφείλοντο οὖν αὐτὸν οἱ ἑταῖροι· ² ἐξήφθη οὖν στάσις, καὶ ³ συνέπεσε γενέσθαι φόνους πολλούς.

tus: atque mox per forum vinctus ducebatur. Eripuerunt ergo eum amici: quapropter accensa est seditio, & multæ cædes factæ sunt.

& *damnatos puniri*. Recte ergo apud Aristoph. in *Pluto pag.* 18. ἁλοὺς γε μοιχὸς, exponit Scholiastes, ἁλοὺς μοιχείας, *convictus & damnatus adulterii nomine*. Sed tamen Noster XII. 12. μοιχὸς ἁλοὺς ἤγετο ἐπὶ τὰς ἀρχάς: ubi notat in ipso facto *deprehensum*, & ita simul *convictum*. *Seditionis* prorsus simile est exemplum, quam itidem ἐπ' αἰτίᾳ μοιχείας, motam ait Aristoteles *Polit.* V. 4. ἐν Θήβαις: ut pene dubitem, an alterutro in Auctore peccaverint librarii in nomine Oppidi. Videtur autem Adulter ille, jam *damnatus* in foro, & ideo *vinctus*, *duci per forum* ad supplicium. Nam ἄγεσθαι de *suppliciis* maxime dicitur. Vide *supra* I. 30. PERIZ.

2 Ἐξήφθη οὖν στάσις] Nobile exemplum seditionis ex re minima exortæ, cui addas ad majorem intellectum, quæ scribit Aristoteles *lib.* V. *Polit. cap.* 4. SCHEFF.

3 Συνέπεσε γενέσθαι φόνους πολλούς.] Mediceus, συνέπεσεν ἁλῶσθαι πολλούς. quam scripturam quodammodo firmat Sluiskianus, qui omissis tribus prioribus literis verbi ἁλῶσθαι hanc periodum ita exhibet, συνέπεσεν.... σθαι πολλούς.

ΚΕΦ. ζ'.

Περὶ Λυσάνδρου, καὶ Ἀλκιβιάδου.

CAP. VII.

De Lysandro & Alcibiade.

Ἔλεγεν ¹ Ἐτεοκλῆς ὁ Λάκων, δύο Λυσάνδρους τὴν Σπάρτην μὴ ἂν ὑπο-

Eteocles Lacedæmonius dicebat, duos Lysandros Spartam ferre non

1 Ἐτεοκλῆς ὁ Λάκων] Ephorus hic fuit tempore Alexandri Magni, & Antipatri, cui victori, post occisum Regem Laconum, Agidem, obsides poscenti pueros, Laconicum plane dedit responsum. Vide Plutarchum in *Apophth. Lacon.* Dictum hoc de *Lysandro* habet etiam Plut. in *Hujus Vita*, sed ita, ut non de Sparta tantum, sed de tota *Græcia* dixerit Eteocles, eam duos Lysandros ferre non posse, propter ejus scil. ambitionem & arrogantiam. Mox pro Λυσάνδρους Sluisk. & duo Regii habent Λυκούργους, sed male. PERIZ.

2 Ἀρχέστρατος] Sic Plutarchus in *Lysandro*, sed Ἀρχίστρατος scribit. Item in *Alcibiade*, ubi dicti hujus explicatio. Athenæus *lib.* XII. velut dictum unius isthæc effert. Χαριέντως εἶπέ τις, ait, οὔτ' ἂν δύο Λυσάνδρους ὑπήνεγκεν ἡ Σπάρτη, οὔτ' ἂν δύ' Ἀλκιβιάδας Ἀθῆναι. SCHEFF. Vide proverbia: *unus saltus non alit duos Erithacos, vel duos canes*. Aristoph. in *Vespis*, οὐ γὰρ ἄν ποτε τρέφειν δύναιτ' ἂν μία λόχμη κλέπτα δύο. *non enim fieri potest, fures ut unquam saltus unus alat duos.* KONIG.

Ἀρχέστρατος] Celebris fuit Poeta Siculus, sed qui vixit Athenis tempore ipsius Alcibiadis, siquidem familiariter egisse traditur cum altero Filiorum Periclis, qui Alcibiadis avunculus fuit. Vide Athenæum V. *cap. ult.* Si tamen impurus ille, istic memoratus, idem est, qui Poeta, luxuriosus itidem Homo, quem Epicuro in Voluptatis commendatione præivisse, & gulæ ac obsoniis studuisse, docet *lib.* III. *cap.* 22. Eundem *Syracusanum vel Geloum* fuisse ait I. 4. Alius fuit *Archestratus*, qui post tempora Alexandri rogationem composuit, quam tulit Agnonides, de Accusando Phocione apud Polysperchontem. Vide Plut. in *Phoc. pag.* 757. Ejus adversarius fuit Dinarchus Phocionis amicus, unde & inter Dinarchi Orationes à Dionys. Halic. in *Hujus Vita*, memoratur una *contra Ar-*

ὑπομεῖναι· καὶ [2] Ἀρχέστρατος ὁ Ἀθηναῖος ἔλεγε, δύο Ἀλκιβιάδας τὴν τῶν Ἀθηναίων. Οὕτως ἄρα [3] αὐτῶν † καὶ οἱ ἕτεροι ἦσαν ἀφόρητοι.

† ἑκάτεροι.

non posse: & Archestratus Atheniensis dicebat, duos Alcibiades *civitatem* Atheniensium *ferre non posse*. Adeo intolerabiles erant illorum etiam Alteri, *seu* Gemini.

Archestratum. Hujus pene crediderim dictum illud de *Alcibiade* fuisse, siquidem *Atheniensis* ab Auctore dicitur. PERIZ.

3 Καὶ οἱ ἕτεροι] MSS. B. & C. habent οἱ ἑταῖροι. SCHEFF. Vellem, καὶ τοῖς ἑταίροις. KUHN.

Αὐτῶν καὶ οἱ ἕτεροι] Gesn ἑκάτεροι, Kuhnius καὶ τοῖς ἑταίροις. Lugd. ut & duo Regii, οἱ ἑταῖροι. Sed recte Sluisk. & Regius Strategi tuentur vulgatum, cujus optima est sententia. Nempe αὐτῶν οἱ ἕτεροι sunt *Gemini*, *Alteri illorum*, Alter Lysander, & Alter Alcibiades. Sic passim ἕτερος de Duobus, quum ἄλλος de Pluribus dicatur. Vide Thomam Magistrum. Hinc ἑτερόφθαλμος, qui uno ex duobus oculis tantum utitur, *infra* XII. 43. Res est tam liquida & certa, ut mirer, adeo hic hæsitasse viros Eruditissimos, & Editores omnes, qui verterunt, *Adeo intolerabiles erant suis Uterque civibus.* Atqui *Uterque* poterat, sed Solus, non item Geminus, seu non etiam Οἱ ἕτεροι singulorum. PERIZ.

ΚΕΦ. η'.

Περὶ Ἱππάρχου τελευτῆς.

CAP. VIII.

De Hipparchi morte.

[1] Ἵππαρχος ἀνῃρέθη ὑπὸ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, [2] ὅτι ἐν τοῖς

Hipparchus ab Harmodio & Aristogitone interfectus est, eo quod

1 Ἵππαρχος.] Res notissima, vide tamen *lib.* I. Thucydidis ejusque Scholiasten, Maximum Tyr. *dissert.* VIII. Herodotum *lib.* V. Gellium *lib.* IX. *cap.* 2. Adde Eusebii *Chronicon num.* MCCCCXCVIII. & notata ibi à Josepho Scaligero. SCHEFF.

2 Ὅτι ἐν τοῖς Παναθηναϊκοῖς] Vulgo jactatam quidem hanc causam, sed ineptam esse refert Socrates apud Platonem in *Hipparcho*: remque ita se habere: Cum Harmodius amaretur doceretur que ab Aristogitone, magnum quiddam sibi ex hac educatione sperabat: fore namque Hipparchum adversarium suspicabatur. Interim contigit, ut Harmodius nobilem quendam amaret, is primum Harmodium & Aristogitonem, veluti sapientes admirabatur, postea familiaris factus Hipparcho, contemnere illos cœpit. Unde illi indignati Hipparchum interemerunt. Cum Socrate facit Diodorus Siculus, quem vide in *Excerptis lib.* VI. *Histor.* Vulgarem tamen sententiam alii fere omnes tuentur, retinetque etiam Aristoteles *lib.* V. *Polit. cap.* 10. Consule & Maxim. Tyr. *dissert.* VIII. SCHEFF. Vid. Meursii *Pisistrat. cap.* 17. KUHN.

Ὅτι ἐν τοῖς Παναθηναϊκοῖς &c] Vera sine dubio fuit hæc cædis Hipparcheæ causa, quam etiam Thucydides unice probat, & plerique sequuntur. Plato quam refert in *Hipparcho pag.* 229. & locat in invidia Aristogitonis & dolore prærepti sibi ab Hipparcho discipuli, amici, & admiratoris, aliena est & absona, quamvis in eo illum sequatur etiam Plutarchus in Ἐρωτ. *p.* 760. Sed & sæpius erravit Plato in Historia Pisistratidarum. Veluti quod in *Convivio pag.* 182. ait Amorem Harmodii & Aristogitonis καταλῦσαι τὴν ἀρχὴν τῶν Τυράννων, *sustulisse imperium Tyrannorum.* At ipse in *Hipparcho d. l.* post facinus illud Harmodii & Aristogitonis tum demum cœpisse ait *Tyrannidem* Athenis exerceri, plus quam

τοῖς Παναθηναϊκοῖς κομίσαι [3] κανοῦν τῇ Θεῷ, [4] κτ̀ τὸν νόμον τὸν ἐπιχώριον, οὐκ εἴασε τὴν ἀδελφὴν τὴν Ἁρμοδίου, [5] καὶ ἴσως ἀξίαν οὖσαν.

quod sororem Harmodii, Deæ canistrum, more patrio, ferre in Panathenaïcis non permiserat, eo honore prorsus non indignam.

quam tres continuos annos, Hippia irritato cæde Fratris. Et diserte Thucydides VI. 53. *Pisistratidarum tyrannidem, non a populo Atheniensi & Harmodio* καταλυθεῖσαν, *sed a Lacedæmoniis.* Prior tamen Platonis sententia vulgo dein tradita est. Et sequitur eam Maximus Tyrius *Diss.* VIII. Et Arrianus *de Exp. Alex. lib.* IV. *p. m.* 263. ut & Auctor Carminis Scolii apud Athenæum XV. 15. quod Athenis postea in honorem Harmodii & Aristogitonis cantari solebat, & in quo illi dicuntur non tantum occidisse Tyrannum, sed & Athenas reddidisse ἰσονόμους, h. e. *liberas, æquabili jure utentes.* Recte ergo Dio Chrysost. in *Troico*, inter Errores Græcorum refert & hoc, quod Harmodium & Aristogitona maxime colant Athenienses, ὡς ἐλευθερώσαντας τὴν πόλιν, καὶ ἀνελόντας τὸν Τύραννον, *ut qui liberaverint Civitatem, & sustulerint Tyrannum.* Causa erroris fuit haud dubia, quod dicebantur vulgo Τυραννοκτόνοι, *Tyrannicidæ*, quia Hipparchum interemerant, quem plerique crediderunt fuisse Filiorum Pisistrati natu maximum, & illius in Tyrannide successorem; & quod, qui Tyrannum interemit, plerumque etiam Patriam eo ipso liberavit, quod hic tamen secus accidit. Atque ideo longe rectius, quam Plato, Aristoteles *Rhetor.* II. 24. Amor Harmodii & Aristogitonis κατέλυσε τὸν Τύραννον Ἵππαρχον, *sustulit, occidit, Tyrannum Hipparchum*, non, ut Ille, *imperium Tyrannorum.* Ceterum Thucydides non in *Panathenaicis*, sed in alia *quadam pompa* sororem Harmodii hac injuria affectam ait, at mox subsecutis in *Panathenæis Magnis* occisum esse Hipparchum, VI. 56. 57. Erant autem & aliis in Pompis Virgines κανηφόροι. Sic in *Dionysiacis*, Vide Aristoph. in *Acharn.* II. 1. Adde & Suidam. Sed & hinc apud Dionys. Halic. *lib.* II. *p.* 92. τοῖς Ἑλληνικοῖς ἱεροῖς, *Græcis sacris*, tribuuntur generatim Virgines κανηφόροι, & *lib.* I. *pag.* 17. speciatim Junoni Argivæ, & Faliscæ, ἡ λεγομένη κανηφόρος, ἁγνὴ γάμων, καταρχομένη τῶν θυμάτων, *quæ dicitur Canephorus, innupta puella, initium faciens sacrorum.* Periz.

3 Κανοῦν τῇ Θεῷ] *Dea* est Minerva, cui celebrabantur Panathenæa magna singulis quinquenniis. Hinc apud Aristoph. in *Pace pag.* 650. promittitur Mercurio, si Pacem daret Atheniensibus, fore, ut ipsi, *non amplius Minervæ, celebrarentur Panathenea.* Vide istic Scholiasten. *Canistra* autem illa erant *aurea, in quibus gestabant* ἀπαρχὰς, *primitias omnium*, ut ait Schol. Arist. *in Acharn. pag.* 383. vel, ut Suidas & Harpocration, uterque in Κανηφόροι, in quibus inerant τὰ πρὸς τὴν θυσίαν, *quæ ad sacrificium pertinebant.* Idem.

4 Κατὰ τὸν νόμον τὸν ἐπιχώριον] De quo vide quæ erudite ac curiose, id est, suo more scribit vir Antiquitatis peritissimus Johan. Meursius in *Panath. cap.* 23. Scheff.

5 Καὶ ἴσως ἀξίαν οὖσαν] Valde mihi suspecta hæc sunt vitii. Facile enim Virgo Attica digna erat, quæ gestaret cum reliquis canistrum in pompis, modo pudica esset & vere Virgo: ut adeo frigide prorsus, si non inepte, addatur hic illud ἴσως. Crediderim excidisse negantem particulam, legendumque καὶ ἴσως μὴ ἀξ. Certe id prætexuerunt Pisistratidæ, διὰ τὸ μὴ ἀξίαν εἶναι, ut his ipsis verbis ait Thucyd. VI. 56. Adde quod Noster amet & laudet Hipparchum, ἄτε ὄντα καλὸν καὶ ἀγαθὸν, Vide *supra* VIII. 2. Atque ideo cædem illam Hipparchi, tanquam nullo jure factam, improbare hisce verbis videtur, æque ac Plato id fecit in *Hipparcho pag.* 229. testatus sub Hipparcho vixisse Athenienses, tanquam sub Saturno, in aureo seculo. Per. Parenti meo placebat ἴσως ἀναξίαν οὖσαν. Ego vero huic loco nihil deesse existimo, dummodo ἴσως vertatur *prorsus, omnino.* ut *lib.* IV. *de Nat. Anim. cap.* 56. τῶν ὁμοτέχνων ἴσω ἔτος

οὗτος αἴσχιστος, ἀλλ' ἐδόκει τῇ φώκῃ ὡραιότατος εἶναι· καὶ θαῦμα ἴσως οὐδὲν, ἐπεὶ καὶ ἄνθρωποι πολλάκις τῶν ἧττον καλῶν ἠράσθησαν. *lib.* I. *Regum* *cap.* XXV. 21. Καὶ Δαυὶδ εἶπεν, Ἴσως εἰς ἄδικον πεφύλακα πάντα τὰ αὐτοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ.

ΚΕΦ. θ'.

Περί τινων Αρίστων πενήτων, καὶ δῶρα μὴ προσηκαμένων.

[1] Οἱ τῶν Ἑλλήνων Ἄριστοι [2] πενίᾳ διέζων παρὰ πάντα τὸν βίον. Ἐπαινείτωσαν οὖν πλοῦτόν τινες

CAP. IX.

De quibusdam Præstantissimis Viris pauperibus, qui dona recipere noluerunt.

Græcorum Præstantissimi per omnem vitam in perpetua egerunt paupertate. Laudent igitur divitias etiam-

1 Τῶν Ἑλλήνων ἄριστοι] Vide *supra lib.* II. *cap.* 34. SCHEFF. Herodotus *lib.* VII. τῇ Ἑλλάδι πενίη ἀεί κοτε σύντροφός ἐστι, *Græcia paupertati a primis quasi cunabulis innutrita est.* Id quod magis inde elucescit, quod, Thebis ab Alexandro eversis, ex præda non plenè 400. & 40. talenta redacta fuerint, ut Athenæus ex Clitarcho refert *lib.* IV. Polybius etiam negat, suo tempore totam Peloponnesum, rebus tum maxime florentibus, ἐξ αὐτῶν τῶν ἐπίπλων χωρὶς σωμάτων, *ex sola supellectile, demptis servis, sex millia talentorum* conficere potuisse *lib.* II. *Hist.* Athenienses, exercitum suum alere satagentes, cum ærarium publicum, tum privatorum thesauros, imo totam ditionem vacuefecerunt, ut *decem talentorum millia* corraderent. *ibid.* De Veterum Romanorum paupertate Valer. Max. vide *lib.* IV. *cap.* 4. KUHN.

2 Πενίᾳ διέζων] De *paupertate* Græcorum proprie dictorum (nam quædam Magnæ Græciæ Urbes in Italia & Sicilia jam antea fuerunt opulentissimæ) ante, & opulentia eorum post, bella cum Xerxe & Artaxerxe gesta, egimus jam *supra ad* X. 16. Liquet hæc opulentia Ex patrimonio multorum hominum istius temporis. Sic Crates Thebanus a patre suo habuit aliquot *centena talenta*, si fides Laertii Codd. Ex maximis item sumptibus, quos faciebant publice privatimque in statuis, picturis, donariis templorum, & omni luxuriæ instrumento. Ex gravissimis porro mulctis, quæ à privatis exigebantur, Vide *supra ad* V. 12. Denique Ex immensis quæstibus, quos faciebant Meretrices, Lais, Phryne, & similes. Vide IX. 32. & X. 2. Verum hæc opulentia multum jam erat imminuta tempore Polybii per continua bella usque à temporibus Philippi & Alexandri, per quæ integræ fuerunt Urbes eversæ, veluti Thebæ, & Phocensium Urbes: aliæ Tributis & collationibus exhaustæ: ac denique omne Græcarum Urbium imperium in alios populos aut insulas concidit, atque ita proventus ipsarum ex illis terris sublati fuere. Vide ipsum Polybium *lib.* II. *p. m.* 205. unde Schefferus perpetuam Græcorum paupertatem, sed male, probare conatur, nec cogitare videtur, quanta sit summa 6000. *Talentorum*, de qua agit Polybius, h. e. 108. Auri Tonnarum. Qui vero hoc capite ex illo opulentiæ seculo memorantur, fuere homines antiquis moribus, & philosophico ingenio, contemptores opum, ut liquet ex Phocionis exemplo. Ceterum de plerisque jam egimus *ad* II. 43. PERIZ.

3 Πολλὰ μὲν ἐν πολέμῳ &c.] Nam inter Duces fuit Atheniensium in pugna Marathonia, & inter Duces Græciæ totius in pugna ad Platæas contra Mardonium. Vide Plutarchum & Corn. Nepotem. IDEM.

4 Καὶ τοὺς φόρους] Quantum quæque civitas daret,

τινὲς ἔτι, μετὰ τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἀρίστους, οἷς ἡ πενία παρὰ πάντα τὸν βίον συνεκληρώθη. Εἰσὶ δὲ οὗτοι, οἷον Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου, ἀνὴρ [3] πολλὰ μὲν ἐν πολέμῳ κατορθώσας, καὶ [4] τοὺς φόρους δὲ τοῖς Ἕλλησι τάξας· ἀλλ' οὗτός γε ὁ τοιοῦτος οὔτε ἐντάφια ἑαυτῷ κατέλιπεν ἱκανά. Καὶ [5] Φωκίων δὲ πένης ἦν· Ἀλεξάνδρου

etiamnum quidam *Homines*, post Græcorum præstantissimos, quibus sorte quadam paupertas per universam eorum vitam contigit. Sunt autem illi, velut Aristides *filius* Lysimachi, Vir, qui multa militiæ præclare gessit, sed & Græcis tributa ordinavit: at ille talis *Vir* non satis reliquit sibi, unde satis esset ad funeris sumtus. Phocion etiam ege-

daret, ad exercitus comparandos, & classes ædificandas. Vide Cornel. Nepot. in *Arist. cap.* 3. Æschin. in *orat. de Legat.* Diodor. Sicul. *lib.* XI. Plutarch. in *Arist. p. m.* 33. & *Apophtheg.* Taletem apud Stobæum *serm.* XCIII. SCHEFF. Vide supra notata de *Aristide lib.* II. *cap.* 43. quibus adde illa Plutarchi in *Præcept. Politicis.* ubi docet paupertatem non impedire, quo minus aliquis cum laude præsit reipubl. prositque: ὥσπερ, inquit, ἐν τοῖς συμποσίοις Καλλίου δαπανῶντος ἢ Ἀλκιβιάδου, Σωκράτης ἀκούεται, καὶ πρὸς Σωκράτην πάντες ἀποβλέπουσι· οὕτως ἐν ταῖς ὑγιαινούσαις πόλεσιν Ἰσμηνίας μὲν ἐπιδίδωσι, καὶ δειπνίζει Λίχας, καὶ χορηγεῖ Νικήρατος· Ἐπαμινώνδας δὲ καὶ Ἀριστείδης καὶ Λύσανδρος καὶ ἄρχουσι καὶ πολιτεύονται καὶ στρατηγοῦσι. *Quemadmodum in conviviis, Callia sumptus faciente, aut Alcibiade, Socrates auditur, Socratem omnium respiciunt oculi: ita in civitatibus bene constitutis Ismenias populo congiarium largitur, Lichas epulis excipit populum, Niceratus choris instruendis pecuniam suppeditat, Epaminondas autem & Aristides & Lysander imperant, reipublicæ præsunt, exercitusque ducunt*, quamvis omnium fuerint pauperrimi. Cyrillus tamen de *Aristide:* ἐπὶ νοσφισμῷ χρημάτων διαῤῥήδην ἐληλεγμένος εἰσπεπράχθη δίκας, *peculatus convictus pœnas dedit, lib.* VI. *contra Julian. p.* 188. KUHN. Nepos in *Aristide: Ad classes ædificandas exercitusque comparandos quantum pecuniæ quæque civitas daret, Aristides delectus est, qui constitueret; Ejus arbitrio quadringenta & sexaginta Talenta quotannis Delum sunt collata.* Vide etiam hic Schefferum, & Meursium *de Fortuna Attica cap.* 7. PERIZ.

5 Φωκίων] Plutarchus idem habet in *Apophtheg. Imperat.* & *vita ejus.* Cui addas etiam Cornel. Nepotem XIX. *cap.* 2. Idem tamen Plutarchus in *de Socratis Genio* hoc refert ad Epaminondam. SCHEFF. Phocion aliquando ab Atheniensibus in solenni festivitate rogatus dicitur, ut in gratiam populi vellet aliquid ultra constitutum elargiri & impendere: ille vero vulgi acclamationibus nihil motus, αἰσχυνοίμην ἄν, inquit, ὑμῖν μὲν ἐπιδιδοὺς, Καλλικλεῖ δὲ τούτῳ μὴ ἀποδιδοὺς, δείξας τὸν δανειστήν, *pudore suffunderer, si haberem quidem, quod vobis adderem, quod autem huic Callicli*, (cum dicto fœneratorem ostendit) *redderem, non suppeteret.* Græcam elegantiam Latini non assequuntur, quæ est in ἐπιδιδοὺς & ἀποδιδούς. KUHN.

Φωκίων] Nepos in *Ejus Vita cap.* 1. *Fuit enim perpetuo pauper, quum ditissimus esse posset.* Repudiavisse istic dicitur etiam munera à Philippo ad se missa. Vide & *supra* I. 25. & II. 43. Dictum hoc Phocionis refert etiam Plutarchus in *Apophth. Regum & Ducum*, & paulo quidem plenius, ita tamen ut Noster videatur hæc & sequentia ex illo hausisse. Certe enim ipsa ejus Verba aliquando exhibet. PERIZ.

6 Ἥρωτα] Scil. τοὺς κομίζοντας, *qui afferebant* argentum, quod addidit Plutarchus, qui & respondisse ait, οὐκοῦν, ἔφη, ἐασάτω με καὶ δοκεῖν καὶ εἶναι τοιοῦτον. IDEM.

7 Ἰάσονος] Thessalorum tyrannus hic fuit, sicut docet Plutarchus *ante dicto loco.* SCHEFF.

Ἰάσονος] Pherarum Ille, Urbis Thessalicæ, fuit Dominus ac Tyrannus, sed æquissimus ac prudentissimus. Qui & post Leuctri-

δρου δὲ πέμψαντος αὐτῷ τάλαντα ἑκατὸν, ἠρώτα διὰ τινὰ αἰτίαν μοι δίδωσιν; Ὡς δ' εἶπον, ὅτι μόνον αὐτὸν ἡγεῖται Ἀθηναίων καλὸν καὶ ἀγαθόν· οὐκοῦν, ἔφη, ἐασάτω με τοιοῦτον εἶναι.

Καὶ Ἐπαμινώνδας δὲ ὁ Πολύμνιδος πένης ἦν· 7 Ἰάσονος δὲ αὐτῷ πέμψαντος 8 πεντήκοντα χρυσοῦς, ὅδε, 9 ἀδικῶν, ἔφη, ἄρχεις χειρῶν. 10 Δανεισάμενος δὲ παρά τινος τῶν πολιτῶν πεντήκοντα δραχμὰς ἐφόδιον, εἰς Πελοπόννησον ἐνέβαλε. Πυθόμενος δὲ τ

egenus erat: quum vero Alexander mitteret ei centum talenta, interrogavit *legatos*, quam ob caufam hæc mihi donat? Ut vero refponderunt *illi*, quoniam ipfum folum ex omnibus Athenienfibus bonum honeftumque virum judicet: finat igitur, inquit, me talem effe.

Etiam Epaminondas Polymnidis *filius* pauper erat: quum autem Jafon ei quinquaginta aureos nummos mififfet, ille, Injuriam, inquit, facere incipis. Et quum quinquaginta drachmas à cive quodam mutuas fumpfiffet in viaticum, irruit in Pelo-

ctricam pugnam, qua concidit Lacedæmoniorum dominatio, exhortatus eft Theffalos fuos, ut principatum Græciæ arriperent, atque ita ab illis totius Theffaliæ Dux & Imperator eft conftitutus. Unde Plutarchus eum in *Apophth. Regum & Ducum*, ut & in *Polit. præceptis*, appellat τὸν Θεσσαλῶν Μόναρχον. Et fane tranfiit ille Ducatus ad ejus fucceffores, tanquam Hereditarius, fed mox tamen exftinctus eft. Vide Diodorum Siculum *lib.* XV. maxime *pag.* 373. & Xenoph. *Rer. Græc. lib.* VI. *pag.* 350. 351. ubi & Μέγιστος τῶν καθ' αὐτὸν, *Maximus hominum fui temporis* dicitur fuiffe. Certe Primus animo concepit everfionem Regni Perfici, ut liquet ex Ifocrate *Orat. ad Philippum pag.* 252. Fides illius in Amicum, Timotheum Athenienfem, prædicatur à Nepote in *Timoth.* Ejus fimulandi, atque hoftis circumveniendi, peritia, à Cicer. *de Offic.* I. 30. Frequens ejus erat dictum, Neceffe effe τὰ μικρὰ ἀδικεῖν, *in rebus parvis injufte aliquando agere*, qui velit τὰ μεγάλα δικαιοπραγεῖν, *in magnis jufta & præclara facere*, quod refert Plut. in *Præceptis de Valet. tuenda*, & in *Politicis*. PERIZ. de Jafone vide Ciceronem *lib.* III. *de Nat. D. cap.* 28.

8 Πεντήκοντα χρυσία] *Daricos* forte intelligit, quos χρυσοῦς Athenienfes vocabant, ut fcribit Suidas. GESN. Plutarchus habet δισχιλίους χρυσοῦς, hoc eft, tot daricos. fic enim dicti funt Athenienfibus, ut docet Suidas, ac fortaffe pro χρύσια apud Noftrum χρυσοῦς fcribendum eft, præfertim cum fic legatur in MSS. B. & C. Etiam in numero haud conveniunt. Ac poteft fieri, ut pro β numerali, fcriba imperitus fecerit N, deceptus virgula, quæ millenarium denotabat. SCHEFF. Xiphilinus in *Augufto.* ἐμπρησμοῦ δέ ποτε τὸ Παλάτιον διαφθείραντος καὶ πολλῶν αὐτῷ πολλὰ διδόντων, οὐδὲν ἔλαβεν, ἢ μόνον παρὰ μὲν τῶν δήμων χρυσοῦν, παρὰ δὲ τῶν ἰδιωτῶν δραχμήν. χρυσοῦν γὰρ δὴ καὶ ἐγὼ τὸ νόμισμα τὸ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς δυνάμενον κατὰ τὸ ἐπιχώριον ὀνομάζω· καὶ τῶν Ἑλλήνων δέ τινες, ὧν τὰ βιβλία ἐπὶ τῷ Ἀττικίζειν ἀναγινώσκομεν, οὕτως αὐτὸ ἐκάλεσαν. *Palatio aliquando igne confumpto, multifque ei (Augufto) multa donantibus, nihil accepit, præter quam aureum à gente, ab idiotis autem & plebejis drachmam. dico autem* χρυσοῦν *numifma illud, quod in noftra regione 25. drachmas valet: & ita etiam dicitur à Græcis quibufdam, quorum libros Atticifmi gratia legimus.* vid. *ind. in* χρυσίον & Paul. Leopard. *lib.* X. *Emendat. cap.* II. KUHN.

Πεντήκοντα χρυσία] Repofui χρυσοῦς, quia fic habent non Regii modo, fed & Meus uterque Codex, tum uterque Mediceus, & Mediolanenfis. Plutarchus in *Apophth.* fimiliter,

τὸν [11] ὑπασπιστὴν αὐτοῦ χρήματα εἰληφέναι παρά τινος τῶν αἰχμαλώτων, ἐμοὶ μὲν, εἶπεν, ἀπόδος τὴν ἀσπίδα· σεαυτῷ δὲ [12] πρίω καπηλεῖον, ἐν ᾧ καταζήσεις. Ου γὰρ ἔτι κινδυνεύειν ἐθελήσεις, πλούσιος γενόμενος.

[13] Πελοπίδας δὲ ἐπιτιμώντων αὐτῷ

loponnesum. Quum vero rescivisset, armigerum suum pecunias à captivo quodam accepisse, Mihi, inquit, redde scutum. Tibi vero tabernam eme, in qua vives. Non enim ulterius pericula subire voles, quum dives sis factus.

Pelopidas, quum objurgarent eum ami-

ter, sed augens numerum, διχιλίους χρυσοῦς ait ab Jasone missos. Quum vero Aureus Græcorum fuerit Didrachmus pondo & valuerit xx. drachmas Argenti, ita *Quinquaginta Aurei* facient nostrates Carolinos Trecentos; at *Duo Millia Aureorum* facerent 12000 Carolinorum. Utra verior sit summa, incertum est. Ex Plutarcho in *Socratis Dæmonio*, ubi dicitur πολὺ χρυσίον, *multum auri* missum esse ad Epaminondam, præferat quis forsan majorem illam summam, quæ & dignior opulentia Tyranni. PERIZ. χρυσοῦς etiam in MS. Palatino legi monuit Neveletus *ad Phædri lib.* IV. *Fab.* II.

9 Οὐδὲ ἀδίκων] Leopardus optime sic verti posse censent: *tu, cum nulla sis à me lacessitus injuria, prior mihi injuriam facis.* Adde quæ de hoc locutionis genere notavit Heraldus *lib.* II. *ad Jus Att. cap.* 12. ubi docet exceptionem fuisse solennem adversus eos, qui postulassent injuriarum. Dictum porro Epaminondæ habet Plutarch. in *Apophtheg.* & *Dæmon. Socrat.* SCHEFF.

Αδίκων, ἔφη, &c.] h. e. *Manibus injustis incipis rem gerere*, aut *mecum agere.* Vide Paul. Leopardum *Emend.* X. 11. & 12. Rationem autem hanc addidisse Epaminondam ait Plut. in *Dæmonio Socr.* quod ille, τῆς Μοναρχίας ἐραστὴς, ἄνδρα δημότην ἐλευθέρας καὶ αὐτονόμου πόλεως ἐπείρα διὰ χρημάτων, *studiosus Monarchiæ*, *tentaret pecunia civem Civitatis liberæ, & suo jure utentis.* PERIZ.

10 Δανεισάμενος] Quod domo non suppetebat viaticum, id à mensa fœneratoris Epaminondas sumere non erubuit. Non enim turpe erat honestam justamque paupertatem coram omnibus profiteri. Ita Lamachus quoque, cum in hostem proficisceretur, eoque debellato domum redux, res gestas populo approbaret, semper rationibus suis adscripsit, quantum pecuniæ in calceos & vestimentum impendisset è publico: & Hermon Thessalus cum ad munus publicum designatus paupertatem excusaret, decreto Thessalorum singulis mensibus vini lagenam, & ad quartum mensis diem farinæ medimnum accepit. Plut. in *Præcept. Polit* KUHN.

Δανεισάμενος &c.] Omnia hujus Periodi seu Facti Verba sunt ex Plutarchi *Apophth.* sumpta. Nam sic ille: Αὐτὸς δὲ πεντήκοντα δραχμὰς δανεισάμενος παρά τινος τῶν πολιτῶν ἐφόδιον τῆς στρατιᾶς, ἐνέβαλεν εἰς Πελοπόννησον. PERIZ.

11 Ὑπασπιστὴν] Idem ante dictus auctor, *loco indicato.* SCHEFF. Vide *quæ supra notata lib.* I. *cap.* 14. KUHN.

Ὑπασπιστὴν αὐτοῦ] *Satellitem*, δορυφόρον. Sic enim exponit id Suidas. Hesychius etiam interpretatur ὑπηρέτης *famulus.* Et ita Dionys. Halic. *lib.* XI. *p. m.* 707. θεράπων δέ τις, ὑπασπιστὴς τοῦ Σικκίου, τὰ πολεμικὰ ἀγαθὸς, μηνυτὴς γίνεται τῷ δεσπότῃ, *Servius autem quispiam, armiger Siccii, indicavit rem Domino.* Sic Horatii & Curiatii in certamen prodeuntes singuli suos habuerunt ὑπασπιστὰς, quibus dederunt tela tamdiu tenenda, dum ipsi se invicem ante pugnam amplecterentur, apud eundem Dionys. *lib.* III. *p.* 154. Sed & notabilis est locus Polyæni II. 3. 10. ubi edixisse traditur Epaminondas, μηδεὶς τῶν ὁπλιτῶν αὐτὸς φερέτω τὴν ἀσπίδα, ἀλλὰ διδότω τοῖς ὑπασπισταῖς ἢ τοῖς ἄλλοις ἀκολούθοις, *nemo gravioris armaturæ militum ipse gestet clypeum, sed tradat armigeris, aut aliis famulis.* Ubi vides ὑπασπιστὰς jungi famulis singulorum, & singulis ferme militibus tribui tales ὑπασπιστάς. Arrianus *de Exp. Alex.* passim *satellites* Alexandri ea voce designat. *lib.* VII. *p. m.* 455. τῇ χειρὶ δεικνύων τοῖς ὑπασπισταῖς, οὕς τινας χρὴ ξυλλαμβάνειν, *manu ostendens satellitibus, quos oporteat comprehendere.* Ubi male vertitur

 seu-

τῷ τῶν φίλων, ὅτι χρημάτων ἀμελεῖ, πράγματος εἰς τὸν βίον λυσιτελοῦς, Νὴ τὸν Δία, εἶπε, λυσιτελὲς, ἀλλὰ Νικομήδει τούτῳ, δείξας χωλόν τινα [14] καὶ ἀνάπηρον.

Ὅτι [15] Σκηπίων τέσσαρα καὶ πεντήκοντα ἔτη βιώσας, οὐδὲν οὔτε ἐπρίατο, [16] οὔτε ἀπέδοτο. Οὕτως ἄρα ὀλίγων ἐδεῖτο. [17] Ἀσπίδα δὲ αὐτῷ

amici, quod pecuniæ, rei ad vitam *tuendam* utilis, nullam curam gereret, Per Jovem, inquit, utilis est, verum huic Nicomedi, ostendens hominem quendam claudum & cœcum.

Scipio quinquaginta quatuor annos quum vixisset, neque emit, neque vendidit quicquam. Adeo paucis indigebat. Quum autem quidam

scutatis. Et alibi passim. Sed & Plutarchus in hoc Apophthegmate similiter loquitur, & & dein eadem plane, quæ Noster, verba tribuit Epaminondæ, ἐμοὶ μὲν, εἶπεν, ἀπόδος τὴν ἀσπίδα &c. PERIZ.

12 Πέλω καπηλεῖον] Vertitur ab omnibus *Cauponam*, cum hic, tum apud Plutarchum, sed perperam prorsus. Etenim Κάπηλοι apud Plutarchum, apud Græcos non erant tantum *Caupones*, sed omnis generis *Propolæ*, qui in eo differebant ab Εμπόροις, quod hi essent plerumque exteri, vel certe Cives, qui aliunde merces importarent, κάπηλοι vero in foro & tabernis res ab aliis plerumque prius emptas venderent, & quæstum ita facerent. Hinc passim junguntur ἔμποροι & κάπηλοι: aliquando illis etiam *Opifices*, veluti apud Dionys. Halic. *lib.* IX. *p. m.* 583. ubi quum exposuisset numerum *juventutis Romanæ*, addit fuisse *triplo majorem feminarum*, *& puerorum*, *& servorum*, ἐμπόρων τε, καὶ τῶν ἐργαζομένων τὰς βαναύσους τέχνας μετοίκων· οὐδενὶ γὰρ ἐξῆν Ῥωμαίων, κάπηλον, οὔτε χειροτέχνην βίον ἔχειν, *& Mercatorum, ac Opificum Inquilinorum*; *nam Romanorum nulli licet*, *neque Propolarum*, *neque Opificum Vitam agere*. Locus illustris, in quo vides promiscue in eundem sensum poni, ac sibi invicem respondere, ἐμπόρους & καπήλους, ac jungi *Opificibus*. Similiter Imp. Julianus *Orat.* I. *pag.* 15. jungit ἀμοιβὰς ἐμπόρων, καὶ καπηλείας, *permutationes Mercatorum*, *& Tabernarias nundinationes*. Ubi Vide omnino τὸν πάνυ Ezech. Spanhemium, & adde Salmasium *de Usuris cap.* 12. Sed & apud Latinos *Cauponis* & derivata vocabula, licet maxime de iis, qui vinum in taberna vendunt, & diversoria exercent, adhibeantur, tamen etiam de aliarum rerum propolis tabernariis dici certum est. Sic apud Plautum *Aulul.* III. 5. 35. memorantur, qui luxuriæ seu mundi muliebris instrumenta conficiunt, & vendunt. *Stat fullo*, *phrygio*, *aurifex*, *lanarius*. *Caupones patagiarii*, *indusiarii*, *Flammearii* &c. Nemo dixerit, *Caupones* istic notare eos, qui vinum vendunt, sed notare potius illarum vestium propolas. Et Ennius apud Cicer. *de Offic.* I. 12.

Nec Cauponantes bellum, *sed belligerantes:*
Ferro, *non auro vitam cernamus utrique.*

h. e. non quæstum ex bello nummarium aucupantes. Sed & hinc videtur Festus, sentire, *coponam*, *tabernam*, *à copiis*, quæ scilicet venduntur, *esse dictam*. Certe hic loci καπηλεῖον nihil est aliud, quam *Taberna propolæ*. Mox malim καπηλεύσειας, atque ita & Doctiss. Iensius cum in suis ad me literis, tum in *Lect. Lucian.* II. II. IDEM.

13 Πελοπίδας] Vide quem jam modo nominavi Plutarchum. SCHEFF.

14 Καὶ ἀνάπηρον] Sic & Plutarch. in *Apophth.* At in Pelopida ait καὶ τυφλόν. Et sane πηρὸς & ἀνάπηρος laxam habent significationem, & *Cœcum* quoque notant. Hesych. Ἀναπήρεις, τυφλοῖς. Vide & in Πηρὸν, & adde Suidam, & maxime Pricæum *ad Lucam* XIV. 13. De *paupertate Pelopidæ* egimus *supra ad* II. 43. PERIZ.

15

αὐτῷ τινος ἐπιδείξαντος εὖ κεκοσμένην, εἶπεν· ἀλλὰ τόν γε Ῥωμαῖον ἄνδρα προσήκει ἐν τῇ δεξιᾷ τὰς ἐλπίδας ἔχειν, [18] ἀλλ᾽ οὐκ ἐν τῇ ἀριστερᾷ.

dam ei ſcutum eleganter ornatum oſtendiſſet, dixit: Atqui Romanum civem decet in dextra ſpem repoſitam habere, non in ſiniſtra.

Οτι [19] Εφιάλτης ὁ Σοφωνίδου πενέστατος ἦν. Δέκα δὲ τάλαντα διδόντων αὐτῷ τῶν ἑταίρων, ὅδε οὐ προσήκατο, εἰπών· Ταῦτά με ἀναγκάσει αἰδούμενον ὑμᾶς, καταχαρίσασθαί τι τῶν δικαίων· μὴ αἰδούμενον δὲ, μηδὲ χαριζόμενον ὑμῖν, ἀχάριστον δόξαι.

Ephialtes Sophonidæ *filius* pauperrimus fuit. Quum vero amici, decem talenta ipſi darent, ipſe ea non accepit, dicens: Hæc me cogerent, reverentem vos, aliquid præter jus concedere: minus vero vos reverentem, nec gratificantem vobis *quidquam*, ingratum videri.

15 Σκιπίων] Sunt prope ipſa Plutarchi verba in *jam aliquoties nominato libro.* Scheff.

Σκιπίων] MSti Σκηπίων. Et ita Alii quoque Auctores Græci: ac recte. Nam *Scipio* eſt à Græco σκήπων, *baculus*, & hoc à σκήπτω, *nitor.* Fuit autem hic *Scipio* Africanus poſterior, ut liquet ex Plutarchi *Apophth.* ubi eadem plane de iſto referuntur. Ceterum vixit non 54. tantum annos, ſed 55. vel 56. Vellejus II. 4. *Deceſſit anno ferme* LVI. qui numerus male iſtic ſollicitatur à Lipſio. Certus enim eſt etiam ex Livio XLIV. 44. ubi Scipio hic dicitur *Septimum Decimum tunc agere annum*, quando vincebatur Perſeus à Paulo. Conſtat autem omnium conſenſu, annis 39. poſt mortuum, atque ita anno ætatis LVI. Adde & omnino Cicer. in *ſomnio Scip.* apud Macrob. I. 5. *Cum ætas tua ſeptenos octies Solis anfractus reditusque converterit, duoque hi numeri ſummam tibi fatalem confecerint.* Summa hæc fatalis Scipioni ex *octies ſeptenis* annis eſt 56. annorum. Sine dubio igitur errantem Plutarchum ſecutus eſt Noſter. Nam hic utriuſque conſenſus facit, ne Librariis culpam hanc adſcribam. Gravior eſt error in ætate *Scipionis* hujus apud Gellium III. 4. ubi is ait, illum, poſtquam Cenſor jam fuerat, accuſatum à Tribuno pl. Claudio Aſello, cui equum in Cenſura ademerat, & addit *in eo tempore Scipionem minorem quadraginta annorum fuiſſe.* Lege omnino *majorem* XL. *annis fuiſſe.* Cum enim Cenſor eſſet, annum agebat XLIII. & hæc accuſatio aliquandiu poſt demum facta eſt. Præterea mirabatur primo Gellius, Scipionem *raſitaviſſe barbam* in illa ætate, jam ſatis provecta; ſed poſtea ſe reperiſſe ait etiam alios *non admodum ſenes* id tunc feciſſe, ut ſunt Homines quinquaginta circiter annos nati. Periz.

16 Ουτε ἀπέδοτο] *Neque vendidit*, ſcil. ut pecuniam haberet, qua emeret ſubſidia vitæ, aut alia ad corporis cultum pertinentia. Eo autem declaratur ipſius frugalitas, ut qui vixerit ſolis agrorum ſuorum fructibus. Sic paſſim eo ſenſu id verbum occurrit. Ariſtot. *Oeconom.* II. 3. δεηθέντες χρημάτων, ἀπέδοντο τὰ τεμένη τὰ δημόσια. *Vendiderunt, quia indigebant pecunia.* quid clarius? *Ibid.* ἑτέρῳ δὲ οὐκ ἐξῆν οὐδενὶ, οὔτε ἀποδόσθαι ἑτέρῳ, οὔτε πρίασθαι παρ᾽ ἑτέρου, *neque vendere quicquam alteri, neque emere ab alio.* Et *cap.* 20. jubet Dionyſius Rheginos à ſe captos redimere ſuam libertatem, ne venderentur tribus minis, quos cum attuliſſent, οὐδὲν ἧττον τὰ σώματα πάντα ἀπέδοτο, *corpora ipſorum nihilo minus vendidit.* Non notarem hæc, niſi nuper vidiſſem quendam publica in Diſſertatione hæc Æliani verba explicare, *neque reddidit*, ſcil. quod debebat: quaſi voluiſſet Auctor, nihil unquam cuiquam debuit, nihil ſumſit mutuum, quod reddi deberet. Id vero quid eſt aliud, quam ineptire? Frugalitatem & modicas *Scipionis* opes narrat nobis etiam Polybius in *Excerptis pag. m.* 1427. Valer. Max. IV. 3. 13. Plinius *Nat. Hiſt.* XXXIII. 11. & Frontinus

Strategem. IV. 3. 9. PERIZ.

17 Ἀσπίδα &c] Habet & hoc Plutarchus in *Apophth.* ut & Polyænus VIII. 16. 4. ac Frontinus IV. 1. 5. Aliud eſt ejuſdem apophthegma, quod refertur Livii *Epit.* LVII. *Alii ſcutum parvum habiliter ferenti, ſcutum amplius juſto ferre juſſit, neque id ſe reprehendere, quando melius ſcuto, quam gladio, uteretur.* Variis ea conjecturis tentant Eruditi, & multa excidiſſe putant, ſed omnia erunt ſalva & ſana, ſi legas. *Alio* (Et hoc quidem habet Codex Viri Ampliſſ. Joh. Bergii, Urbis hujus Judicis, & Academico Tabulario Præfecti Solertiſſimi) *ſcutum parvum habiliter ferente, ſcutum a. j. f. juſſit, neque id reprehendere, quando* &c. Scilicet, juſſit eum ferre majus ſcutum, & *id non reprehendere*, hac ratione addita, quoniam habiliter ſatis ferebat ſcutum, & melius eo utebatur, quam gladio. PERIZ. Alii Codices legunt: *alii ſcutum parum habiliter ferenti amplius eum ſcutum juſto ferre: neque id ſe reprehendere.* Hinc forte ſcribendum, *alii ſcutum parum habile habiliter ferenti, ampliuſque juſto ſcutum ferre juſſo*, nempe *dicebat*, quod verbum in præcedenti periodo præcedit.

18 Ἀλλ' ἐκ ἐν τῇ δεξιᾷ] Medic. & Sluisk. ἐκ ἐν τῇ δεξιᾷ.

19 Ἐφιάλτης] Vide Noſtrum *ſupra lib.* II. *cap.* 43. SCHEFF.

Ἐφιάλτης] Vide ſupra de Eo *ad* II. 43. & de Ejus Abſtinentia Plutarch. in *Cimone pag.* 485. Mox Sluisk. πῦξ μὲν ἀναγκάσει. PERIZ.

ΚΕΦ. ι'.

Περὶ Ζωΐλου.

[1] Ζωΐλος ὁ Ἀμφιπολίτης, ὁ καὶ εἰς Ὅμηρον γράψας, καὶ εἰς Πλάτωνα, καὶ εἰς ἄλλους, [2] Πολυκράτους μὲν ἀκουστὴς ἐγένετο· οὗτος δὲ ὁ [3] Πολυκράτης

CAP. X.

De Zoilo.

Zoilus Amphipolitanus, qui & in Homerum, & in Platonem, alioſque calamum ſtrinxit, Polycratis fuit auditor. Hic vero Polycrates accuſationem ſcripſit contra So-

1 Ζωΐλος ὁ Ἀμφιπολίτης] Vitruvius in *præfat. lib.* VII. Macedonem facit. Nempe quia urbs eſt Macedoniæ Amphipolis, ut Suidas aliique docent. *In ſequentibus annis,* inquit *à Macedonia Zoilus, qui adoptavit cognomen, ut Homeromaſtix vocaretur, Alexandriam venit* &c. Euſtathio eſt *Epheſius* Ιλ. Ε. τὸν δὲ ὁμηρομάστιγα Ἐφέσιον Ζωΐλον μεμφόμενον τῷ ποιητῇ &c. vide & Strabonem *lib.* VI. SCHEFF. Illi reſpondit Athenodorus frater Arati Poëtæ, ut in *vita Arati* legere eſt. de *Zoilo* vide Jonſium *Hiſt. Philoſoph. p.* 36. Quintil. *cap.* 17. Colomes *p.* 216. Voſſium *P.* II. *Rhet. cap.* 6. KONIG.

Ζωΐλος] Satis ipſe Auctor hunc Hominem deſcribit, ac ſuis depingit coloribus. Dionyſius tamen Halic. in *Epiſt. ad Pompejum* laudare videtur Hominem, certe inter eos refert, qui Platonem reprehenderint, *non per invidiam aut odium*, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν ἐξετάζοντες, *ſed ſtudio veritatis.* Ætas Hominis incerta eſt. Nam Vitruvius *Præfat. lib.* VII. refert ad tempora Ptolemæi, qui bibliothecam condidit, h. e. Philadelphi: & eum ſequitur Voſſius. Opponunt ſe Reineſius *Var. Lect.* III. 2. & Jonſius *de Script. Hiſt. Phil. cap.* 9. quia ſcilicet *Polycratis* dicitur fuiſſe *auditor*, de quo mox, & Præceptor Demoſthenis, atque Anaximenis, qui Comes fuit Alexandri. At poſterius hoc nihil impedit, quo minus Zoilus jam ſenex attigerit primos Philadelphi annos. Nec enim neceſſe eſt, ſtatuere eum natu multo majorem iſtoc Anaximene, quum ſæpe quis artem quan-

της καὶ τὴν κατηγορίαν ἔγραψε τὴν κατὰ Σωκράτους. Ἐκαλεῖτο δὲ Ζωΐλος οὗτος, Κύων ῥητορικός. Ἦν δὲ τοιοῦτος· [4] τὸ μὲν γένειον αὐτῷ καθεῖτο, [5] κέκαρτο δὲ ἐν χρῷ τὴν κεφαλήν, καὶ θοἰμάτιον [6] ὑπὲρ τὸ γόνυ ἦν. Ἦρα δὲ ἀγορεύειν κακῶς, καὶ ἀπεχθάνεσθαι πολλοῖς σχολὴν εἶχε,

Socratem. Zoilus autem ille, Canis rhetoricus vocabatur. Erat autem *habitu* talis: barba ipſi promiſſa erat, caput vero uſque ad cutem raſum, & pallium ſupra genu deſinebat. Studioſus autem erat male loquendi, ac inimicitiis exercendis cum multis *Hominibus* vacabat, & obtrec-

quandam docuerit alios ætate ſe haud minores. In Demoſthene major eſt difficultas, qui Juvenis dicitur comparaſſe ſibi *Orationes Zoili*, & iis multum eſſe uſus ad Eloquentiam inde hauriendam. Ita Suidas in Δημοσθένης. Sed vix dubito, quin nomen hoc in Suida ſit corruptum, quum Plutarchus eandem rem tradens in *Vitis* x. *Rhetorum*, appellet non *Zoilum*, ſed *Zethum Amphipolitam.* Accedit quod Suidas eum ante ipſum Polycraten, Alcidamantem, & Iſocratem ponat, tanquam etiam illis antiquiorem, quum Zoilus fuerit Polycratis diſcipulus, & reliquis poſterior. Utcunque ſe res hæc habet, certum eſt, floruiſſe eum, & ſcripſiſſe potiſſima, tempore Alexandri, quum ſcripſerit *Hiſtoriam uſque ad mortem Philippi*, ut & *contra Iſocratem*, teſte Suida. Accedit, quod Dionyſ. Halic. *d. l.* memoret varios, qui contra Platonem ſcripſerint, & *primo quidem Ariſtotelem*, *deinde* vero alios, hoc ordine, *Cephiſodorum*, *Theopompum*, *Zoilum.* Priores illi pariter fuerunt diſcipuli Iſocratis, quibus ſi natu minor fuit Zoilus, facile ad ætatem Philadelphi perveniſſe potuit. PERIZ.

2 Πολυκράτους] Oratoris Athenienſis, ut ex Suida cognoſcimus, qui & de *oratione ejus in Socratem* (non *Iſocratem*, ut eſt in *Biblioth. Geſnerianæ compendio*) teſtatur. SCHEFF.

Πολυκράτους] Athenienſis hic fuit, & pauper homo, qui Oratoria arte victum ſibi quæſivit. Traditur ſcripſiſſe Orationem contra Socratem, & eam quidem, qua Anytus & Melitus accuſarint illum. Sed hoc falſum eſt, ſiquidem in ejus Oratione contra Socratem occurrunt, quæ demum ſex annis poſt Socratis damnationem acciderunt. Quo argumento Phavorinus, teſte Laertio in *Socrate*, putavit ipſam *Orationem*, quæ *Polycratis* dicebatur, *eſſe falſam.* Sed & hoc nihili eſt. Revera enim Polycrates ſcripſit Socratis accuſationem, non autem eam, qua uſi ſunt Anytus & Melitus, verum aliam aliquandiu poſt, ingenii, ut videtur, oſtentandi cauſa, certe eodem animo, quo ſcripſit Idem *Buſiridis laudationem.* Liquet hoc ex Iſocratea *Buſiridis Laudatione*, & ejus *Præfatione* ad hunc ipſum *Polycratem*, cujus vitia in Socrate vituperando & Buſiride laudando iſtic notat. Voluit idem Suidas, ſed qui corruptus leviter nullum pene ſenſum exhibet: Πολυκράτης Ἀθηναῖος Ῥήτωρ, δεινός τε, καὶ τοὺς κατὰ Σωκράτους λόγους δεύτερος Ἀνύτῳ καὶ Μελίτῳ γράψας. Alienum eſt illud δεύτερος tali modo poſitum. Sed lege δεύτερος Ἀνύτου καὶ Μελίτου, h. e. *poſt Anytum & Melitum.* Hi enim, ut notum eſt, primi accuſarunt Socratem, & publice quidem, ac vivum; poſt eos, & illo jam mortuo, id iterum auſus eſt Polycrates, ſed animi, oſtentandique ingenii, cauſa. Meminit ejus etiam Dionyſ. Halic. in *Iſæo circa finem*, ubi ejus dicendi vitia commemorat, & in *lib. de Demoſthenis eloquent. p. m.* 167. PERIZ.

3 Πολυκράτης] Sic Laërtius *vita Archelai*, adde quæ notantur ibi à Menagio *pag.* 57. SCHEFF.

4 Τὸ μὲν γένειον &c.] Habitus ille erat ſatis ridiculus, ſed affectatus à ſeverioribus Philoſophis. Gellius IX. 2. *Barbam* tribuit cuidam *prope ad pubem uſque porrectam.* Sed & Lucianus paſſim eos ait ἐπισπάσασθαι πώγωνας, *promittere barbam*, in *Icaromenippo pag.* 300. & τὸ γένειον ὁμοίους Πανὶ, *mento ſimiles Pani*, in *Bis accuſato p.* 315. Iidem vero habebant *comam ſupercilio breviorem*, ut loquitur Juven. *Sat.* II. 15. quales à Græcis dicebantur

χε, καὶ ψογερὸς ἦν ὁ Κακοδαίμων. Ηρετο οὖν αὐτόν τις τῶν πεπαιδευμένων, διὰ τί κακῶς λέγει πάντας. Ο δὲ, ποιῆσαι γὰρ κακῶς βουλόμενος οὐ δύναμαι.

trectator erat ille Infelix. Rogabat ergo eum quidam ex eruditis, quamobrem de omnibus male loqueretur? At ille, quia male facere, quum velim, non possum.

κεκαρμένοι, vel κουρίᾳ, ἐν χρῷ. Hinc Lucian. in *Hermotimo*, *pag.* 546. Philosophos describit ἀῤῥενωποὺς, ἐν χρῷ κουρίας τοὺς πλείστους, *Virili*, h. e. Barbato, *vultu*, *plerosque etiam ad cutem tonsos.* Mox *ibidem* tribuitur illis ὁ πώγων βαθὺς, καὶ ἐν χρῷ ἡ κουρά. Idem in *Auctione pag.* 374. proprie *Stoicos*, τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς, facit ἐν χρῷ κουρίας. At in aliis Hominibus vitio μικρολογίας, seu *sordidæ parsimoniæ*, adscribit illam κουρὰν Theophrastus in *Characteribus*. PERIZ.

5 Κέκαρτο ἐν χρῷ] Id quod sordidius viventibus apud Græcos erat usitatum. Theophrastus in *Charactere* μικρολόγου, ἰδεῖν ἐστὶν αὐτοὺς ἐν χρῷ κειρομένους. adde Casaubonum. SCHEFF.

6 Υπὲρ τὸ γόνυ] Etiam hæc sordidorum nota, uti refert ante dictus Theophrastus *capite* περὶ μικρολογίας, ἐστὶν inquit, αὐτοὺς ἰδεῖν φοροῦντας ἐλάττω τῶν μικρῶν τὰ ἱμάτια. SCHEFF.

Υπὲρ τὸ γόνυ] Sic & Theophrastus *d. l.* ut jam monuit Schefferus, sordidos dicit τοὺς φοροῦντας ἐλάττω τῶν μικρῶν τὰ ἱμάτια, *qui gestant vestes brevibus ipsis breviores.* Sed magis appositum videtur, quod suspicatur istic Casaubonus, ἐλάττω τῶν μηρῶν, *quæ non perveniunt ad infimum femur.* De re ipsa Vide etiam Ferrarium *de Re Vestiar.* II. 4. 7. PERIZ.

ΚΕΦ. ια'.

Περὶ Διονυσίου τοῦ Σικελοῦ.

CAP. XI.

De Dionysio Siculo.

Οτι Διονύσιος ὁ Σικελὸς [1] περὶ τὴν ἰατρικὴν ἔσπευδε καὶ αὐτὸς, καὶ

Dionysius Siculus medicinæ navabat operam, & sanabat, &

1 Περὶ τὴν ἰατρικὴν ἔσπουδε] Non scio satis, an sic Noster scripserit, exprimit enim illud σπουδεῖν, *festinationem* junctam *curæ*, quæ hic nulla potest intelligi. mallem ergo scribere, ἐσπούδασε. SCHEFF. Hoc ἐσπούδασε explicat, non corrigit τὸ ἔσπουδε. Nam σπούδειν idem quandoque est, quod σπουδάζειν. Hesychius, σπούδων, σπουδάζων, ἐνεργῶν. adi etiam Suidam & Phavorinum in *hac voce.* Herod. *lib.* I. παῦσαι σπούδων, ἃ σπούδεις, *noli agere*, *id quod agis.* Bene igitur Noster ait, ἔσπουδε περὶ τὴν ἰατρικὴν, *operam dabat medicinæ.* KUHN.

Περὶ τὴν ἰατρικὴν ἔσπευδε] Nempe antiquis illis temporibus paucissimi erant Medici, atque ideo Celsus in *præfat. lib.* I. observat, Medicinam primum constitisse in Chirurgica tantum, & vulneribus curandis, *morbos vero ad iram Deorum immortalium relatos, & ab iisdem opem posci solitam:* Sed & hæsisse dein diu in Sapientiæ seu Philosophiæ disciplinis., donec Hippocrates *primus ab studio Sapientiæ disciplinam hanc separavit.* Nihil ergo mirum, etiam Reges ac Tyrannos, quum primum excoli ea cœpit, ejus cognoscendæ studio ductos. Dionysius autem vixit paulo post Hippocraten. Quin & diu postea Mithridates Ponticus artis istius scientia & cultu celebratur à Plinio *Nat. Hist.* XXV. 2. De Philosophis Medicis egimus *supra ad* IX. 22. Sluisk. hic legit, ἔσπευσε καὶ αὐτὸς, καὶ ἰᾶτο, καὶ ἔτεμνε &c. PERIZ. Nec aliter Mediceus. Vulg. ἔσπευδε, καὶ αὐτὸς ἰᾶτο. quod præter morem Æliani est.

2 Καὶ ἔτεμνε, καὶ ἔκαε] Inter Medicinæ partes antiquissima fuit Chirurgica. Atque ideo mo-

καὶ ἰᾶτο, [2] καὶ ἔτεμνε, καὶ ἔκαε, καὶ τὰ λοιπά.

& secabat, & urebat, & reliqua *faciebat.*

monet Celsus *d. l.* ex Homero, Podalirium & Machaona in Bello Trojano sociis *non in pestilentia, neque in variis generibus morborum, aliquid attulisse auxilii, sed Vulneribus tantummodo Ferro & Medicamentis mederi solitos esse. Ex quo apparet* (addit) *has partes Medicinæ solas ab his esse tentatas, easque esse vetustissimas.* Cœpit tamen etiam hæc Chirurgica demum ab Hippocrate potissimum excoli. Unde Idem in *Præfat. lib.* VII. *Hæc autem pars* (Chirurgica) *cum sit vetustissima, magis tamen ab illo parente omnis Medicinæ Hippocrate, quam à prioribus, exculta est.* Erat autem huic Medicinæ maxime proprium, καίειν καὶ τέμνειν, *urere & secare.* Vide *supra ad* III. 7. Accedebat tamen etiam medicamentorum confectio ex herbis. Unde Celsus Vulnera curata ait *Ferro & Medicamentis.* Sed & hinc Hyginus *Fab.* 274. *Chironem Centaurum* ait *Medicinam Chirurgicam ex herbis primum instituisse.* Ubi Vide & Munkerum. Plutarchus etiam in *Discr. Amici & Adul.* præcipit in admonendo imitandos esse Medicos, qui τέμνοντες, quum bene *secuerint, non relinquant plagæ dolorem, sed mox lene aliquid instillent vulneri,* oleum, scilicet, aut succum ex herbis vel fructibus expressum. Huic præcipuæ & vetustissimæ parti juncta est dein διαιτητικὴ, quæ *victum* præscribit, sed ita jungitur, ut diversos fuisse liqueat, qui olim eas exercuerint. Plutarch. *de Fraterno Amore*, quando docet, eos qui non sunt plane ejusdem artis, non invidere alterum alteri, inter alia adfert exempla & hoc, οὐδὲ τῶν Ιατρῶν οἱ περὶ δίαιταν τοῖς χειρουργοῖς, *neque ex Medicis Diætetici invident Chirurgis.* Postea tamen etiam utrumque ad unius Medici curam pertinuit. Hinc Seneca *Epist.* 75. quasi ad Medicum, de quo agit, *Urendus, Secandus, Abstinendus sum.* Postremum ad *Diæteticam* spectat, priora ad *Chirurgicam.* Qui vero accuratius etiam Medicinam voluerunt distinguere, in tres eam partes diviserunt, *Chirurgicam, Pharmaceuticam,* & *Diæteticam*, ut in *Præf. lib.* I. docet Celsus. Eas vero tres partes, seu τρία εἴδη τῆς Ιατρικῆς, memorat etiam Plutarchus in *lib. de Animalibus, utra sint sapientiora,* & homines ab iis, singulas illas in se exercentibus, didicisse ait. Aristoteles *Polit.* III. 7. Medicos ipsos in δημιουργοὺς, ἀρχιτεκτονικοὺς, καὶ πεπαιδευμένους περὶ τὴν τέχνην, distinguit. Periz.

ΚΕΦ. ιβ΄.

Περὶ πλακοῦντος Σωκράτει ὑπὸ τοῦ Ἀλκιβιάδου πεμφθέντος.

[1] Πλακοῦντα ὁ Ἀλκιβιάδης μέγαν, καὶ [2] ἐσκευασμένον κάλλιστα, [3] διέπεμψε Σωκράτει. Ὡς οὖν ὑπὸ ἐρωμένου ἐραστῇ πεμφθὲν τὸ δῶρον ἐκ-

CAP. XII.

De Placenta Socrati ab Alcibiade missa.

Placentam magnam, pulcherrimeque confectam, Socrati misit Alcibiades. Tanquam igitur ab amasio placentam hanc munus amatori

1 πλακοῦντα] Sic *supra* III. 20. Lysandro, in Ioniam venienti, hospites miserunt *placentam.* Multum enim iis delectabantur Veteres, & variis modis eas conficiebant. Unde Athenæus XIV. 13. 14. 15. 16. nomina *placentarum* quamplurima commemorat & exponit. Emendandus autem Ille sine dubio ex hoc Æliani loco, ut jam monuit Kuhnius. Nam idem Xanthippes factum & Socratis dictum refert, sed breviter. *Quæ descripsimus*, ait, no-

ἐκκαυστικὸν τὸν πλακοῦντα, διαγανακτήσασα κατὰ τὸν αὐτῆς τρόπον ἡ Ξανθίππη, ῥίψασα ἐκ τοῦ κανοῦ, κατεπάτησε. Γελάσας δὲ ὁ Σωκράτης, οὐκοῦν, ἔφη, [4] οὐδὲ σὺ μεθέξεις αὐτοῦ. Ει δέ τις οἴεται περὶ μικρῶν με λέγειν, λέγοντα ταῦτα, οὐκ οἶδεν, ὅτι καὶ ἐκ τούτων ὁ σπουδαῖος δοκιμάζεται, ὑπερφρονῶν † αὐτῶν, ἅπερ οὖν οἱ πολλοὶ λέγουσιν εἶναι κόσμον τραπέζης, καὶ [5] δαιτὸς ἀναθήματα.

tori missam, ut ejus amorem accenderet, graviter suo more ferens Xanthippe, eam de canistro ejectam conculcavit pedibus. Ridens vero Socrates, Non ergo, inquit, neque tu quicquam ex ea habebis. Quod si quis putat de rebus exilibus me loqui, quando illa narro, is sane non novit, ex his etiam virum strenuum probari & agnosci, si ea nihili pendat, quæ vulgus ornamenta dicit esse mensæ, & convivii donaria.

ΚΕΦ. CAP.

† τούτων.

nomina placentarum, eorum Te quoque participem faciemus, οὐχ ὡς τοῦ Ἀλκιβιάδου πεμφθέντος Σωκράτει, ὃν Ξανθίππης καταγελασάσης, ὁ Σωκράτης, οὐκοῦν, ἔφη, οὐδὲ σὺ μεθέξεις τούτου. Lege ὡς τοῦ ὑπ' Ἀλκ. Π. Σ. ὃν Ξ. καταπατησάσης ὁ Σ. *Non ut illius ab Alcibiade missæ placentæ, quam cum conculcavisset Xanthippe, dixit Socrates* &c. Mox apud Nostrum in Sluisk. legitur ἐκκαυστικὸν τὸν πλακοῦντα, quod forsan rectius. Requiri enim videtur demonstratio talis Articuli. PERIZ.

2 Εσκευασμένον κάλλιστα] MS. Med. & Sluisk. μάλιστα.

3 Διέπεμψε Σωκράτει] More amantium, ut in sequentibus indicatur, docetque Aristophanes, quando anum juvenis amore flagrantem introducit in *Pluto*, mittentem juveni πλακοῦντα καὶ τ' ἄλλα τραγήματα. SCHEFF.

4 Ουδὲ σὺ μεθέξεις αὐτοῦ] Quod propterea ipsi durum erat quia in præcipuis deliciis placentæ fuerunt apud Græcos veteres eosque ditiores. vulgus enim pauperesque propter caritatem emere non poterant. Lucianus *epist.* II. *Satur.* καὶ γὰρ ἂν νῦν ἐπόθουν πρός με ὡς τοὺς μὲν σοῦν καὶ πλακούντων ἐμφορουμένους, ὑμᾶς γε κάρδαμον ἢ θύμον ἢ κρόμυον ἐπιτρώγοντας ἐν τῇ ἑορτῇ. Vide eundem in *Symposio*. Et Casaubonum in *Comment. ad Athenæum lib.* III. *cap.* 29. SCHEFF. Ex Zelotypia Xantippe pedibus placentam obtrivit. Erat enim δῶρον ἐκκαυστικὸν, *donum, amoris auctoramentum & incentivum.* Athenæus *lib.* XIV. *cap.* 13. habet, Xanthippen modò derisisse Socratem, cum illi ab Alcibiade placenta veniret, nisi quis malit, Athenæum illo loco mutilum & ex Nostro supplendum esse. Non enim pro Xanthippe, impotentissima muliere, fuerit, solo derisu, maritum perstringere: nec Socratica patientia, ob risum tralatitium, uxori dixisset, οὐκοῦν οὐδὲ σὺ μεθέξεις τούτου. *ideoque nec ipsa ea frueris.* An igitur cum Æliano legendum, ὃν Ξανθίππης καταπατούσης, γελάσας ὁ Σωκράτης, *quam* (placentam) *conculcante Xanthippe, ridens Socrates* &c. viderint docti. Interim in confesso est, Ælianum sæpe gemina germana iis, quæ Athenæus tradit, afferre, adeò, ut verba quandoque verbis respondeant. KUHN.

5 Δαιτὸς ἀναθήματα] Phrasis est Homerica de cantu & saltatione, quæ Conviviis junguntur. *Odyss.* A. 152. *At ubi satiati fuerunt vino & potu prus, alia tunc illis curæ erant,*

> Μολπή τ', ὀρχηστύς τε, τὰ γάρ τ' ἀναθήματα δαιτός,

Cantus, & saltatio, hæc enim sunt præcipua convivii, scilicet, ut *Donaria* sunt in templis. PERIZ.

ΚΕΦ. ιγ'.

Περὶ τοῦ ἐν Σικελίᾳ ὀξυδερκοῦς ἀνδρός.

[1] Ἄνδρα φασὶ Σικελιώτην [2] οἷον βλέπειν ὀξὺν γενέσθαι ἐν Σικελίᾳ, ὥστε αὐτὸν, [3] ἐκ τοῦ Λιλυβαίου εἰς

CAP. XIII.

De viro in Sicilia acutis oculis prædito.

Hominem quendam Siculum ferunt adeo acutum videre potuiſſe in Sicilia, ut è Lilybæo uſque ad

1 Ἄνδρα Σικελιώτην] Cujus nomen *Strabo* erat, teſte Solino *cap.* 6. & Varrone apud Plinium *lib.* VII. *cap.* 21. SCHEFF.

Σικελιώτην] Stephanus *de Urb.* in Σικελία. Τὸ ἐθνικὸν. Σικελοὶ, καὶ Σικελιῶται, καὶ οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ οἰκιστοῦ καὶ ἀρχηγέτου τῆς χώρας, ἀφ' οὗ καὶ ἡ χώρα, ὡς Κίλικες ἀπὸ τοῦ Κίλικος, οὗ καὶ ἡ Κιλικία· οἱ δὲ ἐπιγενόμενοι, καὶ τὴν χώραν εὑρόντες προκεκλημένην ἐπωνομάσθησαν, ὡς ἀπὸ τῆς Φθίας Φθιῶται, οὕτω Ἰταλίας καὶ Σικελίας, Ἰταλιῶται καὶ Σικελιῶται)

2 Οἷον βλέπειν ὀξὺν] Legerem ὀξύ. βλέπειν ὀξὺ eſt, quod Horatius dixit, *cernere acutum.* Perſæ habent etiam acutiſſimi viſus puellam, *Jamam* nomine, quæ ut ipſi ajunt, cæruleis oculis prædita, equitem itinere tridui diſtantem videre potuit, confidebatque in monte *dahana*, ab Irwan in ortum uno die, uſque *Teheltæ* montem, 2. *dierum* ab *Irwan* in occaſum, & inde videbat hinc prodeuntes prædones. Judicium de hoc plus quam aquilino viſu extat apud Brodæum *lib.* VIII. *Miſcell. cap.* 1. KUHN.

Οἷον βλέπειν ὀξὺν γενέσθαι] Sic & MSti. Sed ſine dubio locus eſt corruptus, legendumque cum Kuhnio ὀξύ. In vulgato nullus eſt ſenſus. Nam licet recte dicatur ὀξὺς βλέπειν, illud hic tamen ferri nequit, quia ſic plane abundaret & inutile eſſet illud οἷον, à quo pendet βλέπειν ὀξύ. Conſtructio enim eſt, in qua hæſitari video, γενέσθαι οἷον βλ. ὀξύ. h. e. *potuiſſe videre acutum, fuiſſe idoneum ad videndum acriter. Supra* IX. 38. μέλη μοιχικὰ, καὶ οἷα αἱρεῖν γυναῖκας, *idonea, quæ capiant feminas.* XIV. 37. οὐδεὶς οἷός τε ἐγένετο τῶν Μουσῶν τὰ εἴδη ψευδίστατα παραστῆσαι ἡμῖν, *nemo auſus eſt, potuit ab animo ſuo impetrare, ut exhiberet nobis* &c. Epictetus *cap.* 38. ἄλλως δὲ οὐχ οἷόν τε τοῦτο γενέσθαι, *aliter id fieri non poteſt.* Dionyſ. Halic. *lib.* II. *pag.* 124. οἷος μηδὲν ἂν ψεύσασθαι, *qui nihil mentiri poterat, non impetraret ab ſe, ut mentiretur.* PERIZ. ὀξὺ βλέπειν, recte legendum vidit Cl. Kuhnius. Pauſanias *lib.* IV. *cap.* 2. de Lynceo: ὃν ἔφη Πίνδαρος οὕτως ὀξὺ ὁρᾶν, ὡς καὶ διὰ στελέχους θεᾶσθαι δρυῶνος.

3 Ἐκ τοῦ Λιλυβαίου εἰς Καρχηδόνα] Lilybæum Siciliæ eſt promontorium, quod, ut auctor Cicero apud Plinium à Carthagine diſtabat CXXXV. M. paſſuum. Strabo *lib.* VI. ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ Λιλυβαίου τὸ ἐλάχιστον δίαρμα ἐπὶ Λιβύην χίλιοι καὶ πεντακόσιοι περὶ Καρχηδόνα. Subjicit dein hoc ipſum, quod à Noſtro memoratur, ut & Nazarius in *Panegyrico dicto Conſtantio*, Valer. Maximus *lib.* I. *cap.* 8. & Plutarchus *lib. adverſus Stoicos.* SCHEFF.

Ἐκ τοῦ Λιλυβαίου εἰς Καρχηδόνα] Strabo ait *lib.* VI. *pag.* 267. & *lib.* XVII. *pag.* 834. minimum eſſe, inter Lilybæum & Libyam ſeu Carthaginem, ſpatium 1500 *ſtadiorum.* Plinius vero VII. 21. ſpatium hoc definit tantum CXXXV. *mill. paſſuum.* At hæc ſumma paſſuum ne mille quidem & centum facit ſtadia. Sine dubio excidit apud Plinium litera L. legendumque CLXXXV. *mill. paſſuum:* quæ ſumma etiamdum minor eſt 1500 *ſtadiis*, ſed explebit tamen ea, ſi illi inſuper addas tantum 2500 paſſus. Homo autem iſte, qui acutum adeo cernebat, appellabatur *Strabo*, & celebratur eo nomine in

εἰς Καρχηδόνα τείναντα τὸν ὀφθαλμὸν, μηδὲν τὰς ὄψεις σφάλλεσθαι· καὶ [4] ἀποδείξειν λέγουσι τὸν ἀριθμὸν τῶν νεῶν τῶν ἀναγομένων ἐκ Καρχηδόνος· καὶ οὐκ ἐψεύσατο οὐδεμίαν.

ad Carthaginem si oculos intenderet, nihil visu falleretur: & numerum navium, quæ Carthagine solvebant, indicasse eum tradunt: neque vel in una falsus fuit.

Historiis veterum, memoratus à Strabone *lib.* VI. Plinio *d. l.* Valerio Max. I. 8. 14. Conjungitur cum Lynceo, itidem celebri, sed in Fabulis, ob acutissimum visum, à Plutarcho *contra Stoicos*, *non longe à fine*, & à Nazario *Panegyr. p. m.* 239. Hinc Error *ad Horatium Satyr.* I. 2. 90. Acronis, & illius Scholiastæ, quem edidit Cruquius, qui ex Lynceo & hoc Strabone unum faciunt Hominem. Nam *Lynceus*, ajunt, *Apharei F. tanto fuit oculorum acumine*, *ut per parietem videret*, *qui stans in Sicilia videbat naves ex Africa solventes.* PERIZ.

4 Ἀποδείξειν] Leg. ἀποδεῖξαι. FABER. An non ἀποδεῖξαι? Sensus id requirit. Et sequitur eodem Tempore, ἐψεύσατο. Sæpissime autem in his extremis Syllabis errarunt librarii propter compendia scriptionis in iis usitatissima, & à prioribus librariis adhibita. Sed & ita voluisse video etiam Fabrum, quod miror à Scheffero prætermissum. PERIZ.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ δωδέκατον.

ÆLIANI

VARIÆ HISTORIÆ

LIBER XII.

ΚΕΦ. α'.

Περὶ Ασπασίας.

[1] Ασπασία ἡ Ερμοτίμου θυγάτηρ, ἡ Φωκαῒς, ἐτράφη μὲν ἐν ὀρφανίᾳ τῆς μητρὸς αὐτῆς ἀποθανούσης ἐν ὠδῖσιν· ἐκ δὴ τούτων ἐν πενίᾳ μὲν ἐτράφη ἡ Ασπασία, [2] σωφρόνως μέν τοι, καὶ καρτερῶς. Ονειρος δὲ

CAP. I.

De Aſpaſia.

Aſpaſia Hermotimi filia, Phocæenſis, in orbitate matris ſuæ, in partu mortuæ, eſt educata: atque ideo laborioſe educata eſt, pudice tamen & ſevere. Inſomnium vero ipſi aſſidue ſuperveniebat,

1 Ασπασία] Verum mulieris hujus nomen *Milto* erat, uti in ſequentibus docetur, Aſpaſiæ autem nomen habebat à Cyro impoſitum, ex nomine celeberrimæ meretricis Mileſiæ, quæ Platone in *Menexeno*, Suida, item Athenæo *l.* XIII. teſtibus familiariter cum Socrate vixit, eumque rhetoricen docuit. Plutarchus in *Pericle.* οὕτω δὲ τὴν Ασπασίαν ὀνομαστὴν καὶ κλεινὴν γενέσθαι λέγουσιν ὥς τε καὶ Κῦρον τὸν πολεμήσαντα βασιλεῖ περὶ τῆς τῶν Περσῶν ἡγεμονίας, τὴν ἠγαπημένην ὑπ' αὐτοῦ μάλιστα τῶν παλλακίδων Ασπασίαν ὀνομάσαι, καλουμένην Μιλτὼ πρότερον. ἦν δὲ Φωκαῒς τὸ γένος, Ερμοτίμου θυγάτηρ. ἐν δὲ τῇ μάχῃ Κύρου πεσόντος ἀπαχθεῖσα πρὸς βασιλέα, πλεῖστον ἴσχυσε. SCHEFF.

2 Σωφρόνως μέντοι καὶ καρτερῶς] Vertitur *ſumma tamen modeſtia, & temperantia.* Neu-

δὲ αὐτῇ συνεχῶς ἐπεφοίτα, καὶ 3 ἐμαντεύετο αὐτῇ χρηστὸν, τὴν μέλλουσαν αὐτῇ τύχην ὑπαινιττόμενος, ὅτι καλῷ καὶ ἀγαθῷ συνέσεται ἀνδρί. Παῖς δ' ἔτι οὖσα, γίνεται αὐτῇ κατὰ τοῦ προσώπου φῦμα ὑπ' αὐτὸ τὸ γένειον, καὶ ἦν ἰδεῖν μοχθηρὸν, καὶ ἐλύπει τόν τε πατέρα, καὶ τὴν παῖδα. Δείκνυσι γοῦν αὐτὴν ὁ πατὴρ ἰατρῷ· ὁ δὲ ὑπέσχετο ἰάσασθαι, εἰ λάβοι 4 τρεῖς στατῆρας· ὁ δὲ ἔφατο μὴ ἔχειν· ὁ δὲ ἰατρὸς, μηδὲ αὐτὸς εὐπορεῖν φαρμάκου, φησίν. 5 Καὶ ἠνιᾶτο, ὥσπερ εἰκὸς, ἐπὶ τούτοις ἡ Ἀσπασία, καὶ ἀπελθοῦσα ἔξω ἔκλαεν· ἔχουσα ἐν τοῖς γόνασι κάτοπτρον, καὶ ὁρῶσα ἑαυτὴν ἐν αὐτῷ, σφόδρα ἤλγει. Ἀδείπνω δὲ

bat, & bona illi augurabatur; subindicans futuram ejus fortunam, quod cum viro egregio bonoque victura esset. Cum vero puella etiamdum esset, natus est ei tumor in vultu, sub ipso mento, & erat aspectu fœdus, ac tum patri, tum puellæ, magnum dolorem afferebat. Pater igitur eam medico ostendit; qui se curaturum recepit, si tres acciperet stateres. At Ille non habere se dixit: tum vero medicus, neque sibi medicamenti copiam esse, ajebat. Et mœsta erat, ut verisimile est, hisce rebus Aspasia, & foras egressa, flevit: ac speculum in genibus habens, seseque in ipso contemplata, vehementer doluit. Quum

trum recte. Σωφρόνως est *pudice*. Pauperrimæ enim Virgines sæpe ceteroquin opulentiorum hominum libidini, volentibus ipsis parentibus suam pudicitiam olim prodebant. Sic IV. 1. Λυδοῖς ἔθος ἦν, πρὸ τοῦ συνοικεῖν τὰς γυναῖκας ἀνδράσιν, ἑταιρεῖν, ἅπαξ δὲ καταζευχθείσας σωφρονεῖν. Et X. 2. de Eubata & Laide, οὐ μὴν ὡμίλησεν αὐτῇ, σωφρόνως διαβιώσας. Et mox ibidem Eubatæ Uxor dicitur illius σωφροσύνῃ rependisse statuam. Καρτερῶς autem notat *Severe*, *duriter*, & *ita*, *ut non facile succumbat malis*. Sic Epictetus *Enchirid. cap.* 14. jubet quemlibet se explorare adversus omnia mala, & quærere virtutes ad affectus domandos idoneas: & ita libidini opponit ἐγκράτειαν, at καρτερίαν, ἐὰν πόνος προσφέρηται, *constantiam ac firmitatem animi*, *si obveniat labor*, h. e. aliquid mali, cum quo luctandum est. Malui etiam ἐν πενίᾳ vertere *laboriose*, h. e. in multis difficultatibus & molestiis, quas accidere oportet infantibus, quæ matrem amiserunt. Nec enim ratio est ulla, aut consequentia in eo, *amisit matrem*, *ideo educata est in paupertate*: sed clarissima in eo, amisit matrem, ideo *laboriosam & exercitam* habuit infantiam ac pueritiam, ut de Tiberio loquitur Suetonius. Plutarchus in *Artax.* ait *pag.* 1024. τεθραμμένην κοσμίως, *educatam decore*, *honeste*. PERIZ.

3 Ἐμαντεύετο αὐτῇ χρηστὸν] Omissa hæc erant in Versione. Sensus est, *bona illi Vaticinabatur*, *augurabatur*, *obscure significans futuram ejus fortunam*. Mox Lugd. Codex habet, τὴν μέλλουσαν αὐτῆς τύχην, quod videtur melius, quia bis præcessit in proximis αὐτῇ. PERIZ. Pro αὐτῇ, quod pronomen in sequenti periodo repetitur, Parens meus legebat ἄν τι. Nam quod Leidensis codex mox habet αὐτῆς prorsus nihili est, quum μέλλουσα αὐτῇ τύχη dictum sit eodem modo, quo *supra lib.* I. *cap.* 29. καὶ ἦν τὸ σημεῖον τοῦτο τῷ Νικίππῳ τὴν τυραννίδα τὴν μέλλουσαν αὐτῷ μαντεύσασθαι.

4 Τρεῖς στατῆρας] Intelligo aureos, qui maxime in usu, & potissimum hoc vocabulo designabantur, præsertim in Asia. Pollux *lib.* IX. quum dixisset nummos *Daricos*, *Philippêos*, *Alexandreos*, esse *stateras*, *omnes aureos*, subjicit, καὶ εἰ μὲν χρυσοῦς εἴποις, προσακούεται ὁ στατὴρ, εἰ δὲ στατὴρ εἴποις, οὐ πάντως ὁ χρυσοῦς. *Et si quidem Aureos dicas*, *intelligitur sta-*

δὴ ὕσῃ ὑπὸ τῆς ἀνίας ἀφίκετό οἱ εὖ μάλα [6] εὔκαιρος ὕπνος, καὶ ἅμα τῷ ὕπνῳ † [7] ἡ περιστερὰ παραγίνεται, καὶ γενομένη γυνὴ, Θάρρει, εἶπε, καὶ μακρὰ χαίρειν εἰποῦσα [8] ἰατροῖς τε αὐτοῖς, καὶ Φαρμάκοις, σὺ δὲ τῶν τῆς [9] Αφροδίτης στεφάνων τῶν ῥοδίνων, ὅσοι ἂν ὦσιν ἤδη αὖοι, τείβουσα, ἐπίπαττε τῷ Φύματι. Ταῦτα ἀκούσασα ἡ παῖς, καὶ δράσασα, τὸ Φῦμα ἠφανίσθη· καὶ ἡ Ασπασία καλλίστη τῶν συμπαρθένων ἦν αὖθις, παρὰ τῆς καλλίστης τῶν Θεῶν τὴν ὥραν ἀπολαβοῦσα· καὶ χαρίτων μὲν ἀφθονίαν εἶχεν, ὡς οὐκ ἄλλη παρθένος τῶν τότε· ἦν δὲ καὶ τὴν κόμην ξανθὴ, καὶ οὔλη τὰς τρίχας ἠρέμα·

† οἱ.

Quum igitur præ dolore non cœnaſſet, plane opportunus ei ſomnus obvenit, & ſimul cum ſomno columba acceſſit, & in mulierem verſa, Bonum animum, inquit, habe, & medicos ipſos ſimul, & medicamenta, longum valere jubens, tu vero roſea ſerta Veneris, quæ jam aruerint, contrita, tuberi impone. Hæc ubi audiſſet puella & feciſſet, tuber evanuit: rurſusque Aſpaſia æqualium puellarum erat formoſiſſima, à pulcherrima Dearum *priſtina* pulchritudine recepta: et venuſtatibus quidem affluebat, ut nulla alia illius ſeculi puella: coma vero erat illi flava, capillique paululum criſpi:

ſtater, ſi vero ſtater dicas, non omnino intelligitur Aureus: non ergo *omnino*, nec Ubique: ſed tamen potiſſimum & plerumque. Tres autem ſtateres aurei faciunt LX. Drachmas Atticas, h. e. XVIII. Carolinos noſtrates: at Argentei tantum XII. Drachmas, h. e. LXXII. obolos, ſeu ſtuferos. PERIZ.

5 Καὶ ἠνιᾶτο, ὥσπερ εἰκὸς, ἐπὶ τούτοις ἡ Ασπασία. Καὶ ἀπελθοῦσα ἔξω ἔκλαεν, ἔχουσα ἐν τοῖς γόνασι κάτοπτρον &c.] Sic diſtinguebatur. Malui Καὶ ἠν. ὥσπερ εἰκὸς, ἐπὶ τούτοις ἡ Ασπασία, καὶ ἀπ. ἔξω ἔκλαεν. Εχοῦσα δ᾽ ἐν τοῖς &c. Superiora enim uſque ad ἔκλαεν, pertinent ad tempus & rem cum Medico geſtam. Quod vero ſpeculum in manibus tenuit, ſeque in eo intuita eſt, illud poſtea & ſæpius factum eſt, per quam cauſam repetita etiam ſæpius triſtitia, obvenit ei aliquando inſomnium, quod ſequitur. IDEM.

6 Εὔκαιρος ὕπνος] Quomodo multi apud veteres ſanati Vide Tertullianum *de Anima*, *cap.* 27. & ibi Feuardentium: Ciceronem *de Divinat.* II. Val. Maximum & alios. Imo non alia apud veteres frequentior ratio medendi fuit. Concedebant ægroti in templum Æſculapii, ibique capiebant ſomnia, quæ curationis modum docerent. Habes apud Ariſtidem *locis plurimis*, & inde tabellæ, ſomniorum indices, in templo ejus ſuſpenſæ, quarum aliquas vide ſis apud Hieronym. Mercurialem *de arte Gymnaſt. ſtatim à principio libri.* SCHEFF. Confer Juſtinum *lib.* XII. *cap.* 10. Curtium *lib.* IX. & ex recentioribus Doringum Medicum Gieſſenſem *lib. de Med. & Medicis fol.* 59. KONIG.

7 Η περιστερὰ] Alii οἱ. Sed & οἱ & ἡ vitioſa ſunt. FABER. Suſpicor legendum eſſe, οἷον περιστερὰ, ut appareat non veram fuiſſe columbam, ſed Venerem ejus quandam præ ſe tuliſſe ſpeciem. SCHEFF. Lectionem οἷ præferendam puto, Vult enim Auctor, ſimul ac obdormivit Aſpaſia columbam *ad eam* veniſſe, & ſæpe Noſter ita loquitur. vide indicem in οἷ. KUHN.

Η περιστερὰ] Geſnerus & Kuhnius οἱ. Schefferus οἷον. Sed recte Faber & οἱ & ἡ vitioſa dicit. Nam quum *Columbæ* nulla prorſus in ſuperioribus facta fuerit mentio, neque hic deſcriptione quadam definiatur, nullum in his locum habet articulus ἡ. Intelligitur enim

μα· [10] ὀφθαλμοὺς δὲ εἶχε μεγίστους, [11] ὀλίγον δὲ ἦν καὶ ἐπίγρυπος, τὰ δὲ ὦτα εἶχε βραχύτερα· ἦν δὲ αὐτῇ καὶ δέρμα ἁπαλόν. Ἐῴκει δὲ ἡ χροιὰ ἡ κατὰ τοῦ προσώπου ῥόδοις· διὰ ταῦτά τοι οἱ Φωκαεῖς, ἔτι παιδίον οὖσαν, ἐκάλουν [12] Μιλτώ. Ὑπέφαινε δὲ καὶ τὰ χείλη ἐρυθρὰ, καὶ οἱ ὀδόντες λευκότεροι χιόνος ἦσαν· ἦν δὲ καὶ τὰ σφυρὰ ἀγαθὴ, καὶ οἵας Ὅμηρος λέγει τὰς ὡραιοτάτας γυναῖκας κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φωνὴν [13] καλλισφύρους ὀνομάζων. Φώνημα δὲ εἶχεν ἡδὺ, καὶ ἁπαλόν· εἶπεν ἄν τις, λαλούσης αὐτῆς, [14] ἀκούειν Σειρῆνος. Πολυπραγμοσύνης δ' ἁπάσης γυναικείας, καὶ περιεργίας ἀπήλλακτο. Ὁ μὲν γὰρ πλοῦτος φιλεῖ χορηγεῖν καὶ

spi: oculos habebat maximos, & aquilinum modice nasum, at aures habebat breviores: erat vero ipsi & tenera cutis. Vultus autem color similis erat rosis: ob quam causam Phocæenses eam, quum adhuc infans esset, Milto nuncuparunt. Præferebat vero etiam labra rubicunda, at dentes erant ei nive candidiores: plantis etiam pedum decora erat, & *talis*, quemadmodum Homerus pulcherrimas dicit feminas, suo eas vocabulo nominans καλλισφύρους: vocem porro habebat suavem & teneram. Diceret quispiam, ipsa loquente, Sirenem se audire. Ab omni porro curioso *aut* vario, & nimio ornatu muliebri procul erat. Opes enim

qualiscunque Columba, à Venere missa, cui sacræ sunt Columbæ. Quapropter in seqq. Aspasia dicitur statuæ Veneris columbam apposuisse. Vide & *supra* I. 15. in extr. PERIZ.

8 Ἰατροῖς τε αὐτοῖς καὶ φαρμάκοις] Sluisk. ἰατρῶν. Forte Ἰατρῶν τε, καὶ φαρμάκοις αὐτοῖς. IDEM.

9 Ἀφροδίτης στεφάνων τῶν ῥοδίνων] Quibus scilicet ex paganorum religione simulacra ejus exornata erant. SCHEFF.

Στεφάνων τῶν ῥοδίνων] Ornari enim & honorari solebat Venus *coronis roseis*, quæ quotannis mutabantur. Hinc Ovidius de Kalendis Aprilibus, Veneri sacris, *Fast.* IV. 236.

> *Nunc alii flores, nunc Nova danda Rosa est.*

PERIZ.

10 Ὀφθαλμοὺς δὲ εἶχε μεγίστους] Observant studiosi harum rerum, veteribus inter præcipua pulchritudinis argumenta numeratam oculorum magnitudinem. Unde ipse etiam Homerus Junoni tribuit, eamque βοῶπιν appellat. Aristænetus de Laidæ suæ pulchritudine: ὀφθαλμοὶ μεγάλοι τε καὶ διαυγεῖς καὶ καθαρῷ φωτὶ διαλάμποντες. SCHEFF.

11 Ὀλίγον ἦν καὶ ἐπίγρυπος] *Erat etiam* subadunco naso. ὑπόγρυπος diceret Philostratus. Persæ enim nasum aquilinum generosi animi indicem pulchrumque existimabant, quia Cyrus Persicæ Monarchiæ conditor, γρυπὸς fuerat natus. benè autem additur ὀλίγον, *parum*. Nam aduncus nasus à formarum spectatoribus ut turpiculus ridetur. in Ter. *Heautontimor.* elegans quidam ait:

> *rufamne illam virginem* (ducam uxorem)
> *Cæsiam, sparso ore, adunco naso? non possum pater.*

de Cyro γρυποῦ Plutarch. in *Apophtheg. Reg.* & *Imperat.* Aristotel. *lib.* I. *Rhet. cap.* 2. ἡ γρυπότης καὶ ἡ σιμότης, οὐ μόνον ἀνιέμεναι ἔρχεται εἰς τὸ μέσον, ἀλλὰ καὶ σφόδρα γρυπαὶ γινόμεναι ἢ σιμαὶ, οὕτω διατίθεν) τὴν ῥῖνα, ὥστε μηδὲ μυκτῆρα δοκεῖν εἶναι. *Nasi aduncum & simum, si fuerit modicum*

καὶ τὰ τοιαῦτα. Γενομένη δὲ ἐκείνη καὶ τρεφομένη ὑπὸ πατρὶ, καὶ αὐτῷ πένητι, περίεργον μὲν οὐδὲν, οὐδὲ περιττὸν εἰς τὸ εἶδος ἠράνιζεν. Ἀφίκετο δέ ποτε παρὰ Κῦρον τὸν Δαρείου καὶ Παρυσάτιδος ἡ Ἀσπασία, τὸν ἀδελφὸν Ἀρταξέρξου, οὐχ ἑκοῦσα, οὐδὲ ἑκόντος αὐτὴν τοῦ πατρὸς ἀποπέμψαντος, ἀλλὰ γὰρ πρὸς βίαν, [15] οἷα πολλάκις ἀπήντησαν, ἢ πόλεων ἁλουσῶν, ἢ τυράννων βιασαμένων, ἢ σατραπῶν πολλάκις. Εἷς οὖν τῶν Κύρου σατραπῶν μετὰ καὶ ἄλλων παρθένων ἀνήγαγεν αὐτὴν πρὸς Κῦρον· καὶ τάχιστα τῶν ἄλλων παλλακίδων προετιμήθη, [16] διά τε ἤθους ἀφέλειαν, καὶ [17] τοῦ τρόπου τὸ αἰδῆμον, καὶ ὅτι ἀπεριέργως κα-

enim solent talia quoque præstare. Ipsa vero inops, & ab inope etiam patre educata, nihil nimii, neque superflui, ad formæ speciem conferebat. Pervenit autem quondam ad Cyrum, *filium* Darii & Parysatidis, Aspasia, fratrem Artaxerxis, non volens, neque libenter ipsam dimittente patre, sed vi sane coacta, sicuti sæpe contingit, aut captis urbibus, aut cogentibus tyrannis, vel *etiam* satrapis sæpe. Unus igitur ex satrapis Cyri cum aliis etiam puellis eam ad Cyrum perduxit: & brevissime reliquis illa concubinis prælata est, propter indolis simplicitatem, & morum verecundiam, & quod absque ornatu illo nimio pulchra erat. Etiam

dicum & remissius, ad medium propius accedit: quæ autem valde aquilina, & sima sunt, ea nasum ita afficiunt, ut ne nares quidem videantur esse. Plato *lib.* v. *de Rep.* τὸ γρυπὸν (τῶν καλῶν) βασιλικὸν φατὲ εἶναι. *nasum aduncum pulchrorum dicitis aliquid habere regii.* KUHN.

12 Μιλτὼ] MSS. B. & C. habent Μιλωτὸν. SCHEFF.

Μιλτὼ] Sic appellarunt eam, quod leniter & pulchre rubicundas haberet genas, à μίλτος, quod *Minium* notat. Vide Suidam. Hinc μιλτοπάρῃοι παρθένοι, ad quarum similitudinem Homerus dixit μιλτοπαρῄους νῆας, *naves quarum prora est rubro colore picta.* Vide Eustath. *ad Hom. Il.* B. *pag.* 235. PERIZ.

13 Καλλισφύρους] Frequens sane Homero est hoc vocabulum de Feminis, unde Eustath. *ad Iliad.* Δ. *pag.* 347. aliud esse monet καλὰ σφυρὰ ἔχειν, aliud καλλίσφυρος. Illud enim dici etiam de Viris & Heroibus, at Hoc esse ἐπίθετον Γυναικός. Sed & Hesiodus hac voce crebro utitur, itidem de Feminis. Sic de *Victoria*, Θεογ. 384. *Clymene*, 507. *Alcmena*, 950. MS. Lugd. καὶ οἵας Ὅμηρος &c. quod prætulerim. IDEM.

14 Ἀκούειν Σειρῆνος] Hanc loquutionem illustrat Meursius *ad Lycophr. Cassandr. pag.* 343.

15 Οἷαι πολλάκις ἀπηντήσαν] Mediceus οἷα, idemque voluit Interpres, nec aliter legitur in Indice *v.* ἀπαντᾶν. ideoque illud vulgato οἷαι præferre visum fuit. *Paulo ante* Noster dixit, καὶ οἷα Ὅμηρος λέγει τὰς ὡραιοτάτας γυναῖκας μετὰ τῆς ἑαυτοῦ φωνῆς καλλισφύρους ὀνομάζων.

16 Διά τε ἤθους ἀφελὲς] Uterque MS. ut & Regii, ἀφέλειαν. Quod quare mutatum sit ab Editoribus, exputare nequeo. Certe sic *supra* III. 10. ἀφέλεια τοῦ τρόπου. Mox Lugd. æque ac B. & C. Parisienses, teste Sceffero, καὶ τοῦ τρόπου τὸ ἁρμόδιον, h e. *concinnum, decorum*, vel *obsequiosum.* Apollonius Alexandrinus *de Syntaxi lib.* III. *cap.* 10. τὰ οὐδέτερα ἁρμόδιά ἐστι τοῖς ἑνικοῖς. *Neutra congruunt, junguntur, Singularibus.* Dionys. Halic. in *Isocratis Vita*, μετὰ τῆς ἁρμοττούσης ὑποκρίσεως εἰπεῖν, *dicere cum concinna & congrua actione.* Sed tamen vulgatum præfert Sluisk. haud dubie etiam Parisiensis A. nec ratio est ulla, quare alteri posthabeatur, maxime, quum hoc ipso in Capite infra etiam αἰδούμενη

τοῦ

καλὴ ἦν. Συνεμάχετο δὲ πρὸς τὸ ὑπερφιλεῖσθαι, καὶ ὅτι σύνεσιν εἶχε. Πολλάκις γοῦν καὶ ὑπὲρ τῶν ἐπειγόντων ἐχρήσατο αὐτῇ συμβούλῳ Κῦρος, καὶ πεισθεὶς οὐ μετέγνω. 18 Ὡς δὲ ἦλθε τὸ πρῶτον πρὸς Κῦρον ἡ Ἀσπασία, 19 ἔτυχε μὲν ἀπὸ δείπνου ὢν, καὶ πίνειν ἔμελλε κατὰ τὸν τρόπον τὸν Περσικόν. Μετὰ γὰρ τὸ ἐμπλησθῆναι τροφῆς, 20 οἱ Πέρσαι τῷ τε οἴνῳ καὶ ταῖς προπόσεσιν εὖ μάλα ἀποσχολάζουσιν, οἱονεὶ πρὸς τὸν πότον, ὡς πρὸς ἀντίπαλον, ἀποδυόμενοι. 21 Μεσοῦντος οὖν τοῦ πότου, τέσσαρες παρθένοι παράγονται τῷ Κύρῳ Ἑλληνικαὶ, ἐν δὲ ταῖς καὶ ἡ Φωκαὶς Ἀσπασία ἦν· ἦσαν δὲ κάλλιστα διεσκευασμέναι. Αἱ μὲν γὰρ τρεῖς

Etiam hoc eam adjuvit, ut valde amaretur, quod ingenio valebat. Sæpe igitur Cyrus eam etiam de rebus gravioribus in consilium adhibuit: nec pœnituit eum, illi auscultavisse. Quum autem primum ad Cyrum venit Aspasia, erat ille cœna jam usus, ac more Persico bibiturus. Etenim Persæ, postquam cibo saturati sunt, vino se & propinationibus plane dedunt, in compotationem, tanquam in adversarium, se quasi accingentes. In media igitur compotatione quatuor virgines Græcæ ad Cyrum adducuntur, in quibus etiam Phocæensis Aspasia erat: erant autem pulcherrime ornatæ. Nam tres quidem à do-

τοῦ τρόπου dixerit Auctor. PERIZ.

17 Τοῦ τρόπου τὸ αἰδῆμον] MSS. B. & C. τὸ ἁρμόδεον. puto ἁρμόδιον scribendum. SCHEFF.

18 Ὡς δὲ ἦλθε τὸ πρῶτον] Historiam integram habet Plutarchus *vita Artaxerxis*. IDEM.

19 Ἔτυχε μὲν ἀπὸ δείπνου ὢν &c.] Sic Herodotus v. 18. in Historia Legatorum Persicorum ad Amyntam Macedonem missorum, ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου ἐγένοντο, διαπίνοντες. De more ipso Persarum compotationibus indulgendi post cœnam, Vide Brissonium *de Regno Persar. lib.* II. *p. m.* 215. & Doctiss. Kuhnium ad hunc locum. De hoc ipso Cyro, biduum continuum compotationibus impendente, quando Callicratidas Laco eum conventum volebat. Vide Plutarchum in *Apophth. Laconicis*. PERIZ.

20 Οἱ Πέρσαι] Persæ solebant,

Postquam epulis exempta fames mensæque remotæ.

largius circumferre vinum, & compotationibus ita indulgere, ut mero graves conviviis efferrentur, Xenoph. *lib.* VIII. περὶ Κύρου παιδ. Herodot. *lib.* I. *cap.* 133. breviter. οἴνῳ κάρτα προσκέαται (οἱ Πέρσαι) *Persæ admodum dediti vino sunt.* Ipsius regis compotores non nisi ὑπερμεθυσθέντες *immane quantum ebrii* discedebant. Athenæus *lib.* IV. *p.* 149. KUHN.

21 Μεσοῦντος οὖν τοῦ πότου] Solebant reges Persarum in cœnam adhibere reginam, cum vero inebriari vellent, pellices jubere adduci. Eam ergo consuetudinem hoc loco Noster respicit. Plutarchus *lib. de conjug. præc.* Τοῖς τῶν Περσῶν βασιλεῦσιν αἱ γνήσιαι γυναῖκες παρακάθηνται δειπνοῦσι καὶ συνεστιῶνται, βουλόμενοι δὲ παίζειν καὶ μεθύσκεσθαι, ταύτας μὲν ἀποπέμπουσι, τὰς δὲ μουσουργοὺς καὶ παλλακίδας καλοῦσιν. SCHEFF.

22 Ἐντρίψεσι] Colores intelligit, quibus fucatur facies, & in nitorem redigitur. Hinc facies ipsa dicitur ἐντρίβεσθαι. Vetus Poeta apud Athenæum *lib.* XIII. Λευκόχρως λίαν τις ἐστι; παιδέρωτ' ἐντρίβεται, *si quæ nimis est alba, fricatur pæderote.* Sed & quæ sic fucata est, dicitur ἐντετριμμένη apud Aristophanem in Ἐκκλησ. *pag.* 746. PERIZ.

23 Ὑπὸ τῶν τροφέων] Sluisk. τροφαίων. Reliqui omnes, etiam Regii, vulgatum mordicus retinent. Gesnerus tamen maluit τροφῶν, h. e.

τρεῖς ὑπὸ τῶν οἰκείων γυναικῶν, αἳ ἔτυχον αὐταῖς συνανελθοῦσαι, διαπεπλεγμέναι τε ἦσαν τὰς κόμας, καὶ διαπεποικιλμέναι τὰ πρόσωπα [22] ἐντρίψεσι καὶ φαρμάκοις. Ἦσαν δὲ καὶ [23] ὑπὸ τῶν † τροφέων δεδιδαγμέναι, ὅπως τε ὑποδραμεῖν χρὴ τὸν Κῦρον, καὶ τίνα τρόπον θωπεῦσαι, καὶ προσιόντα μὴ ἀποστραφῆναι, καὶ ἁπτομένου μὴ δυσχερᾶναι, καὶ φιλοῦντος ὑπομεῖναι· [24] ἑταιρικὰ * εὖ μάλα μαθήματα [25] καὶ διδάγματα, γυναικῶν καπηλικῶς τῷ κάλλει χρωμένων ἔργα. Ἔσπευδον οὖν ἄλλη ἄλλην ὑπερβαλέσθαι τῷ κάλλει· ἡ δὲ Ἀσπασία οὔτε ἐνδῦναι πολυτελῆ χιτῶνα ἐβούλετο, οὔτε περίβλημα περιβαλέσθαι ποικίλον ἠξίου, [26] οὔτε

domesticis mulieribus, quæ una cum ipsis ascenderant, in crines plicatam habebant comam, & faciem coloribus ac medicamentis pictam. Erant vero etiam à curatoribus suis edoctæ, quemadmodum Cyro assentari deberent, & quomodo adblandiri, nec aversari ad se accedentem, neque si tangeret, moleste ferre, sed & osculantem pati: meretriciæ prorsus artes ac præcepta, & facta mulierum, quibus sua venalis est forma. Alia itaque aliam pulchritudine superare contendebant: Aspasia vero neque pretiosam tunicam induere volebat, neque amiculo dignabatur picto amiciri, neque lavari sustinebat: sed lamen-

† τροφῶν. * γε

h. e. *nutricum*. Atque id voluerat etiam Vultejus, vertens, *à nutricibus*, quod retinuerunt omnes. Ego vero non dubito, quin, quum MSti diserte habeant τροφέων, & de feminis domesticis seu propriis puellarum, h. e. haud dubie, earum nutricibus vel ornatricibus, jam actum sit, ea ergo voce Auctor designaverit potius Viros, qui à Satrape erant puellarum curæ & alimoniæ præfecti, & simul eas docebant, quid agendum esset apud Cyrum. PERIZ.

24 Ἑταιρικὰ δὲ] MSS. B. & C. ἑταιρικὰ εὖ μάλα, & est optimum. SCHEFF.

Ἑταιρικὰ δὲ μάλα &c.] Reposui εὖ μάλα, quod non Parisienses tantum, sed & Meus Uterque præfert, & usitatum est Auctori. Qui etiam μαθήματα καὶ διδάγματα, ut hic, sic II. 31. conjunxit tanquam synonyma. Mox cum Scheffero interposuerim καὶ post διδάγματα. Nam per Appositionem ac declarationem quandam ipsa illa μαθήματα καὶ διδάγματα superioribus apponuntur. Atque ideo durum foret, novam illis appositionem sine copula adjicere. Sensus est, superiora illa, quæ erant puellæ illæ edoctæ à suis nutricibus, fuisse *disciplinæ meretriciæ præcepta, & facta mulierum se prostituentium.* Lugd. etiam Codex in margine adscripsit καὶ, quasi exciderit ex isthoc loco. PERIZ.

25 Καὶ διδάγματα. γ. τ. κ. χ. ε] Deesse, quid videtur. nec enim cohærent διδάγματα ἔργα. mallem καὶ διδάγματα καὶ γυναικῶν. SCHEFF. Romana editio interpungit post διδάγματα, ut adeo Noster & μαθήματα & διδάγματα illa ἔργα vocet. quod probo. KUHN.

26 Οὔτε λούσασθαι] Quod alioquin fieri necesse erat ex more, cujus verba extant in sacris, *lib. Esther cap.* II. SCHEFF.

27 Ἀνευφημήσασα] MSS. B. & C. ἀνευφημοῦσα. IDEM.

Ἀνευφημήσασα δὲ θεοὺς Ἑλληνικοὺς] Liceat hic mihi denuo incuriam Editorum, qui passi sunt socordia operarum irrepere & invalescere in Edd. postremis vitia gravissima, qualia nihil mirum ergo, si & in primas aliquando invaserint, & ex iis recepta in ceteras, ex MStis dein corrigenda sint. Etenim exciderunt ex prima Schefferi editione duo hæc vocabula πάντως ἐκάλει post vocem θεοὺς, quæ uti in omnibus, non modo Edd. antiquioribus, sed & MStis visuntur, ita in illis, quæ Schefferianas sunt secutæ, prorsus desiderantur.

26 οὔτε λούσασθαι ὑπέμενεν· 27 ἀνευφημήσασα δὲ, Θεοὺς πάντας ἐκάλει Ἑλληνίους, καὶ Ἐλευθερίους τοὺς αὐτοὺς, καὶ τὸ τȣ̃ πατρὸς ὄνομα ἐβόα, καὶ κατηρᾶτο ἑαυτῇ καὶ τῷ πατρὶ, δουλείαν σαφῆ καὶ ὡμολογημένην ὑπομένειν πιστεύουσα, τὴν ἔξω τῆς συνηθείας περὶ τὸ σῶμα στολήν τε ἅμα, καὶ περίεργον κατασκευήν. Ῥαπισθεῖσα δὲ πρὸς ἀνάγκην ἐνέδυ, 28 καὶ εἶκε τοῖς ἐπιτάγμασιν, ἀλγοῦσα, ὅμως οὐ παρθενικὰ, ἀλλ' ἑταιρικὰ πράττειν ἐβιάζετο. Αἱ μὲν οὖν ἄλλαι παρελθοῦσαι ἀντέβλεπον τῷ Κύρῳ, καὶ ὑπεμειδίων, καὶ φαιδρότητα προσεποιοῦντο· ἥ γε μὴν Ἀσπασία ἑώρα κάτω, καὶ ἐρυθημάτων εὖ μάλα φλογωδῶν ἐνεπίμπλατο

mentata omnes Deos implorabat Græcorum præſides, eoſdemque Eleutherios, patris quoque nomen inclamabat, ſibiqueipſi &patri mortem precabatur, ſervitutem certam & confeſſam pati ſe credens, in ſtola iſta circa corpus ſibi inuſitata, & ornatu nimio. Verberibus igitur cæſa, neceſſario eam induit, ac ceſſit juſſis eorum, dolens tamen, quod cogebatur, quæ non virginem, ſed quæ ſcortum decerent, facere. Reliquæ igitur quum veniſſent ad Cyrum, viciſſim eum aſpiciebant, & ſubridebant, & hilaritatem præferebant: Aſpaſia vero oculos in humum dejectos habebat, & rubore multiplici prorſus in modum flammæ facies

tur. Deinde vero, quum uterque MS. ut & duo Regii legant Ἑλληνίȣς, non dubitavi & illud recipere. Nam ita Noſter & *ſupra* VI. I. ὦ Θεοὶ Ἑλλήνιοι. Denique κατηρᾶτο ἑαυτῇ καὶ τῷ Πατρὶ, quod mox ſequitur, vertebatur, *ſe ipſam patremque exſecrabatur*, quæ inſulſa eſt ſententia, & rationis expers. Malui *precabatur ſibi & Patri*, ut mortui fuiſſent prius, quam hoc accideret, ſeu prius, quam Pater vidiſſet, atque ipſa ſenſiſſet, abduci ſe infamem in ſervitutem & vitam meretriciam. Sic Homerus *Odyſſ.* T. *v.* 330.

Τῷ δὲ καταρῶνται πάντες βροτοὶ ἄλγε' ὀπίσσω.

Illi imprecantur omnes Homines mala, quæ eum ſequantur. PERIZ.

28 Καὶ εἶκε τοῖς ἐπιτ. &c.] Vertebatur totus hic locus, *ac tametſi cum mœrore juſſis eorum vix obtemperaret, tamen coacta eſt ejuſmodi, quæ non virginem, ſed ſcortum decerent, facere.* Scilicet Interpres diſtinxit poſt ἀλγȣ̃σα, ut faciunt MSti, & prima Editio. Geſnerus vero diſtinxit ante ἀλγȣ̃σα, Alii etiam poſt ὅμως. Sed diſtinctione juvari hæc ſatis nequeunt, quum imperfecti illa ſint ſenſus, quomodocunque vertantur. Qua autem ratione corrigi debeat hic locus, abſque ope Codicum difficile dictu eſt. Videtur proximum vero, aliquid excidiſſe poſt ὅμως, & forte nihil aliud, quam ὡς vel ὅτι. Niſi quis malit, ἀλγȣ̃σα αὖ, ὡς ȣ̓ παρθ. h. e. *ceſſit* &c. *dolens ſane, quod cogebatur facere, non quæ Virginem decerent, ſed quæ meretricem.* Nam ὡς poni etiam pro ὅτι, *quod*, jam alibi à Me & ab Aliis notatum eſt. *Supra* VIII. 2. καὶ γὰρ, ὡς ἦν φιλοχρήματος ὁ Σιμωνίδης, ȣ̓δεὶς ἀντιφήσει. Doctiſſimus etiam Jenſius, literis ad me datis, hunc locum tentat, & excidiſſe putat ὡς, idque poni ſæpius pro ὅτι, multis ex Luciano, & ejus *Hermotimo*, exemplis probat. Veluti *pag.* 552. ἔλεγε, ὡς ξύμπαντες ξένοι εἶεν. *pag.* 556. λέγονται, ὡς αὕτη μόνη ἄγει ἐπὶ τὴν πόλιν. PERIZ. Parens malebat, ἀλγȣ̃σα ἅμ' ὡς ȣ̓ παρθενικὰ, *ſimul dolens* &c. Sed ad vulgatam ſcripturam prope accedit ὅπως, quæ particula ſæpe idem notat, quod ὅτι.

29 Ἐπεπλήρωντο] Uterque MS. πεπλήρωντο.

30 Ἐκ παντὸς αἰδȣμένη τȣ̃ τρόπȣ δήλη ἦν.] Interpres conjunxit in ſenſu exprimendo ἐκ παντὸς τȣ̃ τρόπȣ. Vertit enim, *omnibus denique*

το αὐτῆς τὸ πρόσωπον, καὶ [29] ἐπεπλήρωντο οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύων, καὶ [30] ἐκ παντὸς αἰδουμένη τοῦ τρόπου δήλη ἦν. Ἐπεὶ δὲ ἐκέλευσε πλησίον αὐτοῦ τὰς ἀνθρώπους καθίσαι, αἱ μὲν ἐπείθησαν καὶ πάνυ εὐκόλως· ἡ δὲ Φωκαῒς τῷ προστάγματι οὐδὲ προσεῖχεν, ἕως αὐτὴν ὁ ἀπάγων Σατράπης πρὸς βίαν ἐκάθισεν. Ἁπτομένου δὲ τοῦ Κύρου, καὶ διασκοποῦντος τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐταῖς, καὶ τὰς παρειὰς, καὶ τοὺς δακτύλους, αἱ μὲν ἠνείχοντο, ἡ δὲ οὐχ' ὑπέμενεν. Ἄκρᾳ γὰρ τῇ χειρὶ μόνον τοῦ Κύρου προσαψαμένου, ἐξεβόησέ τε, καὶ ἔφατο αὐτὸν οἰμώξεσθαι, τοιαῦτα δρῶντα. Ὑπερήσθη τούτοις ὁ Κῦρος· ἐπανισταμένης τε αὐτῆς καὶ πειρωμένης

cies ejus erat perfusa, atque oculi lacrymis turgebant, omni denique modo manifestum erat verecundis eam esse moribus. Ubi vero Cyrus jusserat puellas prope se considere, illæ quidem obtemperabant, & prorsus facile: at Phocæensis ista jusso neutiquam parebat: donec qui eam deduxerat Satrapa, vi adhibita considere cogeret. Quum autem Cyrus contrectaret eas, & contemplaretur earum oculos, genas, atque digitos, illæ quidem id patiebantur, hæc vero non ferebat. Si enim extrema tantum manu Cyrus eam attingeret, exclamabat, dicebatque eum pœnas daturum, si talia faceret. Hisce delectatus est Cyrus supra modum: &

que gestibus verecundiam quandam repræsentare. Et sane sic ferme *supra* III. 7. ἐκ παντὸς τρόπου διψῶντας κακῶς ἀγορεύειν. Sed tamen necessario aliter hæc sunt accipienda, & longe aliud hic est τοῦ τρόπου, aliud istic ἐκ παντὸς τρόπου. Passim, ὁ τρόπος, & sæpius in *hoc Capite*, sumitur pro ipsis moribus, & actione vitæ. Sed & plane ut hic, ita *supra* τοῦ τρόπου τὸ αἰδῆμον. Ἐκ παντὸς autem absolute ponitur etiam II. 4. σπεύδειν ἐκ παντός. Ubi vide quæ notavi. PERIZ.

31 Ὑπερηγάσθη] Vultejus in suo codice videtur habuisse ὑπερηράσθη. vertit enim: *ardente amore flagrare cœpit.* SCHEFF ὑπερηγάσθη est, *demiratus est ejus generosum animum*, postea vero, admirationem amor insecutus est. pergit enim Auctor. ἐκ δὴ τούτων ὁ Κῦρος πλέον ταύτην ἠγάπησε. *exinde Cyrus illam præ omnibus aliis, quibuscum versatus unquam est, adamavit.* KUHN.

32 Ἀγοραστῇ] Atqui non empta fuit Aspasia à Satrape, sed πρὸς βίαν, *per vim, qualis fieri solet in captis Urbibus, vel quando Tyranni, aut Satrapæ invitas rapiunt*, abducta fuit, ut traditum est in superioribus. Sed & hinc *paulo ante* ὁ ἀπάγων Σατράπης. Quid ergo? Legendumne & hic, non magna sane mutatione, πρὸς τὸν Σατράπην? an vero oblitus superiorum Auctor Satrapen hic inducit, quasi puellas has Cyro *emerit*. Nasutus quispiam forsan hæc ita conciliabit, quasi Aspasia rapta sit ab alio, & per vim abducta, atque ita demum vendita Satrapæ. Sed nemini id, qui vere nasum habet, placebit. Malim ipsum Satrapen voce ἀγοραστοῦ designatum accipere, non quod puellas *emerit*, sed quia Ἀγοραστὴς in *Gloss*. Labbei etiam *Venalitius* exponitur, & hic Satrapes instar Mangonis, puellas has, tanquam mancipia, ad Cyrum adduxit. Crediderim tamen, vitii hic aliquid latere. PERIZ. Auctor videtur scripsisse ἁρμοστῇ, quod visum quoque fuit Parenti. Ἁρμοσταὶ autem a Spartanis dicebantur illi, qui moribus civium præerant, atque etiam provinciarum rectores, de quibus agit Cragius *de rep. Lac. lib.* II. *cap.* 13. Sed & Satrapas Persarum hoc nomine appellatos fuisse docet Lucianus in *Toxari*. καὶ συλλαβόντες τὸν Δεινίαν, οὐδ' αὐτὸν ἔξαρνον ὄντα μὴ οὐχὶ πεφονευκέναι, ἀπάγουσι παρὰ τὸν ἁρμοστὴν, ὃς ἥρμοζε τὴν Ἀσίαν τότε.

33 Καπηλικῶς ἔχουσι, καὶ τοῦ εἴδους] Gesnerus, ἔχουσι

νης φεύγειν, ἐπεὶ καὶ τῶν μαζῶν προσήψατο, ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν 31 ὑπερηγάσθη τὴν εὐγένειαν οὐ Περσικῶς ὁ τοῦ Δαρείου, ἀλλὰ καὶ ἀποβλέψας πρὸς τὸν 32 ἀγοραστήν, Ταύτην μόνην, ἔφη, ἐλευθέραν, καὶ ἀδιάφθορον ἤγαγες· αἱ δὲ λοιπαὶ 33 καπηλικῶς † ἔχουσι, καὶ τοῦ εἴδους, 34 ἔτι καὶ τοῦ τρόπου μᾶλλον. Ἐκ δὴ τούτων ὁ Κῦρος πλέον ταύτην ἠγάπησεν, ὧν ὡμίλησέ ποτε ἀνθρώποις· χρόνῳ δ' ὕστερον ὑπερηράσθη μὲν ταύτης ὁ Κῦρος, ἀντηρᾶτο δὲ καὶ ὑπ' ἐκείνης· καὶ ἐς τοσοῦτον ἀμφοῖν ἡ φιλία προῆλθεν, ὡς ἐγγὺς ἰσοτιμίας εἶναι, καὶ μὴ ἀπᾴδειν Ἑλληνικοῦ γάμου ὁμονοίας τε καὶ σωφροσύνης. Ἀφίκετο οὖν τοῦ εἰς Ἀσπασίαν ἔρωτος καὶ εἰς Ἰωνίαν τὸ

& quum, simulac attrectaret etiam mamillas, illa surgeret, & tentaret fugere, tum vero contra Persarum consuetudinem ille Darii *Filius* ingenuam ejus indolem maxime admiratus est, sed & respiciens ad emtorem, Hanc, inquit, solam ingenuam & incorruptam adduxisti: reliquæ vero tum specie, tum magis etiam moribus, meretriciæ sunt. Quamobrem Cyrus plus eam amavit *omnibus*, cum quibus unquam consuetudinem habuit: aliquanto autem tempore post majorem quidem in modum amavit eam Cyrus, sed & ab ea vicissim amatus est: & usque adeo increvit utriusque amor, ut propemodum pari pretio se invicem æsti-

† ἔχουσι τοῦ εἴδους, ἔτι δὲ καὶ τοῦ τρόπου.

ἔχουσι τοῦ εἴδους, ἔτι δὲ καὶ τοῦ τρόπου μᾶλλον. Non videtur necessaria hæc emendatio. SCHEFF.

34 Ἔτι καὶ τοῦ τρόπου μᾶλλον] Sic sane & MSti. Gesnerus maluisset ἔτι δὲ καὶ &c. Sed siquid hic tentare liceret contra Codices, mallem vel delere illud ἔτι, vel legere καὶ τοῦ εἴδους, καὶ τοῦ τρόπου ἔτι μᾶλλον. Ut passim alibi, etiam *hoc ipso* in *Capite*, *infra* καὶ διὰ τὸ κάλλος τὸ τοῦ σώματος, καὶ ἔτι μᾶλλον διὰ τὴν εὐγένειαν τῆς ψυχῆς. Et iterum in *extremo Capitis*, καὶ ἔτι μᾶλλον τὰ τῆς ὥρας &c. PERIZ.

35 Εἰς βασιλέα τὸν μέγαν] Id est Artaxerxem, fratrem Cyri, non Cyrum ipsum, quod Gesn. arbitratus est. Hic enim tunc βασιλεὺς μέγας id est, rex Persarum (vide ind. βασιλεύς) non fuit. Justin. *lib.* V. *cap.* II. *Eodem fere tempore Darius rex Persarum moritur Artaxerxe & Cyro filiis relictis: Regnum Artaxerxis, Cyro civitates, quarum præfectus erat, testamento legavit.* SCHEFF.

36 Περαθῆναι Κῦρος] Sententia totius loci hæc est: Aspasiam ea venustate fuisse, ut de ipsa ubique loquerentur homines, vulgoque ferrent Cyrum in tantum illam diligere, ut ex quo eam nactus est à satrape, justæ uxoris loco habuerit, nec cum ulla alia cubuerit. Male hæc omnia interpres ad regem refert. Nam ut ante diximus, non Cyrus, sed Artaxerxes Rex fuit. Nisi fors qui fratres etiam regis, reges dici posse objiciat. Quod tamen hoc loco historiam obscurare nemini occultum esse potest. Idem peccatum, *paulo ante* ab Interprete commissum est in iis verbis: *proinde regis in Aspasiam animus* &c. nam τὸ *regis*, in Græco non est, quemadmodum nec salva historiæ fide esse potest. SCHEFF.

37 Ἀρκούντως μεγέθους ἔχον] Lugd. ἀρκοῦντος. At Sluisk. pro vulgato stat. Et recte. Eleganter enim sic Græci. *Cap.* 9. ὑπολαβὼν ἀκράτως ἔχει φθόνου. *cap.* 21. εἰ δ' ἑτέρως εἶχον τῶν τραυμάτων. Quæ ibi male sollicitat Schefferus. Imp. Julian. *Orat.* I. ἀμελετήτως ἔχων τῶν τοιούτων λόγων. Sequentium συνενοεῖτο &c. sensus est. *Voluit apud animum suum statuam*, quam fieri curaverat, *esse Veneris*, idque declaravit *columba ei apposita*. SCHEFF.

38 Πλούσιον αὐτὸν ὑπέφηνε] Leg. ἀπέφηνε, ubi Gesne-

τὸ κλέος, καὶ εἰς τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν. Πεπλήρωτο δὲ καὶ ἡ Πελοπόννησος τῶν ὑπὲρ Κύρου τε καὶ ἐκείνης λόγων. Ἀλλὰ καὶ 35 εἰς Βασιλέα τὸν μέγαν ἧκεν ἡ δόξα. Πεπίστευτο γὰρ δὴ, ὅτι γυναικὸς ἄλλης μεθ' αὐτὴν οὐκ ἠξίου 36 πειραθῆναι Κῦρος. Ἐκ δὴ τούτων εἰσήει τὴν Ἀσπασίαν μνήμη τῶν ἀρχαίων Φασμάτων, περιστερᾶς τε ἐκείνης, καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς λόγων, καὶ ὅσα προεῖπεν ἡ Θεός· καὶ ἐπίστευεν αὐτὴν ἐξ ἀρχῆς μελεδωνὸν αὐτῆς γεγονέναι, καὶ ἔθυε τῇ Ἀφροδίτῃ τελεστήρια καὶ χαριστήρια. Πρῶτον μὲν οὖν εἴδωλον χρυσοῦν 37 ἀρκούντως μεγέθους ἔχον, αὐτῇ κατε-

æſtimaverint, neque abhorreret ille à Græcorum conjugiorum concordia ac fide, *ſeu* caſtimonia. Proinde amoris illius in Aſpaſiam fama pervaſit & in Joniam, & in univerſam Græciam. Ipſa etiam Peloponneſus plena fuit ſermonibus de Cyro deque illa. Sed & ad Regem Magnum hæc fama pervenit. Creditum enim fuit, poſt ipſam cum nulla alia muliere rem habere Cyrum voluiſſe. Ex his omnibus in mentem venit Aſpaſiæ veterum ſomniorum, & columbæ illius, verborumque ejus, & quæcunque Dea prædixit: Et credidit, ipſam ab initio curam ſui geſſiſſe, & *ideo* Veneri ſolennia & gratiarum actionis ſacrificia peregit.

Geſnerus; neque aliter Græci ſolent. FAB. ὑπέφηνε non videtur carere emphaſi hoc loco, ac ſi filia patrem ſubmiſſis ſæpe muneribus ſenſim locupletarit. Nec cum paulo ante ἀπέπεμψε præceſſerit, ἀπέφηνε ſtatim ſubdere Auctor, ut puto, voluit. cur enim non liceat ὑποφαίνειν pro ἀποφαίνειν ponere, ut lectiſſimi Auctorum ὑποδεικνύειν pro ἀποδεικνύειν ſolent? KUHN.

Υπέφηνε] Geſnerus & Faber malunt ἀπέφηνε. Sed refragantur MSti. Senſus eſt, ut monuit jam Kuhnius, Aſpaſiam hanc Patrem ſuum, non ſubito, ſed paulatim feciſſe divitem, atque ita non repente & uno momento, ſed ſenſim & per gradus quoſdam conſpicuas aliis illius evaſiſſe divitias. *Supra* VIII. 12. ὑποφαίνων ἐξ αὐτοῦ τὴν εὔνοιαν. Vide & *hoc Cap. pag.* 710. PERIZ.

Πρῶτοι νόμισμα ἐκόψαντο] Nempe quia ſterilis erat eorum inſula, & ideo mercaturæ ſe dedebant ac navigationi, ut diſerte ait Strabo *lib.* VIII. *pag.* 376. Mercaturam hanc exercuere jam ante Lycurgi tempora, ut liquet ex Pauſaniæ *Arcadicis cap.* 5. Hac itaque de cauſa dicuntur iſtic primum cuſi eſſe nummi, idque ex auctoritate vel conſilio Phidonis Argivi, potentis tunc Regis in Peloponneſo, qui etiam pondera ac menſuras inveniſſe primus dicitur. Teſtantur id non Strabo modo, & Alii jam à Scheffero & Kuhnio laudati, ſed & Marmor Epochæ Atticæ, ἀφ' οὗ Φείδων ὁ Ἀργεῖος &c. καὶ νόμισμα ἀργυροῦν ἐν Αἰγίνῃ ἐποίησεν, *ex quo Phidon Argivus* &c. *& numiſma argenteum in Ægina fecit.* Sed & hinc reor factum, ut, ſicut pene ubique antiquiſſimi nummi fuerunt graviores poſterioribus ejuſdem generis, ita & Æginenſes in Græcia nummi, utpote antiquiſſimi, præſertim oboli, & conſequenter drachmæ, minæ, *&c.* longe graviores fuerint Atticis, idque ita, ut drachma Æginenſis ſex Æginenſes obolos habens, valeret X. obolos Atticos, & ideo appellaretur ab Atticis παχεῖα δραχμή, *pinguis, craſſa drachma,* teſte Polluce, *lib.* IX. *cap.* 6. Hinc Plutarchus in *Apophth. Laconicis* de Lycurgo ait: *Non conceſſiſſe eum Spartanis* νόμισμα, *præterquam ferreum,* ὃ ἐστι μνᾶ ὁλκῇ Αἰγιναία, δυνάμει δὲ χαλκοῖ τέσσαρες, *quod erat mina pondere Æginenſi, ſed valeret quatuor chalcos.* Sed & menſuras habebant illi proprias. Unde Lucianus in *Timone pag.* 96. πήραν οὐδὲ ὅλους δύο μεδίμνους χωροῦσαν Αἰγινητικούς, *peram ne duos quidem capientem Medimnos Æginenſes.* PERIZ.

ΚΕΦ. ια'.

CAP. XI.

Περὶ Παλλαντίου λόφου, καὶ Πυρετοῦ ναοῦ καὶ βωμοῦ.

De Palatio colle, & Febris templo atque ara.

Ὅτι Ῥωμαῖοι [1] ὑπὸ τῷ λόφῳ τῷ Παλλαντίῳ, [2] Πυρετοῦ καὶ νεὼν καὶ βωμὸν ἱδρύσαντο.

Romani ſub Palatio colle, Febris & templum & aram ædificaverunt.

1 Ὑπὸ τῷ λόφῳ Παλλαντίῳ] Mallem Παλατίνῳ, etſi non ignorem, hunc ipſum montem à Palanteo urbe Arcadiæ appellatum. Cicero *lib.* II. *de Legibus. Ara vetus ſtat in palatio, Febris.* Plinius *lib.* II. *cap.* 2. *Febri fanum in palatio dicatum eſt.* Meminit & Clemens in *protreptico.* Adde Gyraldum *Synt.* I. *de diis,* & quos ibi laudat. SCHEFF. Virgilius *lib.* II. *Pallanteum* habet deducitque à Pallante, avo Evandri & Arcadiæ Rege

Rege Dionyſ. Halic. *lib.* I. ὄνομα τῷ πολίσματι τούτῳ τίθενται Παλάντιον, ὡς ἀπὸ τῆς ἐν Ἀρκαδίᾳ σφῶν μητροπόλεως· νῦν μέντοι Παλάτιον ὑπὸ Ῥωμαίων λέγεται, συγχέαντος τοῦ χρόνου τὴν ἀκρίβειαν, καὶ παρέχει πολλοῖς ἀτόπων ἐτυμολογιῶν ἀφορμήν. *Nomen oppidulo datum eſt, Palantium, à metropoli ipſorum in Arcadia; Id temporis Palatium dicitur Romanis, tempore accuratam nominis pronunciationem confundente, & multis abſurdarum derivationum materiam ſuppeditante*, quæ ibi vide & apud Servium *in locum Virgilii laudatum.* Plinius *lib.* IV. *cap.* 6. *Palantium, unde Palatium Romæ.* Bene igitur Noſter vetus nomen Παλλάντιον ſervavit, quod Latinè reddendum erat, *Palatium* vel *Pallantium.* de Palatii etymo vid. Procop. *lib.* II. *Vandalicor. p.* 116. Ceterum unius templi Febris Noſter meminit, *Valerius* autem trium, *quorum adhuc unum*, inquit, *in palatio, alterum in area Marianorum monumentorum, tertium in ſummâ parte vici longi extat. lib.* II. *cap.* I. Inſcriptio Vetus, in Tranſylvania: *Febri Divæ, Febri Sanctæ, Febri Magnæ, Camilla Amata, pro filio male afflicto P.* de his Deorum Dearumque portentis feſtive Lactant. *dignum*, inquit, *hanc* (Romanam) *gentem fuiſſe, ut ſemper Deos præſentes haberet.* KONIG.

Παλλαντίῳ] Sic ſemper Græci hoc nomen efferunt haud dubie, ut liquet ex Dionyſio Halic. *lib.* I. quia ejus nominis urbs erat Arcadica, ipſis notiſſima, de qua Vide Pauſaniam in *Arcadicis.* Nec ignotum eſt, ſolitos Græcos aliarum gentium nomina in ſuæ Linguæ ſpeciem & analogiam flectere, etiam Romana. Sic *ſupra* VII. 16. habuimus Remi nomen, quod Græci dicunt Ῥῶμος. Sed & uſitatum eſt, literam N. ante S. vel T. extra Analogiam promiſcue interponi vel omitti. Sic *Lucetius Jupiter* apud Feſtum, & Gellium V. 12. pro *Lucentius.* Sic *Prægnans* pro *Prægnas.* Vide Faernum, Fabricium, & Rivium *ad Terent. Hecyram* IV. 4. Nihil ergo hic mutandum. Vide & Kuhnium *h. l.* PERIZ.

2 Πυρετοῦ] *Athenienſes ſuadente Epimenide fecerunt Contumeliæ fanum & Impudentiæ*, inquit Cicero *lib.* II. *de legibus.* vid. Zenobium in *proverbio.* θεὸς ἡ ἀναίδεια. ubi ex Theophraſto *de legibus*, annotat, fuiſſe Athenis Ὕβρεως καὶ Ἀναιδείας βωμούς. KUHN.

Πυρετοῦ] Nihil mirum. *Nam Deos quoſdam ut prodeſſent celebrabant, quoſdam, ne obeſſent, placabant*, ut ait Gellius V. 12. Et ita *Pavori & Pallori* quoque Salios & templum vovit Tullus Hoſtilius apud Livium I. 27. Immo *Cupidinis & Voluptatis & Lubentinæ Veneris vocabula conſecrata ſunt, rerum vitioſarum*, ut ait Cicero *de Nat. Deor. cap.* 23. Ad hanc autem *Lubentinam Venerem* refero Deam *Lubentiam* apud Plautum *Aſin.* II. 2. 2. Prudentius *Hamartigenia*, etiam *Scabiem* conſecratam ait: *Par furor illorum, quos tradit fama, dicatis Conſecraſſe Deas, Febrem Scabiemque, Sacellis.* Vide & Lactantium I. 20. & Minucium Fel. *cap.* 25. Neque vero Romani tantum ita fecerunt, ſed & Græci. *Supra* I. 27. Ἀδδηφαγίας ἱερὸν, *templum Voracitatis*, in Sicilia habuimus. De Lacedæmoniis audi Plutarchum in *Agide & Cleom. p.* 808. Ἐστι δὲ καὶ Λακεδαιμονίοις, οὐ Φόβου μόνον, ἀλλὰ καὶ Θανάτου, καὶ Γέλωτος, καὶ τοιούτων ἄλλων παθημάτων ἱερά. *Sunt autem & Lacedæmoniis, non Timoris modo, ſed & Mortis, & Riſus, & aliorum ſimilium Affectuum Sacella.* De Athenienſibus, adde, quæ notavit hic Kuhnius. PERIZ.

ΚΕΦ. ιϐ΄.

Περὶ τοῦ ἐν Κρήτῃ συλληφθέντος μοιχοῦ.

Ὅτι [1] ἐν Κρήτῃ ἐν Γορτύνῃ μοιχὸς ἁλοὺς ἤγετο ἐπὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ [2] ἐστεφανοῦτο ἐρίῳ ἐλεγχθείς· τὸ δὲ στεφάνωμα κατηγόρει αὐτοῦ, ὅτι ἄνανδρός ἐστι, καὶ [3] γύννις, καὶ εἰς γυναῖκας καλός. Καὶ [4] ἐπιπράσκετο δημοσίᾳ εἰς στατῆρας πεντήκοντα, καὶ ἀτιμότατος ἦν, καὶ [5] οὐδενός οἱ μετῆν τῶν κοινῶν.

CAP. XII.

De adultero in Creta comprehenso.

Adulter, Gortynæ, in *insula* Creta, deprehensus, ducebatur ad magistratus, criminisque convictus, lana coronabatur: hæc vero coronatio redarguebat eum esse hominem mollem, effeminatum, & ad mulieres pulchrum. Et æstimabatur ei publice causa ad quinquaginta stateres, & infamis plane erat, neque ullius publicæ rei particeps.

1 Ἐν Κρήτῃ] Mirum pœnæ genus, de quo nihil apud alios invenio. Nam gentes cæteræ aut castratione, aut mutilatione, vel combustione quoque, lapidatione, aut dejectione è saxo punivere. De quibus abunde Demsterus *ad Rosini* VIII. *cap.* 24. Locris taxabantur in Comœdiis, teste Plutarcho *lib. de Curiositate.* Apud Pisidas imponebantur asino, & circumducebantur per urbem. Damasceno autore, apud Stob. *sermon.* XXIV. Apud Lepreates viri quidem vincti per triduum ostentantur circum plateas, mulieres per dies undecim in veste pellucida sine cingulo stare coguntur in foro, postea utrique infames. Heraclides in *Polit.* Apud Germanos adultera accisis crinibus nudata coram propinquis expellitur domo à marito, ac per omnem vicum verbere agitur, ut est apud Tacitum *de M. G. cap.* 19. apud Saxones adultera cogitur se ipsam suspendere laqueo, & super bustum ejus adulter vel mulieres cæteræ vestes ejus, ad cingulum usque præscindunt, cædunt virgis, cultellis corpus lacerant, & per pagos circumagunt. Guilielmus Malmesburiensis. Sed de hac re alia occasione amplius, si vitam Deus concedet. SCHEFF.

2 Ἐστεφανοῦτο ἐρίῳ] Ita Plato *lib.* III. *de Repub.* divini ingenii Poëtam, qui in rebus mythicis graphice exprimendis mirus est artifex & mendaciorum quasi mango, è sua Republica dimittit, μῦρον κατὰ τῆς κεφαλῆς καταχέας καὶ ἐρίῳ στέψας. *unguento caput perfundens & lana coronans*, ut molliculum scilicet, & severioris disciplinæ hostem. τὸ στεφάνωμα, inquit Noster, κατηγόρει αὐτοῦ, ὅτι ἄνανδρός ἐστι, *Corona* (lanea) *documento erat, mollem illum esse.* KUHN.

Ἐστεφανοῦτο ἐρίῳ] Lana coronabatur, quia hæc erat feminis propria, & ab iis unice tractabatur, atque ita significabatur, eum deditum feminis, inter feminas habendum. Ceteroqui lana coronabantur etiam Dii, res sacræ, & ipsi Sacerdotes. Atque ita Homerum Plato honorifice ex sua Rep. dimitti voluit unctum & coronatum lana. Vide Illustrem Grævium *ad Hesiod. Theog. v.* 499. Minucius Felix *cap.* 22. simpliciter de Platone & Homero, *laudatum & coronatum de Civitate, quam in Sermone instituebat, ejecit.* PERIZ.

3 Γύννις] MSti γύνις. Significat autem hominem effeminatum. Vide Suidam, & quem ille allegat Aristophanem. Philostratus in *Vitis Sophistarum*, & ipsius Æliani. ἐκπεπόνηταί μοι κατηγορία τοῦ Γύννιδος· καλῶ γὰρ οὕτω τὸν

ἄρτι

ἄρξῃ καθήμενον Τύραννον, ἐπειδὴ ἀσελγείᾳ πάσῃ τὰ Ῥωμαίων ᾔσχυνε, *composita est à me Accusatio Effeminati: nam ita voco Tyrannum, qui novissime fuit, quoniam omni intemperantia dehonestavit res Romanas.* PERIZ.

4 Ἐπιπράσκετο] *Vendebatur.* Sed dubitem de integritate hujus loci. Nam si vendebatur, tum sane inane est & superfluum, ac frigidum vel languidum plane, addere eum fuisse infamem & expertem Reip. vel communium rerum, ut sunt sacra, forum, συσσίτια &c. Quî enim venditus, & ideo Servus, poterat esse particeps Reip. & societatis vel communionis civilis? Forte legendum καὶ εἰσεπράσσετο, *& publice exigebantur ab eo usque ad L. Stateres.* Sic *cap.* 53. εἴσπραξις τῶν δικῶν. Certe & Vultejus eo sensu videtur hæc accepisse dum vertit, quasi non ipse, sed pars bonorum ejus in mulctam venderetur, *& æstimata est ei publice L. Staterum summa*, quæ scil. ex ejus bonis vendendo redigeretur. PERIZ. Avus quoque malebat εἰσεπράττετο. Sed propius ad vestigia vulgatæ lectionis legeretur ἔτι ἐπράττετο, ut conjecerat Parens: & sic πράττεσθαι pro εἰσπράττεσθαι occurrit apud Strabonem *lib.* IV. *pag.* 183. de Massiliensibus: ἐξ οὗ πλοῦτον ἠνέγκαντο πολυτελῆ, πραττόμενοι τοὺς ἀναπλέοντας, καὶ τοὺς καταγομένους· *vectigal exigentes ab iis, qui navibus appellerent & discederent.* Plura hujus significationis exempla congesserunt Casaubonus, & Duportus *ad Theophrasti Charact. cap.* 6.

5 Οὐδενὸς οἱ μετῆν τῶν κοινῶν] Illustr. Spanhemius *ad Callimachi Hymnum in Cererem v.* 118. τὰ κοινὰ interpretatur *jus communium sacrorum, & communis tecti aut mensæ.*

ΚΕΦ. ιγ'.

Πῶς ἡ Γνάθαινα ἑταίρα κατεσίγασε λάλον.

Ἀφίκετο [1] ἐξ Ἑλλησπόντου παρὰ [2] τὴν ἑταίραν τὴν Ἀττικὴν, Γνάθαιναν, ἐραστὴς, κατὰ κλέος αὐτῆς. Παρὰ πότον οὖν πολὺς ἦν λαλῶν, καὶ ἐδόκει φορτικός· ὑπολαβοῦσα οὖν ἡ Γνάθαινα, εἶτα [3] οὐ σὺ μέντοι λέγεις [4] (εἶπεν) ἥκειν ἐξ Ἑλλησπόντου; τοῦ δὲ ὁμολογήσαντος, καὶ πῶς, εἶπεν, οὐκ ἔγνως τῶν ἐκεῖ πόλεων τὴν πρώτην· τοῦ δὲ εἰπόντος, καὶ τίς ἐστιν; ἤδε ἀπεκρίνατο, Σίγειον· καὶ ἐμμελῶς

διὰ

CAP. XIII.

Quomodo Gnathæna meretrix ad silentium redegit loquacem.

Venerat ex Hellesponto ad meretricem Atticam, Gnathænam, amator *quidam* propter ejus celebritatem. Inter pocula igitur ille plurima garriebat, & molestus videbatur: quapropter excipiens *ejus Sermones* Gnathæna, Tu vero nonne, inquit, ex Hellesponto venire te dicis? quumque annuisset, Et quî fit igitur, inquit, ut primam istic Urbium ignores? quum vero ille diceret; Et quæ tandem est ea? Sigeum, respondit illa:

&

1 Ἐξ Ἑλλησπόντου] h. e. ex regione Asiæ ad Hellespontum. Etenim etiam à Mari vicino Regiones appellantur aliquando, unde & Regnum *Ponti:* prorsus uti & vicinarum Urbium aut Regionum nomine tum suburbanus ager, tum etiam mare, denotatur.

Vi-

διὰ τοῦ ὀνόματος κατεσίγασεν αὐτόν.

& ita eleganter eum isto nomine ad silentium redegit.

Vide quæ notavi *ad* II. 25. PERIZ.

2 Τὴν ἑταίραν τὴν Ἀττικὴν Γνάθαιναν] Sluisk. τὴν ἑταίραν Ἀττικὴν τὴν Γνάθαιναν, quod concinnius, & genuino propius. Lugd. τὴν ἑταίραν τὴν Ἀττικὴν τὴν Γνάθαιναν. Sed Sluiskiana lectio mihi magis probatur. Fuit autem Gnathæna dicacissima & facetissima meretrix, cujus varia dicta, acuta sane & lepida, etiam hoc ipsum refert Athenæus XIII. 5. & 6. Vixit tempore Stilponis Philosophi, ac Diphili Poëtæ, qui eam amarunt, atque adeo post Alexandrum. IDEM.

3 Οὐ σὺ μὲν τοι λέγεις] Fuit & alias acuti ingenii & prompti sermonis cum in rogando, tum in respondendo, ut apparet ex *lib.* XIII. Athenæi. SCHEFF.

4 Εἶπεν] Hoc verbum abest a Mediceo.

ΚΕΦ. ιδ'.

Περὶ τινῶν τὸ σῶμα ὡραίων.

Ἐρασμιώτατον καὶ ὡραιότατόν φασιν, Ἑλλήνων μὲν γενέσθαι [1] Ἀλκι-

CAP. XIV.

De quibusdam venustate corporis excellentibus.

Amabilem simul & formosum, supra omnes Græcos fuisse ajunt Al-

1 Ἀλκιβιάδην] Cornel. Nepos in *vita ejus c.* 1. fuit *omnium ætatis suæ multo formosissimus, ad omnes res aptus, consiliique plenus.* Idem tradit Plato in *Protagora.* SCHEFF.

2 Σκιπίωνα] Vide Polybium. SCHEFF. MSS. Σκηπίωνα, ut *supra lib.* XI. *cap.* 9. Adde Suidam in Σκηπίων.

3 Δημήτριον πολιορκητὴν] Vide Plutarchum *in vita ejus.* Casaubon. *lib.* VI. *Animad. in Athen. cap.* 15. Pulchellus audire etiam alter ille *Demetrius Phalereus* discupivit. Noster de eo *supra lib.* IX. *cap.* 9. ἔμελεν αὐτῷ καὶ καλῷ εἶναι, *ut pulchrior appareret, curabat sedulo.* apud Athenæum *lib.* XII. ἡλιόμορφος *solis instar formosus* dicitur. verba Chori hæc sunt: ἐξόχως δὲ εὐγενέτας, ἡπιόμειρος (lege ἡλιόμορφος) ζαθέαις ἄρχων σε τιμαῖς γεραίρει: *maxime autem generosus Solemque referens divinioribus Archon Te* (Bacchum) *honoribus decorat.* Ita legit jam olim in suo codice Eustathius *in Odyss.* Z. *p.* 1559. ὁ δὲ, inquit, Πανηγυρικὸς χορὸς, ὃς ᾄδων πεποίηται εἰς τὸν Φαληρέα Δημήτριον, ἡλιόμορφον ἐκεῖνον ἐξόχως τε εὐγενέταν προσηγόρευσε, θρασύτερον εἰς τὸν ἄνδρα ἐλάλησε τὸ ἡλιόμορφος. *lib.* XIII. de eodem *Demetrio.* Athenæus, Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς Λαμπιτοῦς τῆς Σαμίας ἑταίρας ἐρασθεὶς, ἡδέως ἑαυτὸν Λαμπιτὼ προσηγορεύσατο, ὥς φησι Δίυλλος. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ χαριτοβλέφαρος, quæ verba male in versione accepit Dalecampius. Reddenda enim ita: *Demetrius Phalereus Lampito, Samiam meretricem adamans, libenter se ipsum Lampito salutavit, ut Diyllus ait. dicebatur autem & Charitoblepharus.* Laërt. in *vita ejus.* Δίδυμος ἐν Συμποσιακοῖς καὶ χαριτοβλέφαρον καὶ Λαμπιτὼ καλεῖσθαι αὐτόν φησι ἀπό τινος ἑταίρας. KUHN.

4 Ἀλέξανδρον] Solinus *cap.* 14. de Alexandro. *Erat forma supra hominem augustiore, cervice celsa, latis oculis & illustribus, malis ad gratiam rubentibus, reliquis corporis lineamentis non sine majestate quadam decorus.* SCHEFF.

5 Τὴν μὲν γὰρ κόμην ἀνασεσύρθαι αὐτῷ] Τὸ ἀνασεσύρθαι ignorat Sluiskianus, in quo tamen spatium vacuum relictum erat verbo, quod desiderabatur. Mediceus vero legit, τὴν μ. γὰρ κόμην ἐκ εὐθέσθαι αὐτῷ. Mallem ego κόμην εὐθετίζεσθαι αὐτῷ. quod verbum de capillitio adhibuit Auctor *supra lib.* IX. *cap.* 9. de Demetrio. εὐθετίζων τὴν τρίχα. Lucian. in *Rhetorum Præcept.* ὀλίγας μὲν ἔχε, οὖλας δὲ, καὶ ὑακινθίνας τὰς τρίχας εὐθετίζων. & in *Bis accusato.* κεκοσμημένη καὶ τὰς τρίχας εὐθετίζουσα εἰς τὸ ἑταιρικόν.

6 Φε-

κιβιάδην, Ῥωμαίων δὲ [2] Σκιπίωνα. Καὶ [3] Δημήτριον τὸν Πολιορκητὴν λέγουσιν ὥρας ἀμφισβητῆσαι· [4] Ἀλέξανδρον δὲ τὸν Φιλίππου ἀπραγμόνως ὡραῖον λέγουσι γενέσθαι· [5] τὴν μὲν γὰρ κόμην ἀνασεσύρθαι αὐτῷ, ξανθὴν δὲ εἶναι· ὑπαναφύεσθαι δέ τι ἐκ τοῦ εἴδους [6] φοβερὸν τῷ Ἀλεξάνδρῳ λέγουσιν. [7] Ὁ δὲ Ὅμηρος ὅταν τοὺς καλοὺς θέλῃ ἐλέγξαι, δένδροις αὐτοὺς παραβάλλει· [8] Ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος.

Alcibiadem, supra Romanos vero Scipionem. Demetrium quoque Poliorcetam ferunt certasse *cum aliis* de venustate: Alexandrum vero Philippi filium sine cura formosum fuisse perhibent: capillos enim ei sursum retortos, & flavos quidem fuisse: ferunt vero etiam formidabile quiddam ex facie Alexandri suboriri visum. Homerus vero quando vult significare formosos, arboribus eos comparat: *veluti: Ille vero adolescebat surculi instar.*

ΚΕΦ. CAP.

6 φοβερὸν] Sic *infra* etiam de Atalantæ forma loquitur *lib.* XIII. *cap.* I. scilicet in magnis istiusmodi hominibus singularis plerunque aliqua esse solet, amabilis ea quidem, sed veneranda simul ac verenda, quam sine motu animi haud possis intueri. Vide fragmenta ex libro Esther in *Bibliis.* Scheff. Alexandrum τὸ ἀῤῥενωπὸν καὶ λεοντῶδες, *virile aliquid & leoninum* vultu spirantem non alius magis artifex expressit, quam Lysippus. Ille enim finxit Alexandrum in cælum ita suspicientem, ut cervicem leviter inclinaret, quod Alexandro solenne erat: cui statuæ aliquis non inscitè subscripsit:

Αὐδασοῦντι δ' ἔοικεν ὁ χάλκεος εἰς Δία λεύσσων·
Γᾶν ὑπ' ἐμοὶ τίθεμαι, Ζεῦ, σὺ δ' Ὄλυμπον ἔχε.

Æneus ille, videns cælo, clamare videtur:
Juppiter, astra habeas! at meus Orbis erit.

Cæteri, præter Lysippum, Pyrgotelem, Apellemque omnes, pulchrum magis & blandum juvenem, quam generosum pariter & amabile Alexandri pectus oculis animisque repræsentarunt. videatur Plut. *Orat.* II. *de fortunâ Alexand.* Kuhn.

7 Ὁ δὲ Ὅμηρος] Mediceus, οἷον Ὅμηρος, *quemadmodum Homerus.*

8 Ὁ δ' ἀνέδραμεν &c.] Verba sunt Homeri, seu Thetidis de Filio suo Achille apud Homerum, *Iliad.* Σ. 56. & 437. Verum nihil ea pertinent ad Formam & Pulchritudinem Herois commendandam, sed tantum declarant, brevi eum & facile *adolevisse* in egregiam staturam. Quia tamen & in statura quidam inest formæ decor, magis forsan ad præsentem rem facit, quod dicitur *Odyss.* Ξ. 175. de Telemacho Ulyssis F. τὸν ἐπεὶ θρέψαν Θεοὶ ἔρνεϊ ἶσον, *hunc postquam eduxerunt Dii plantæ*, vel *Arbori*, ut interpretatur Ælianus, *similem.* De forma illustrium Hominum, qui hic memorantur, satis dixerunt in Notis Schefferus & Kuhnius: de *Demetrio* etiam nos *supra ad* IX. 9. Periz.

ΚΕΦ. ιε΄.

Περὶ ἀρίστων τινῶν τοῖς παιδίοις τερπομένων.

Τὸν Ἡρακλῆ λέγουσι τὰς ἐν τοῖς ἄθλοις σπουδὰς [1] διαναπαύειν ταῖς παιδιαῖς. Ἔπαιζε δὲ ἄρα ὁ Διὸς καὶ Ἀλκμήνης [2] μετὰ παιδίων πάνυ σφόδρα. Τοῦτό τοι καὶ ὁ Εὐριπίδης ἡμῖν ὑπαινίττεται, ποιήσας τὸν αὐτὸν τοῦτον Θεὸν λέγοντα· Παίζω, μεταβολὰς γὰρ πόνων ἀεὶ φιλῶ. Λέγει δὲ τοῦτο, [3] παιδίον κατέχων. Καὶ Σωκράτης δὲ κατελήφθη ποτὲ ὑπὸ Ἀλκιβιάδου [4] παίζων μετὰ Λαμπροκλέους ἔτι νηπίου.

Ἀγησίλαος δὲ, κάλαμον περιβὰς, ἵππευε μετὰ τοῦ υἱοῦ παιδὸς ὄντος,

CAP. XV.

De præstantissimis quibusdam viris, qui cum pueris luserunt.

Herculem ajunt labores, *quos* in certaminibus *subibat*, ludicris *distinctos* allevasse. Ludebat autem ille Jovis & Alcmenæ filius cum pueris admodum. Hoc ipsum & Euripides nobis quodam modo declarat, ipsum hunc Deum inducens dicentem: *Ludo, nam amo semper vicissitudines Laborum.* Dicit autem hoc, puerulum tenens. Socrates etiam aliquando deprehensus est ab Alcibiade, ludens cum Lamprocle adhuc infante.

Agesilaus vero, arundini insidens, equitabat cum filio puero, &

1 Διαναπαύειν ταῖς παιδιαῖς] Seneca *de Tranquillitate cap. ultim. Danda est remissio animis, meliores acrioresque requieti surgent.* Adde reliqua. SCHEFF. Imprimis vide Plutarch. περὶ παίδων ἀγωγῆς. & notas Gattakeri *in Antoninum p.* 150. KUHN.

2 Μετὰ παιδίων] Similia de Augusto refert Suetonius *cap.* 83. *Animi laxandi causa modo piscabatur hamo, modo talis aut ocellatis nucibusque ludebat cum pueris minutis, quos facie & garrulitate amabiles undique conquirebat.* Sic & alios legimus Imperatores pueros ejusmodi habuisse, quibus se per otium oblectarent. De Æsopo quoque narrat Phædrus *fab.* 53. *in puerorum turba lusisse eum nucibus.* PERIZ.

3 Παιδίον κατέχων] Talem Herculis dextra puerulum tenentis statuam ex antiquo monumento repræsentavit Franc. Perrier *Num.* 5.

4 Παίζων μετὰ Λαμπροκλέους] Equitans in arundine. Valerius Maximus *lib.* VIII. *cap.* 8. Plutarchus *Agesilao cap.* 9. SCHEFF. Valerium exscripsit Sarisburiensis *lib.* VIII. *cap.* 12. *Polycrat.* KUHN.

Λαμπροκλέους] Filius fuit Socratis natu maximus, & Xanthippæ. Vide Laërtium. Sed infelix erat Vir optimus etiam in liberis suis, qui *indociles* fuere, & *matri quam patri similiores*, ut ait Seneca *Epist.* 104. Illud ipsum vero Socratis memorat etiam idem Seneca, in *lib. de Tranquillitate animi, cap. ult. Nec in eadem intentione æqualiter retinenda mens est, sed ad jocos revocanda. Cum pueris Socrates ludere non erubescebat.* Vide & Valer. Max. VIII. 8. PERIZ.

5 Νῦν μὲν σιώπα] Id est rem tamdiu preme silentio, non evulga. Plutarchus in *Apophtheg. Lacon.* ὀφθεὶς δὲ ὑπό τινος τῶν φίλων, παρεκάλει μηδενὶ φράζειν, πρὶν αὐτὸς πατὴρ παίδων γένηται. SCHEFF.

6 Ἐξα-

ὄντος, καὶ πρὸς τὸν γελάσαντα εἶπε· [5] νῦν μὲν σιώπα, ὅταν δὲ γένῃ πατὴρ αὐτὸς, τότε [6] ἐξαγορεύσεις πρὸς τοὺς πατέρας. Ἀλλὰ καὶ [7] Ἀρχύτας ὁ Ταραντῖνος, πολιτικός τε καὶ φιλόσοφος ἀνὴρ γενόμενος, πολλοὺς ἔχων οἰκέτας, τοῖς αὐτῶν [8] παιδίοις πάνυ σφόδρα ἐτέρπετο, μετὰ τῶν οἰκοτρίβων παίζων· μάλιστα δὲ ἐφίλει τέρπεσθαι αὐτοῖς ἐν τοῖς συμποσίοις.

ΚΕΦ.

& quum quidam eum derisisset, nunc, inquit, tace: quum vero & ipse pater evaseris, tunc *rem* narrabis patribus. Sed & Archytas Tarentinus, vir rei publicæ simul & philosophiæ deditus, quum multos haberet servos, eorum puerulis valde delectabatur, cum vernulis ludens: maxime autem inter convivia illis se oblectare solebat.

CAP.

6 Ἐξαγορεύσεις] Vertebatur, *tunc patribus consilium dabis.* Id vero arguitur ineptiæ in Indice, in quo malunt verti *enunciabis*, addito Glossas exponere ἐξαγορεύω, *enuncio.* Et sic sane passim. Veluti, Polyæn. I. 37. ὁ δὲ τοῖς Ἀβυδηνοῖς τὸ ἀπόρρητον ἐξαγορεύσας, *ille vero cum Abydenis secretum hoc enunciasset.* Sed & Plutarchus in *Agesilao p.* 610. ut & in *Apophth.* simpliciter, παρεκάλει μηδενὶ φράσαι, πρὶν ἂν καὶ αὐτὸς πατὴρ παίδων γένηται, *rogavit eum, nemini ut hoc diceret, priusquam & ipse pater filiorum esset.* Sed tamen eo si sensu hic quoque exponatur locus, tum forsan frigere alicui videbitur, quod sequitur, πρὸς τοὺς πατέρας, quasi etiam tunc solis tantum *Patribus* rem enarrari vellet. Aliud quid magis emphaticum designari ea locutione censuit certe Vultejus. Noluissem tamen vertere simpliciter *consilium dabis*, sed *oratione quadam declarabis*, vel *edices*, *patribus*, quid facere debeant. Ἀγορεύειν proprie dicuntur Magistratus & alii, qui pro concione loquuntur, orationem habent publicam, publice quid edicunt. Quod si quis tamen prætulerit sensum *enarrandi rem*, & *Patribus* tantum, ut qui facilius talia acciperent & excusarent, nihil Ego refragabor. PERIZ.

7 Ἀρχύτας &c.] De hoc Viro Vide *supra ad* III. 17. Quod cum servulis suis luserit, & se oblectaverit maxime in conviviis, testatur etiam Athenæus XII. 3. ex Athenodori *libro de Studio & Ludo.* Nec dubito, quin ista occasione excogitaverit πλαταγὴν, *crepitaculum*, ab ipso cognominari solitum, quod puerulis dabatur, ne aliud quid desiderarent, aut arriperent, & frangerent. Vide Aristotelem in *Polit.* VIII. 6. & Suidam. IDEM.

8 Παιδίοις ἐτέρπετο] Athenæus *lib.* XII. de eodem Archyta. Ἀθηνόδωρος ἐν τῷ περὶ σπουδῆς καὶ παιδιᾶς, Ἀρχύταν, φησὶ, τὸν Ταραντῖνον πολιτικὸν ἅμα καὶ φιλόσοφον γενόμενον, πλείστους οἰκέτας ἔχοντα, ἀεὶ τούτοις παρὰ τὴν δίαιταν ἀφειμένοις (ita enim lego pro ἀφιεμένοις Casaub. l. ἀφικνουμένοις) εἰς τὸ συμπόσιον ἥδεσθαι. *Athenodorus in de Seriis & lusu, Archytam, inquit, qui tum administrandæ Reipublicæ, quam Philosophiæ studiis deditus erat, cum plurimos possideret servos, illis inter cœnandum prandendumve in convivium semper admissis se oblectare solitum.* Ex Nostro patet, hæc non de adultis mediastinis, sed de servorum tenera prole capienda esse. Ibidem Ptolemæus *lib.* VIII. *Commentar.* notat, *Masanissam*, Mauritaniæ Regem, quosdam, qui simiolas voluptatis gratia emere voluerant, interrogasse, παρ' ὑμῖν, ὦ ξένοι, αἱ γυναῖκες οὐ τίκτουσι παιδία; *Numquid apud vos, ô isti, mulieres non pariunt infantes?* Ipse enim admodum balbutiente, imo lallante illa ætate delectabatur, nepotesque & neptes ex liberis suis domi alebat ad trimatum usque. tum enim illis ad parentes remissis alii minores succedanei Masanissæ dabantur. Præterea notandum de *Archyta*, quod primus libro, quem περὶ παντὸς inscripserat, naturam temporis definiverit, ut videre est apud Simplicium *commentar. in* IV. *Physicor. Aristot.* definitionem temporis hanc dedisse fertur, χρόνος ἐστὶ κινάσιός τις ἀριθμὸς, ἢ καὶ καθόλου διάστημα τᾶς τοῦ παντὸς φύσιος. *Tempus est numerus quidam motus, vel etiam spatium naturæ totius universi.* Jamblichus *commentar. in prædicam.* KUHN.

ΚΕΦ. ιϛʹ.

Τίσι δι' ἀρετὴν ἀπήχθετο ὁ Ἀλέξανδρος.

Ὅτι [1] ἀπήχθετο Περδίκκᾳ Ἀλέξανδρος, ὅτι ἦν πολεμικός· Λυσιμάχῳ καὶ, ἐπεὶ στρατηγεῖν ἀγαθός· Σελεύκῳ δὲ, ὅτι ἀνδρεῖος ἦν. Ἀντιγόνου καὶ αὐτὸν ἐλύπει [2] τὸ φιλότιμον. [3] Ἀττάλου δὲ τῷ ἡγεμονικῷ ἤχθετο, Πτολεμαίου δὲ [4] τῷ δεξιῷ.

CAP. XVI.

Quorum virtuti Alexander infensus fuerit.

Perdiccam oderat Alexander, quod esset bellandi peritus: Lysimachum, quod ad exercitum ducendum idoneus: Seleucum, quod fortis esset. Antigoni autem ambitio eum offendebat. Attali vero provinciam regendi peritiam, & Ptolemæi sollertiam moleste ferebat.

1 Ἀπήχθετο] Curtius *lib.* VI. *cap.* I. *Alexander suæ demtum gloriæ existimabat, quicquid cessisset alienæ.* & *lib.* VIII. *cap. ultim. simplicius famam æstimabat in hoste, quam in cive, quippe à suis magnitudinem suam destrui posse.* Atque hic est mos plerorumque imperantium, hoc est ingenium regni. Suspicantur, invident. Lips. *lib.* IV. *Polit. cap.* 6. SCHEFF

2 Τὸ φιλότιμον] *Ambitio, studium gloriæ, honoris, & potentiæ*, quod liberalitatem quoque complectitur, ut quæ homines brevissima ducit via ad gloriam & gratiam popularem. Certe ambitiosum quam maxime fuisse hunc Antigonum ex omni Historia constat. Etenim post mortem Alexandri & Perdiccæ omnium pene præfecturas invasit, atque ita supra omnes Alexandri comites invaluit, ut omnes ideo contra Unum tanquam ambitiosissimum & jam potentissimum pariter consurrexerint, & bellum gesserint. Primus etiam fuit inter illos Alexandri Duces, qui Diadema sumpsit & Regni Titulum. PERIZ.

3 Ἀττάλου] Αὐστάνου. sed is erat peregrinus. GESNER. Sluisk. Ἀττάνου. Omnes autem, qui hoc capite memorantur, præcipui fuere sub Alexandro Duces, & post ejus mortem maximis Regionibus præfecti, immo omnes, si ab uno discesseris Perdicca, qui toti Monarchiæ inhiabat, & summam supra omnes alios obtinebat auctoritatem, atque ideo reliquis contra eum conspirantibus primus omnium oppressus, & à suis militibus occisus est, reliqui ergo Omnes integrarum Gentium evasere Reges, *Lysimachus* Thraciæ, *Seleucus* Syriæ & Babyloniæ, *Antigonus* Asiæ, *Ptolomæus* Ægypti. Nullus fuit *Attalus*, cum illis ulla ex parte comparandus. Fuerat sane inter Philippi Duces *Attalus*, Novercæ Alexandri Frater, & ideo ab initio Alexandri inimicus, sed quem idcirco statim post mortem Philippi interimi curavit bellum contra se parantem. Fuit tamen & inter Duces ipsius Alexandri, sed minorum gentium, *Attalus* quispiam, obscurus plane & ignobilis, & qui in expeditionibus ab Alexandro aliis subjiciebatur Ducibus. Vide Arrianum *lib.* IV. *p. m.* 297. Sed & post mortem Alexandri aliorum ille sequebatur signa & ductum captus tandem ab Antigono. Vide Diodor. Sicul. *lib.* XVIII. *pag.* 651. & *lib.* XIX. *pag.* 679. Tantum abest, ut illi præcipue tribui debuerit τὸ Ἡγεμονικόν. Adde superfuisse inter Alexandri Duces præcipuos, præter eos, qui hic memorati sunt, & præter Hephæstionem, quem sciens prætermitto, etiam Alios longe illustriores, Parmenionem, Craterum, Leonnatum, Polyspérchontem, Eumenem, denique Antipatrum, qui Unus ex omnibus reliquis maxime hic memorari debuisset; quia æque ac Reliqui Duces hujus Capitis, & solus ac Unus præ-

ter illos, post mortem Alexandri Regnum quoque, & Macedoniæ quidem, obtinuit, & reliquit Filio: quem porro Alexander ipse Macedoniæ & Græciæ, immo omnibus, quæ tenebat in Europa, præfecerat. Ἀπολελειμμένος ὑπ' Ἀλεξάνδρου στρατηγὸς τῆς Εὐρώπης, *relictus ab Alexandro Dux & Præses Europæ*, ut ait Diod. Sicul. *lib.* XVIII. *pag.* 633. Denique ille fuit omnium potissimus, quem Alexander maxime Timuit & Odio habuit. Plut. in *Alexandro p.* 705. μάλιστα δὲ Ἀντίπατρον ἐφοβεῖτο, *maxime autem Antipatrum timebat.* Et accusaverat eum atrociter Mater Alexandri, Olympias, tanquam Regnum Macedoniæ jam tunc affectantem. Vide Arrian. *de Exp. Alex. lib.* VIII. *p.* 467. Addamus his Curtium VI. I. de Antipatro, postquam vicerat Spartanos: *Et quanquam fortuna rerum placebat, invidiam tamen, quia majores res erant, quam quas PRAEFECTI Modus caperet, metuebat. Quippe Alexander hostes vinci voluerat, Antipatrum vicisse ne tacitus quidem indignabatur, suæ demptum gloriæ existimans, quidquid cessisset alienæ. Itaque Antipater, qui probe nosset spiritum ejus, non est ausus ipse agere arbitria victoriæ.* Fuit ergo ille Egregius Ἡγεμών, & Metuebat Alexander illius τὸ ἡγεμονικὸν, quod proprie notat *artem & facultatem regendi* & populum & exercitum. Sic *seq. cap.* de Demetrio, τοσούτων ἐθνῶν ἡγεμονεύων, *qui tot tantasque gentes imperio suo regebat.* Sed & hinc in Homine pars ejus melior, quæ ipsum regit, *Animus*, dicitur τὸ ἡγεμονικὸν αὐτοῦ, quod ut potissimum *excolamus*, præcipit Epictetus *cap.* 36. Quare non dubito, quin Auctor scripserit, non Ἀττάλου, sed Ἀντιπάτρου, quod per compendia primo scriptum Ἀντιπα vel Ἀντιπρου, facile dein à posterioribus librariis mutari potuit in Ἀττάλου. Periz.

4 Τοῦ δεξιοῦ] Vertitur *prosperitate*, at *infra* XIV. 48. *dexteritate.* Nec dubium est, quin τὸ δεξιὸν etiam *felicitatem* notet; sed tamen quum *solertiam* quoque significet, multo malim ita vertere cum Freinshemio *ad Curtium* IX. 8. 23. ubi & Auctor ille solertiam Ptolemæi laudat eumque *promptissimum bellatorem, sed pacis artibus, quam militiæ, majorem clarioremque* ait. Idem.

ΚΕΦ. ιζ'.

Περὶ Δημητρίου εἰς ἑταίρας οἰκίαν φοιτῶντος.

Ὅτι [1] Δημήτριος, τοσούτων ἐθνῶν ἡγεμονεύων, ἐφοίτα [2] εἰς Λαμίας τῆς ἑταίρας σὺν τοῖς ὅπλοις, καὶ φορῶν τὸ διάδημα. Αἴσχιστον μὲν οὖν ἦν αὐτῷ, καὶ οἴκαδε μεταπέμψασθαι τὴν ἄνθρωπον· ὁ δὲ παρ' ἐκείνην ἐφοίτα φιλοφρόνως. Ἀλλ' ἔγωγε Θεόδωρον τὸν αὐλητὴν προτιμήσαιμι τοῦ [3] Δημητρίου·

CAP. XVII.

De Demetrio in ædes scorti commeante.

Demetrius, tot tantasque gentes imperio regens, Lamiæ meretricis ædes cum armis, & diadema gestans, frequentabat. Turpissimum sane quidem ei erat, si tantum eam in suam domum arcesseret: at ille studiose ad eam itabat. Ego vero Theodorum prætulerim tibicinem Demetrio:

1 Δημήτριος] Eadem Athenæus *lib.* XIII. & *lib.* IV. *cap.* I. Plutarchus in *Demetrio.* Scheff.

2 Εἰς Λαμίας] Celeberrima hæc fuit meretrix & Tibicina Athenis, quam perdite amavit Demetrius, licet jam vetulam, Plut. in *Demetrio pag.* 901. Et ex ea Filiam genuit, *Philam* nomine, Athen. XIII. 5. Cœna

τρίου· ἐπεὶ τὸν Θεόδωρον μετεπέμπετο ἡ Λαμία, ὁ δὲ ὑπερεῖδε τὴν κλῆσιν.

trio: quoniam Theodorum quidem invitavit Lamia, ille vero sprevit hanc invitationem.

na sumptuosissima, qua excepit Demetrium, prædicatur à Plutarcho *d. l.* Eamque Lynceus libro publice scripto exposuit, ut refert Athenæus IV. I. Eadem Meretrix Sicyoniis Porticum publicam, Ποικίλην dictam, suo sumptu exstruxit, nominis sui monumentum, teste Polemone apud Athen. *lib.* XIII. Ceterum Caput hoc integrum sine ulla specie lacunæ abest à Lugd. Codice, at non à Sluisk. PERIZ.

3 Δημητρίου] Hunc Demetrium etiam sprevit quidam Atheniensis adolescentulus, Democles, quem formâ præ omnibus exsplendescentem sæpe in retia sua pertrahere Demetrius voluit, sed nec prece nec pretio ejus constantia erat expugnanda. Aliquando eum in obscuro & ignobili balneo adortus est Demetrius, &, cum vim pararet, adolescentem pudicitiæ suæ servantissimum eo angustiarum redegit, ut, miliarii operculo remoto, in ferventem aquam se immitteret. Plutarch. in *vita Demetrii.* KUHN.

ΚΕΦ. ιη'.

Ὅτι Φάων ὡραῖος ἦν.

[1] Τὸν Φάωνα, κάλλιστον ἀνθρώπων ὄντα, ἡ Ἀφροδίτη ἐν θριδακίναις ἔκρυψε. Λόγος δὲ ἕτερος, ὅτι ἦν πορθμεὺς, καὶ εἶχε τοῦτο τὸ ἐπιτήδευμα. Ἀφικνεῖτο δέ ποτε ἡ Ἀφροδίτη, διαπλεῦσαι βουλομένη· ὁ δὲ ἀσμένως ἐδέξατο, οὐκ εἰδὼς, ὅς τις ἦν, καὶ [2] σὺν πολλῇ φροντίδι ἤγαγεν, ὅποι ποτὲ ἐβούλετο. Ἀνθ' ὧν ἡ Θεὸς ἔδωκεν [3] ἀλάβαστρον αὐτῷ, καὶ

CAP. XVIII.

Quod Phaon formosus fuerit.

Phaonem, omnium hominum formosissimum, Venus in lactucis abscondit. Alii dicunt, eum portitorem fuisse, & habuisse hoc vitæ genus. Veniebat autem aliquando Venus, trajicere volens; Ille vero, nesciens quænam esset, libenter recepit, magnaque cura, quoquo voluerat, eam vexit. Pro quibus *meritis* Dea alabastrum ei donavit, & erat in

1 Τὸν Φάωνα] Habes eandem fabulam apud Palæphatum *lib.* I. *Fabularum.* Et Lucianum in *dialogo Simyli & Polystrati.* Vide Suidam, & Ovidium in *Epistolis.* Athenæum denique *lib.* II. qui hoc memorat breviter ex Cratino, item Fr. Ducæum in *Collectaneis ad Clementem Alex. p.* 16. quos duos sua manu sæpe laudato Codici adscripserat Nobiliss. Bigotius. SCHEFF. Magicam olet vanitatem quod Plinius *lib.* XXII. *cap.* 8. refert de Phaone. *Portentosum*, inquit, *quod de eâ* (herba, quam centum capita vocant) *traditur. Radicem ejus alterutrius sexus similitudinem referre, raram inventu, sed si viris contigerit mas, amabilem fieri. Ob hoc & Phaonem Lesbium dilectum à Sappho.* SCHEFF.

Τὸν Φάωνα] Celeberrima fuit Phaonis forma, quem ideo Lucianus *Imaginibus p.* 24. jungit *Nireo*, itidem formosissimo. Hac de causa amavit eum Sappho illa antiqua meretrix, quam confundunt plerique cum Poëtria, ut videre est in Ovidii *Epistolis Heroidum.* Sed de eo agendum etiam *cap. seq.*

Fa-

καὶ εἶχεν αὐτὴ μῦρον, ᾧ χριόμεν@ ὁ Φάων ἐγένετο ἀνθρώπων κάλλιϛ@, καὶ ἤρων γε αἱ γυναῖκες αὐτοῦ αἱ Μιτυληναίων. Τά γε μὴν τελευταῖα ἀπεσφάγη, μοιχεύων ἁλούς.

in eo unguentum, quo unctus Phaon ſpecioſiſſimus hominum evaſit, atque adeo amarunt eum Mitylenenſium feminæ. Tandem vero deprehenſus in adulterio, trucidatus eſt.

Fabulam trajectæ Veneris, & formam illi conciliantis, habes quoque apud Palæphatum, & Lucianum in *Dialogo Simyli & Polyſtrati*, ac Servium *ad Virg. Æn.* III. 279. Trajiciebat autem homines ex Lesbo in continentem Aſiæ. Quod Venus eum occultaverit in lactucis, tradit ex Cratina Athenæus II. 27. ſicut & Adonin in iis occultaſſe dicitur, ſed mortuum, quo ſignificatur lactucas eſſe Veneri inutiles. Vide Athen. *ibidem*. PERIZ.

2 Σὺν πολλῇ φροντίδι] Servius *in* III. *Æneid. gratis* ab eo transvectam ait Venerem mutatam in navis (l. anus) formam. male etiam ibidem legitur, à *Facione Lesbio* pro *Faone p. m.* 283. KUHN.

3 Αλάβαςρον] Sic appellabatur *vas lapideum ſine anſis*, quo ſervabant maxime *unguentum*. Audi Suidam in Αλαβαςοθήκας. Αλαβαςοὶ εἰσὶ λήκυθοι, ὧν ἐκ ἔςι λαβέσθαι διὰ λειότητα. Et mox, Αλάβαςρον, ἄγγ@ μύρου, μὴ ἔχον λαβὰς, λίθινον, ἢ λίθιν@ μυροθήκη. Immo in *v.* Λήκυθον τὴν τῦ μύρου οἱ Αττικοὶ καλῦσιν Αλάβαςρον, Αρσενικῶς δὲ τὸ Αλάβαςρον εἶπεν Ηρόδοτος. Ergo Attici vas olei quidem dicebant Λήκυθον, at vaſculum unguenti Αλαβαςρον. Hinc igitur & Lucian. in *Dialogis Meretric. pag.* 751. ἀλάβαςρον μύρου ἐκ φοινίκης. Servius *ad Virgil. d. l. ab ea donatus unguenti alabaſtro*. PERIZ. vide Cl. Pricæum *ad Euangelium Matthæi* XXVI. 7.

ΚΕΦ. ιθ.

Περὶ Σαπφοῦς.

1 Τὴν ποιήτριαν Σαπφὼ, τὴν 2 Σκαμανδρωνύμου θυγατέρα, ταύτην καὶ 3 Πλάτων ὁ Αρίςων@ 4 Σοφὴν ἀναγράφει. Πυνθάνομαι δὲ, ὅτι καὶ

CAP. XIX.

De Sappho.

Poëtriam Sappho, filiam Scamandronymi, eam & Plato filius Ariſtonis in Sapientibus numerat. Fuiſſe etiam aliam in Lesbo Sap-

1 Τὴν ποιήτριαν &c.] Vixit hæc tempore Alyattis, qui Crœſi fuit Pater, ut diſerte ait Athenæus *lib.* XIII. *pag.* 599. vel, quod idem eſt, tempore Amaſidis, & Æſopi, ſiquidem Rhodopen Æſopi conſervam (de qua Vide *infra* XIII. 33.) in Ægypto redemit Frater Sapphus, teſte Herodoto II. 135. qui & *Filiam Scamandronymi* fuiſſe ſcribit, licet alii alios Patres ei aſſignent, ut Suida liquet. Carmina ejus ſæpe citantur à Scholiaſtis, & Aliis. PERIZ.

2 Σκαμανδρωνύμυ] Sic Herodotus *lib.* II. Alii aliter parentem ejus nominant, ut Suidas docet. Forte ex incerto parente fuit. SCHEFF.

3 Πλάτων] In *Phædro*: verba ſunt hujusmodi: παλαιοὶ καὶ σοφοὶ ἄνδρές τε καὶ γυναῖκες περὶ αὐτῶν εἰρηκότες καὶ γεγραφότες ἐξελέγξουσί με, ἐάν σοι χαριζόμενος συγχωρῶ. ΦΑΙ. τίνες ἔτοι; ΣΩ. Νῦν μὲν ἔτως ἐκ ἔχω εἰπεῖν· δῆλον δὲ ὅτι τινῶν ἀκήκοα, ἤπε Σαπφῦς τῆς καλῆς, ἢ Ανακρέοντος τῦ σοφῦ &c. SCHEFF. An *Noſtro* vacillavit memoriola? Plato enim in *Phædro* Anacreontem σοφὸν, & Sappho καλὴν dicit, non vice verſa. An alius eſt locus, ad quem Noſter reſpexit? Certè Max. Tyr. *diſſ.* VIII. ſcribit, *Sappho* κα-

καὶ [5] ἑτέρα ἐν τῇ Λέσβῳ ἐγένετο Σαπφὼ, [6] ἑταίρα, οὐ ποιήτρια.

Sappho, meretricem, non poëtriam, comperior.

καλὴν *dictam à Platone*, διὰ τὴν ὥραν τῶν μελῶν, καίτοι μικρὰν οὖσαν καὶ μέλαιναν, *ob pulchritudinem carminum, quamvis alias parvæ fuerit staturæ & nigella.* KUHN.

4 Σοφὴν ἀναγράφει] Videtur respexisse Noster locum Platonis in *Phædro*, *pag.* 235. Nam licet istic Sappho proprie καλὴν intellexit, non *formosam*, quod non fuit, sed *ingenio & sapientia præstantem.* Certe eam unam exempli gratia profert, quum præmisisset, παλαιοὶ καὶ Σοφοὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες, *antiqui & Sapientes Viri ac Feminæ.* Ex quo liquet, revera eam à Platone istic Σοφοῖς, sive *Sapientibus*, sive *Eruditis*, *adscribi*, ἀναγράφεσθαι. Encomium Sapphus illustre habemus etiam, apud Strabonem *lib.* XIII. *p.* 617. *Floruit eodem tempore*, Pittaci scil. & Alcæi, *Sappho*, θαυμαστόν τι χρῆμα, *admirabilis prorsus*; *Nec enim scimus memorato tempore tam antiquo exstitisse feminam illi parem, ne exigua quidem parte, propter Poësin.* Virtutem quoque commendavit, ut liquet ex his Versibus ejus: Ὁ πλοῦτος ἄνευ ἀρετῆς οὐκ ἀγαθὸς σύνοικος, vel οὐκ ἀσινὴς πάροικος, Ἡ δ' ἐξ ἀμφοτέρων κρᾶσις εὐδαιμονίας ἔχει τὸ ἄκρον, *Opulentia sine virtute non est bona contubernalis, sed permixtio utriusque continet summum felicitatis gradum.* Vide utraque Scholia Pindari *ad Olymp.* B. *v.* 93: ubi ille id imitatus est, sed maxime in *Pythiis Od.* E. *init.* PERIZ.

5 Ἑτέρα ἐν τῇ Λέσβῳ] Ergo & poëtria fuit Lesbia, & meretrix. At vero poëtriam alii faciunt Mitylenæam, ut Strabo *lib.* XIII. Meretricem quoque Athenæus vocat Eressiam (non Eretriam, ut ait Vossius in *Poëtis Græcis*) Nempe Mitylenæ & Eressus oppida sunt Lesbi. Porro hæc Eressia ea ipsa est, quæ cum multis aliis amavit Phaonem, in tantum, ut cum potiri ejus non posset, præcipitem se dederit è saxo. Vide Athenæum *lib.* XIII. & Suidam *voce* Φάων. SCHEFF.

Ἑτέρα] *Sapphonem* Eresso oriundam non fuisse poëtriam, sed meretricem nobilem Athenæus etiam scripsit, sed jam vitio temporis aliud videtur asserere. ἡ ἐξ Ἐρέσου τῆς ἑτέρας Σαπφὼ (lego τις ἑταίρα vel ἑτέρα Σαπφὼ) τοῦ καλοῦ Φάωνος ἐρασθεῖσα περιβόητος ἦν. *quæ vero Eresso oriunda est, meretrix vel altera quædam Sappho, pulchri Phaonis amore inclaruit, lib.* XIII. Hæc ipsa de petra Leucade desiliit, amorem illo saltu exstinctura. Auson. in *Cupid. crucifixo.*

Et de nimbosa saltum Leucade minatur,
Mascula Lesbiacis Sappho peritura sagittis.

ubi vide Scaligerum *lib.* II. *Auson. Lect.* ex Photio & Strabone *lib.* X. differentem περὶ ἅλματος, τοῦ τοὺς ἔρωτας παύειν πεπιστευμένου, *de saltu pro remedio amoris habito.* Bene Lacon, qui ex voto de Leucade se missurus, cum petræ videret altitudinem, abiit dicens, *non putaram votum alio voto indigere.* Plut. *de Lacon. Apophtheg.* Hæc de *Sapphone Eressia* Veterum autoritas tradit. at vero Poetriam etiam eam fuisse, Noster negat, & Antiquorum nemo docuit, quod quidem ego sciam. Strabo quoque unam hujus nominis Poëtriam, quæ non habuit è sexu suo parem, videtur agnoscere *lib.* XIII. *pag.* 424. eamque Mitylenensem. Suidas in Φάων non poëtriam Phaonem deperiisse notat, sed Lesbiam, aliam scilicet à Poëtria. KUHN.

Ἑτέρα ἐν Λέσβῳ] Plures fuisse ejus Nominis Feminas, postquam una exstiterat ingenio & amoribus celebris, nihil mirum est, quum eodem modo & plures exstiterint *Sibyllæ* Vide *Caput* 35. Solebat enim celeberrimi Hominis nomen repeti sæpius, & alteri, similis indolis aut dotis, denuo imponi. Sic *cap.* I. habuimus *Aspasiam*, sic appellatam nomine istius, quæ Periclis fuerat amica. Fuit autem Sappho, quæ Phaonem amavit, *Eressia ex Lesbo*, si fides Athenæo XIII. 7. altera Poëtria, itidem ex Lesbo, sed *Mitylenæa*, quæ Patrem habuit Scamandronymum, fratrem Charaxum, cujus amicam, in quam ille bona sua effuderat & perdiderat, carminibus exagitavit. Vide Herodotum II. 135. Sed confuderunt eas dein Scriptores, & inde ortum crediderim, quod tam multi & varii apud Suidam nominantur Sapphus Patres. Idem etiam Poëtriam dicit *Eressiam*, at illam, quæ amavit Phaonem, Mi-

Mitylenæam, ſecus quam fecit Athenæus, & ſecus, quam faciendum erat. Nam Athenæo aſſentitur, non Strabo tantum, qui *d. l.* inter illuſtres Mitylenææ Urbis Homines diſerte celebrem illam Poetriam laudat, ſed & publice ipſi Mitylenæi, qui *Sappho* ſuis expreſſerunt Nummis, ut teſtatur Pollux *lib.* IX. *capite*, *de Talento*, *Mina*, &c. Poëtriam intelligentes. Alteram tamen, quæ Phaonem amavit, Lyrica quoque compoſuiſſe, à quibusdam traditum fuit, ut ait Suidas, modo tamen vere id ab iis traditum fuerit. PERIZ.

6 Εταίρα, οὐ ποιήτρια] Contra cenſent viri docti, & utramque cum meretricem, tum poëtriam fuiſſe probant. Vide Gyraldum *Synt. de Poet.* SCHEFF.

ΚΕΦ. κ'.

Περὶ ἀηδόνος, καὶ χελιδόνος.

Λέγει Ἡσίοδος τὴν [1] ἀηδόνα μόνην ὀρνίθων [2] ἀμελεῖν ὕπνου, καὶ διὰ τέλους ἀγρυπνεῖν. Τὴν δὲ χελιδόνα οὐκ εἰς τὸ παντελὲς ἀγρυπνεῖν, καὶ ταύτην δὲ ἀπολωλέναι τοῦ ὕπνου τὸ ἥμισυ. Τιμωρίαν δὲ ἄρα ταύτην ἐκτίνουσι διὰ τὸ πάθος [3] τὸ ἐν Θρᾴκῃ κατατολμηθὲν, τὸ εἰς τὸ δεῖπνον ἐκεῖνο τὸ ἄθεσμον.

CAP. XX.

De luſcinia & hirundine.

Heſiodus teſtatur, luſciniam ſolam ex avibus ſomnum negligerè, & ſemper vigilare. Hirundinem vero non in perpetuum vigilare, ſed & illam dimidium tamen ſomni amiſiſſe. Has autem pœnas luunt propter facinus in Thracia perpetratum, quod ad cœnam illam impiam.

1 Αηδόνα] *Luſciniæ ſomnus* proverbio jactatur in eos, qui ſomnum leviter deguſtant, aut noctes agunt pervigiles, quia avicula illa tam βραχύϋπνος eſt, ut ferè non dormire videatur. οὐδ' ὅσον ἀηδόνες ὑπνώωσι, *nec quantum luſciniæ dormiunt*, Græci ajunt de pervigilibus. Suidas in Αηδών. Heſychius ἀηδόνων (ſupple ex Phavorino ἐργαστήριον), *luſciniarum officina*, *de ſomno quidem breviſſimo*, *luctu vero acerbiſſimo.* Auctor ipſe *lib.* I. *Hiſt. Anim. cap.* 43. carnes luſciniæ ad vigilias imprimis facere ſcribit. unde Philes in *Jambis ſect.* 17.

> Αηδόνος δέ που τις εἰ φάγοι κρέας
> Αγρυπνον ὕπνου τὴν φύσιν ἐργάζεται.

Interpres

> *Quod ſi quis illius fruatur carnibus*
> *Privat ſuavi ſe quietis munere.*

KUHN.

2 Αμελεῖν ὕπνου] Hinc Heſychius, Αηδόνων, ἐπὶ μὲν ὕπνου, τὸ ἐλάχιστον, ἐπὶ δὲ πένθους, τὸ σφοδρότατον, h. e. *de ſomno quidem*, *quod eſt breviſſimum*, *minimum*, *de luctu vero*, *quod graviſſimum*, dicitur Αηδονων: ſed lege Αηδόνιον. Phavorinus quidem, probante Kuhnio, legit Αηδόνων ἐργαστήριον: ſed hoc poſterius vocabulum, ex ſuperioribus apud Heſychium, hiſce per errorem aut incuriam Phavorini adjectum eſt. Præceſſit enim proxime apud illum, Αηδονὶς, τόπος, ἔνθα ᾖδον, ἢ ἐργαστήριον. Αηδόνων, ἐπὶ μὲν ὕπνου &c. Præterea ex interpretatione ipſius Heſychii ſatis liquet exponi Adjectivum aliquod. De *Vigiliis luſciniæ* Vide hic Doctiſſ. Kuhnium. PERIZ.

3 Τὸ ἐν Θρᾴκῃ] Luſcinia enim antequam in avem formaretur, Progne nominata, filium mactatum Tereo marito epulandum tradidit, in ultionem violatæ per vim ſororis, quæ dein in hirundinem mutata eſt. Vide Cononem in *Bibl.* Photii: Ovidium, Euſtath. *ad* *He-*

Homeri Odyss. τ. Phavorinum in Ἴτυς & Schol. Aristophanis. Virgilium *Eclog.* VI. & *ibi* Servium & plures alios. SCHEFF.

Τὸ ἐν Θρᾴκῃ] Intelligit facinus Matris, sive Prognes, seu Philomelæ, Filium Ityn mactantis, & Marito Tereo, omnium ignaro, devorandum apponentis, quia sororem Uxoris stupraverat. Propter illud autem facinus Mater in Lusciniam, Soror in Hirundinem dicitur versa, atque illa hic perpetuis vigiliis, ista in dimidiam partem punita traditur. Fabulam vide apud Ovidium *Metam.* VI. & Hyginum *fab.* 45. atque ibi Munkerum. Occasionem fabulæ huic dedisse videtur, quod in illa regione Thraciæ, quæ Daulis dicebatur, neque hirundo in tectis hominum nidos struat, neque luscinia reperiatur, teste Pausania in *Phocicis.* PERIZ.

ΚΕΦ. κα'.

Περὶ Λακεδαιμονίων γυναικῶν.

1 Αἱ Λακεδαιμονίων μητέρες, ὅσαι ἐπυνθάνοντο τοὺς παῖδας αὐτῶν ἐν τῇ μάχῃ κεῖσθαι, ἀλλ᾽ αὗταί γε ἀφικόμεναι τὰ τραύματα αὐτῶν ἐπεσκόπουν, τά τε ἔμπροσθεν, καὶ τὰ ὄπισθεν· καὶ, εἰ ἦν πλείω τὰ ἐναντία, αἵδε γαυρούμεναι, καὶ σεμνὸν ἄρα καὶ 2 βλοσυρὸν ὁρῶσαι, τοὺς παῖδας

CAP. XXI.

De Lacedæmoniorum feminis.

Lacedæmoniorum matres, quotquot audiverant suos filios in pugna cecidisse, ipsæ etiam accedentes inspiciebant vulnera eorum, tam adversa, quam aversa: &, si plura adversa essent, tum vero illæ cum fastu incedentes, vultumque gravem & magnificum præ se ferentes,

1 Αἱ Λακεδαιμονίων] Videtur quasi certam aliquam respicere historiam, quam adhuc quæro, simile quid extat apud Plutarchum in *Agesilao.* SCHEFF. *Lacænas matronas traditum est, occisis filiis vulnera inspicere consuevisse: ac si adversos vulneratos esse comperissent, lætabundas funus ducere, eosque in avita sepulcra inferre solitos esse* &c. Cicero in *de Consolatione*, ut vulgo creditum. ex notis Konigianis. KUHN. Plura in hanc rem congessit Brodæus *ad lib.* I. *Anthol. Carm. Græc. cap.* 5. *init.*

Αἱ Λακεδαιμονίων &c.] Similia de *Lacænis Matribus* multa refert Plutarchus in *Apophth. Lacænarum*, quem vide. Sed & de diverso sepulturæ honore, prout cæsi in prœlio vel honesta acceperant vulnera, apud Cretenses, unde sua habuerunt instituta Lacones, Vide Nostrum *Hist. Anim.* IV. I. PERIZ.

2 Βλοσυρὸν] *venerandam.* Sic & Plato γενναίους καὶ βλοσυροὺς τὰ ἤθη dixit in bonam partem. GESN.

3 Εἰ δὲ ἑτέρως εἶχον τῶν τραυμάτων] Suspicor scripsisse τὰ τῶν τραυμάτων. SCHEFF. Frustra in suspicionem adducitur locutio elegantissima, de qua in *Indice*, *voce* ἔχειν. Cæterum de invicto Lacedæmoniorum animo post cladem Leuctricam Xenoph. *lib.* VI. *Hist. Græc. p.* 467. KUHN.

Εἰ δὲ ἑτέρως εἶχον &c.] Male hæc sollicitat Schefferus. Vide *supra* XII. I. 37. PERIZ.

4 Πολιανδρίῳ] Male ita edebatur in Kuhniana Editione. Reliquæ cum MStis legunt, ut oportet, πολυανδρίῳ. Ita autem vocabantur loca publica, ubi pauperes communiter sepeliebantur, vel abjiciebantur, qualia erant jam antiquissimis temporibus apud plerosque populos. Hierosolymis fuisse liquet ex Jeremia XXVI. 23. ubi Urias dicitur ab Rege Jojakimo gladii supplicio affectus, & projectus

δας εἰς τὰς πατρῴας ἔφερον ταφάς· [3] εἰ δὲ ἑτέρως εἶχον τῶν τραυμάτων, ἐνταῦθα αἰδούμεναι, καὶ θρηνοῦσαι, καὶ, ὡς ἔνι μάλιστα, λαθεῖν σπεύδουσαι, ἀπηλλάττοντο, καταλιποῦσαι τοὺς νεκροὺς ἐν τῷ [4] πολυανδρίῳ θάψαι, ἢ λάθρα εἰς τὰ οἰκεῖα ἤρια ἐκόμιζον αὐτούς.

tes, in paterna monumenta filios deferebant: ſin alio loco vulnera haberent, tunc pudore ductæ, lugenteſque, &, quam maxime poterant, latere ſtudentes, diſcedebant, relictis mortuis, ut in communi ſepulchro humarentur, aut furtim in domeſtica eos ſepulchra deportabant.

ΚΕΦ.

CAP.

jectus אל קברי בני העם, ſeu, *εἰς τὸ μνῆμα ὑιῶν λαοῦ*, ut vertunt ea Græci, *in ſepulchrum plebejorum*, quod viliſſimum fuiſſe oportet, ſiquidem in illud etiam noxii & publico affecti ſupplicio abjiciebantur. Sepulchra autem hæc variis in oppidis erant in petris exciſa. Inſignis in hanc rem eſt locus apud Epiphanium *Hæreſi* XXX. §. 8. de Urbe Gadarena, ubi dicitur Adoleſcens Judæus abductus *ἐν τοῖς πλησιαίτερον τύμβοις*, *in propiora ſepulchra.* *Πολυάνδρεια δὲ*, pergit, *ἐστὶν, ὥσπερ ἐν τῇ πατρίδι καλούμενα, σπήλαια ἐν πέτραις ὀρυκτὰ κατεσκευασμένα.* *Polyandria illa erant, ſic dicta in patria, ſpeluncæ ad id præparatæ, in petris effoſſæ.* Habes hic brevem, ſed claram deſcriptionem Catacombarum: quales etiamdum in Italia viſuntur Romæ & Neapoli, quas diligenter enarravit & expoſuit Illuſtris Burnetus, Epiſcopus nunc Sarisberienſis. Non putem tamen Romanos Veteres jam habuiſſe illas Catacombas, non tantum, quia nulla apud tot illius Temporis Auctores occurrit illarum mentio, ſed &, quia Romæ olim alia habuerunt loca, quo abjicerent pauperum cadavera, ſub dio, vel effoſſis quibuſdam puteis injecta. Horat. *Satyr.* I. 8. de Eſquiliis,

Huc prius anguſtis ejecta cadavera cellis
Conſervus vili portanda locabat in arca.
Hoc miſeræ plebi ſtabat Commune Sepulchrum.

Subjicitur deinde ſpatium loci; Habebat, ait, *mille pedes in fronte, trecentos in agrum.* Denique addit,

Nunc licet Eſquiliis habitare ſalubribus, atque
Aggere in aprico ſpatiari, quo modo triſtes
Albis informem ſpectabant oſſibus agrum.

Vides *oſſa*, ſub dio jacentia iſtic in propatulo *agri informis:* Vides locum, nempe *Eſquilias*, quæ *nunc* dicuntur *ſalubres*, quia converſæ erant in *hortos*, qui etiam ideo paulo ante dicuntur *Novi*; antea vero minus erant *ſalubres*, quia tunc cadavera iſtic abjecta putreſcebant. Denique fuit illud *Commune Sepulchrum Plebis*, *Nepotum*, qui bona ſua dilapidarant, & *Servorum.* Quod de *Puteis* dixi, liquet non tantum ex Feſto, in *Puticuli*, ſed potiſſimum ex Varrone *de L. L.* IV. *Extra oppida à Puteis Puticulæ, quod ibi in puteis obruebantur homines. Niſi potius, ut Ælius ſcribit, quod puteſcebant ibi cadavera projecta; Qui locus publicus ultra Eſquilias.* Puticuli ergo Romani erant in illo Agro Eſquilino, at in aliis quoque oppidis pleriſque ſimiles erant. Vide & Magii *Miſcell.* II. 19. Dicti autem *Puticuli* & *Putei* à putendo. Atque hinc non modo effoſſæ ejuſmodi cavernæ, ad cadavera pauperum, quæ non comburebantur, excipienda, ſed & putidi carceres ſub terra, *putei* dicebantur. Vide Plautum *Aulul.* II. 5. 21. PERIZ.

ΚΕΦ. κβ΄.

Περὶ Τιτόρμου ἰσχύος, καὶ Μίλωνος, καὶ παροιμίας τινός.

[1] Τιτόρμῳ φασὶ τῷ βουκόλῳ περιτυχεῖν τὸν Κροτωνιάτην Μίλωνα μεγαλοφρονοῦντα διὰ τὴν ῥώμην τοῦ σώματος. Θεασάμενος οὖν μέγαν τὸν Τίτορμον, τὸ σῶμα ἰδεῖν, ἐβούλετο λαβεῖν αὐτοῦ ἰσχύος πεῖραν. Ὁ δὲ Τίτορμος ἔλεγε μηδὲν μέγα ἰσχύειν. Κατα-

CAP. XXII.

De Titormi & Milonis robore, & de quodam proverbio.

Milonem ajunt, elatum animo ob corporis robur, in Titormum bubulcum incidiſſe. Quumque videret magnum eſſe Titormum, adſpiciendo corpus, voluit virium ejus experimentum capere. Titormus vero ſe non adeo multum valere

1 Τιτόρμῳ] Meminit hujus paſtoris etiam Athenæus *lib.* x. SCHEFF.

Τιτόρμῳ] *Titormus* iſte Ætolus fuit, cujus meminit non Athenæus tantum, quod monuit jam Schefferus, ſed & Herodotus VI. 127. Lucianus *de Conſcrib. Hiſtoria pag.* 690. & Euſtath. *ad Hom. Odyſſ.* E. *pag.* 206. ubi tamen male ὁ Ἰταλὸς dicitur pro Αἰτωλός. Nam *Ætolum* vere fuiſſe, liquet non modo ex hac Hiſtoria, & mentione fluminis *Eueni*, qui erat τὴν Αἰτωλίαν διεξιὼν, *permeans Ætoliam*, ut ait Strabo *lib.* VII. *pag.* 327. Sed & ex Herodoto, & Athenæo, quem ipſum Euſtathius laudat. Viciſſim Athenæus ex Euſtathio jam emendandus. Verba Athenæi X. 2. Τίτορμός τε ὁ Αἰτωλὸς διηγωνίσατο αὐτῷ βοῦν, ὡς ἱστορεῖ ὁ Αἰτωλὸς Ἀλέξανδρος: Vertunt, *certavit cum ipſo* (Milone) *de devorando bove.* Sed vidit jam Caſaubonus, & primum quidem ex conjectura, male ſe iſthæc habere: deinde vero obſervavit etiam locum Euſtathii, ex quo legendum, διηριστήσατο ἑαυτῷ, *adhibuit ſibi in prandium.* Sic autem Euſtathius, Καὶ Τίτορμος δὲ, φασὶν, ὁ Ἰταλὸς διηριστήσατο ἑαυτῷ βοῦν, ὡς καὶ αὐτὸ γράφει Ἀθήναιος. Ὅτι δὲ ῥωμαλεώτερος Μίλωνος ὁ Τίτορμος ἐξ ἄλλων ἔστι γνῶναι. *Et Titormus, ut ajunt, Italus paravit ſibi bovem in prandium, ut tradit etiam illud Athenæus. Quod vero Titormus iſte robuſtior fuerit Milone, diſcere licet ex Aliis.* Forſan ex Æliano. Certe ex Eo deſcripſit totum hoc Caput Scholiaſtes Luciani *ad dictum locum.* PERIZ.

2 Εὐηνον] *Euenus* Ætoliæ fluvius eſt, non procul Calydone. Plinius *lib.* IV. GESNER.

3 Ἀπωθεῖ] Cl. Kuſterus in *Diſſ. de vero uſu verb. med. pag.* 85. ſuſpicatur legendum ἀπωθεῖται. Sed vulgatum tuetur Scholiaſtes Luciani *p.* 46. *Tom.* I.

4 Ὀργυιὰς ὀκτὼ] MSS. B. & C. ὀργυιὰς πεντήκοντα. SCHEFF

Ὅσον ἐπ' ὀργυιὰς ὀκτὼ] Sic & Sluisk. & Regius Primus ac Tertius. At Lugd. ut & Schol. Luciani, item ut Regii, Secundus ac Tertius, ſed hic tantum in Margine, habent ὀργυιὰς ν. h. e. πεντήκοντα. Leviſſimum autem eſt diſcrimen inter H. & N. ſeu η & ν. Sed cum utraque lectio nitatur auctoritate Codicum, difficile eſt dictu, utra præferri debeat. Ὀργυιὰ autem ſimpliciter ab ὀρέγεσθαι, *extendi*, *expandi*, derivatur, ſicuti ἀγυιαὶ, *plateæ*, ab ἄγεσθαι, ac apud diverſos populos diverſis temporibus diverſam notavit menſuram. Nempe olim paſſum, ſeu ſpatium expanſorum pedum in progrediendo, at dein maxime longitudinem, ſeu ſpatium, quod eſt inter extrema expanſarum utrimque manuum cum pectore. Ad priorem pertinet ſignificationem, quod Homerus *Iliad.* N. 20. ὀρέξασθαι ponit pro *pandere pedes* in progrediendo, de Neptuno: Τρὶς μὲν ὀρέξατ' ἰὼν, τὸ δὲ τέτρατον ἵκετο τέκμωρ: *Ter quidem promovit, pro-*

ταβὰς δὲ εἰς τὸν [2] Εὔηνον, καὶ θοιμάτιον ἀποδὺς, λίθον λαμβάνει μέγιστον, καὶ πρῶτον μὲν ἕλκει αὐτὸν πρὸς ἑαυτὸν, εἶτα [3] ἀπωθεῖ· καὶ δὶς καὶ τρὶς τοῦτο ἐποίησε, καὶ μετὰ ταῦτα αὐτὸν ἦρεν ἕως εἰς τὰ γόνατα, καὶ τέλος ἀράμενος ἐπὶ τῶν ἄμων ἔφερεν, [4] ὅσον ἐπ' ὀργυιὰς ὀκτὼ, καὶ ἔρριψεν. Ὁ δὲ Κροτωνιάτης Μίλων μόλις τὸν λίθον [5] ἐκύλισεν. [6] Εἶτα δεύτερος ἆθλος τοῦ Τιτόρμου. Ἐπὶ τὴν ἀγέλην ἦλθε, καὶ στὰς ἐν μέσῳ, τὸν μέγιστον ταῦρον, ἄγριον ὄντα, λαμβάνει τοῦ ποδός· καὶ ὁ μὲν ἀποδρᾶναι ἔσπευδεν, οὐ μὴν ἐδύνατο. Παριόντα δὲ ἕτερον τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ συναρπάσας τοῦ ποδὸς ὁμοίως εἶχε. Θεασάμενος δὲ ὁ Μίλων, εἰς τὸν οὐρανὸν τὰς

lere dicebat. Descendens autem in Euenum, & exuens vestem, maximæ molis lapidem sumit, eumque primum quidem ad se trahit, deinde repellit: & hoc bis vel ter fecit, & postea eum usque ad genua sustulit, ac postremo sublatum in humeros, ad octo circiter passus portavit, & tum projecit. Milo vero Crotoniata vix volutare lapidem potuit. Secundum deinde Titormi certamen *hoc erat*. Ad gregem abiit, & stans in medio, maximum, qui ferus erat, taurum pede prehendit: & ille quidem effugere studuit, sed non valuit. Alium quoque accedentem altera manu arripiens itidem pede similiter tenuit. Quum vide-

protendit pedes, incedens, quarto autem gressu venit, quo destinarat. Ubi Eustathius: τὸ γὰρ ὀρέξασθαι οὐ μόνον ἐπὶ χειρῶν, ὡς πολλαχοῦ ἐφάνη, ἀλλ' ἰδοὺ καὶ ἐπὶ ποδῶν συντόνου τάσεως, καὶ διαστάσεως, ἢ ἐκτάσεως· διὸ ἐκ τοῦ τοιούτου ὀρέγω καὶ ἡ ὀργυιὰ κατὰ συγκοπήν. Ἰστέον δὲ, ὅτι τὸ μὲν πρῶτον ὀρέγεσθαι διασαφεῖται τῷ, Χερσὶν ὀρέγεσθαι, τὸ δὲ δεύτερον εἴη ἂν Ποσὶν ὀρέγεσθαι, ὡς δηλοῖ νῦν τὸ, Τρὶς μὲν ὀρέξατ' ἰών. *Hoc autem* Verbum, Ὀρέξασθαι, *non tantum de Manuum, ut plerumque occurrit, sed ecce etiam de Pedum vehementi extensione, & intervallo. Ideo ex illo* Ὀρέγω derivatur Ὀργυιὰ *per Syncopen*, scil. pro ὀρεγυιά. *Sciendum autem, primum quidem* Ὀρέγεσθαι *exponi de Extensione Manuum, deinde vero fuerit etiam Extendi Pedibus., sicuti hic locus declarat.* Sed & hinc in *Actis Apost.* XXVII. 28. dicuntur Nautæ, demissa bolide, invenisse XX. ὀργυιὰς, quod Vetus & Vulgatus Interpres vertit *Passus*. Plane uti & Plinius VI. 18. Fluvio Gangi tribuit *altitudinem nusquam minorem passibus* XX. pro eo, quod Græci (Vide Strabonem *lib.* XV. *p.* 702.) Βάθος εἴκοσι ὀργυιῶν τοὐλάχιστον, *altitudinem Orgyiarum minimum viginti.* Atque ideo etiam hic in Versione reliqui *Passus*. Sed *Passus* ille Romanorum continebat duos passus naturales seu gressus, atque adeo non multum discedebat ab ὀργυιᾷ Græcorum: cum quinque haberet pedes, at ὀργυιά, seu illa extensio manuum, sex pedes, vel quatuor cubita. Quando ergo Ὀργυιὰ simpliciter ponitur, primum & potissimum, τὸ πρῶτον, ut ait Eustathius, notat extensionem illam manuum. Hesychius. Ὀργυιά, ἡ τῶν ἀμφοτέρων χειρῶν ἔκτασις, καὶ τὸ μέτρον, *Ambarum manuum extensio, & mensura ista.* Vide & Pollucem ac Etymolog. M. Glossæ exponunt *Ulna*, sed male. *Ulna* enim, sive ὠλένη, significat longitudinem unius brachii, at Ὀργυιὰ utriusque longitudinem cum latitudine pectoris. Hinc Verbum περιοργυιόω apud Ctesiam in *Indicis*: πάχος ὅσον δύο ἄνδρες περιωργυιωμένοι μόλις περιλάβοιεν, *Crassitudo, quam duo Viri circum expensis manibus vix complecti queant.* Ὅσον solet ita, ut hic fit, etiam Numerandi vocabulis jungi. Lucian. in *Dial. Meretric. pag.* 745. ἐπὶ τούτους ἐπελάσας, ἀνατρέπω μὲν ὅσον ἑπτὰ τοὺς προεστῶτας αὐτῶν, *in illos invectus, dejicio septem circiter eorum præfectos.* PERIZ.

τὰς χεῖρας τείνας, ἔφατο, ὦ Ζεῦ, [7] μὴ τοῦτον Ἡρακλῆν ἡμῖν ἕτερον ἔσπειρας; [8] ἐνταῦθα ῥηθῆναι λέγουσι τὴν [9] παροιμίαν· Ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς.

videret id Milo, palmas ad cælum tendens, o Jupiter, dixit, num hunc alterum Herculem nobis dedisti? tunc dici cœptum ajunt proverbium: Hic est alter Hercules.

ΚΕΦ.

CAP.

5 Εκύλισεν] Sic Sluisk. & Parisienses Regii duo. At Lugd. & ex Regiis Secundus, ἐκίνησεν, cum quo iterum conspirat Scholiastes Luciani, sed qui habuit exemplar Lugdunensi nostro simile. PERIZ.

6 Εἶτα δεύτερος ἆθλος τοῦ Τιτόρμου] Mediceus: εἶτα δεύτερος ἆθλος τῷ Τιτόρμῳ.

7 Μὴ τοῦτον Ἡρακλῆν ἕτερον ἔσπειρας] Vide ut etiam integra vocabula post Typographiam inventam & exercitam ex Auctoribus priscis exciderint. Nam quia in Gesneriana per incuriam certissimam omissum hic est ἡμῖν, quod in Prioribus, Romana & Basileensi, exstabat, idcirco reliquæ, quæ deinceps secutæ sunt, Tornæsianæ, Schefferianæ &c. vocabulum illud pariter prætermiserunt. Nos id restituimus non tantum ex primis Edd. sed & ex MStis. Mox ἐνταῦθα habent & MSti. Recte tamen emendasse putem Fabrum ἐντεῦθεν, quod & Scholiastes Luciani, ut & Cod. Lugd. in repetito hoc capite *infra lib.* XIV. (vide Me XIV. 48. 1.) præfert & voluisse videtur Interpres, vertendo, *Hinc.* At si genuinum sit ἐνταῦθα, vertendum erat, ut feci, *Tum*, æque ac *supra cap.* 21. PERIZ.

8 Ενταῦθα ῥηθῆναι] Leg. ἐντεῦθέν ποι ῥηθῆναι. FABER.

9 Τὴν παροιμίαν] Alii tamen aliunde putant ortam. Consule Erasmum *Chil.* VII. SCHEFF. Ptolemæus Hephæstionis filius proverbium arcessit à lucta Herculis & Thesei. ἰσοπαλοῦς δὲ τοῦ ἀγῶνος γενομένου, ἐῤῥέθη παρὰ θεατῶν περὶ τοῦ Θησέως· ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς, *cum æquis viribus decertatum esset, à spectatoribus dictum est de Theseo: alter hic est Hercules!* Photius in *Biblioth. p. m.* 251. adi quoque Eustathium *in Iliad. p.* 589. Videtur toties renatum illud proverbium, quoties aliquis viribus & lacertis Herculem referens in mundo fuit. uti dicimus, ἄλλος οὗτος Παλαίφατος, cum quis fabulosa more Palæphati veris pingit coloribus. Ita Plinius *Jun. Valentem, quod mulum suum humeris tulisset, Herculem Rusticellum*, dictum refert ex Varrone *lib.* VII. *cap.* 20. Servius *in* VIII. *Æneid.* ex Verrio Flacco negat, *Cacum* ab Hercule interfectum. Pastorem enim fuisse ait, nomine *Garanum*, qui magnarum virium adminiculo Cacum elisit. *omnes* enim *magnarum* virium *apud Veteres* Hercules *dictos esse*, inquit. & iterum *p.* 521. *Herculis mos fuit, ut etiam non rogatus laborantibus subveniret. Tunc enim, sicut Varro dicit, omnes, qui fecerunt fortiter, Hercules vocabantur* &c. KUHN.

ΚΕΦ. κγ'.

Περὶ Κελτῶν εὐτολμίας.

Ἀνθρώπων ἐγὼ ἀκούω φιλοκινδυνοτάτους εἶναι τοὺς [1] Κελτούς. [2] Τῶν ᾀσμάτων οὖν ὑποθέσεις ποιοῦνται τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἀποθανόντας ἐν τῷ πολέμῳ καλῶς. Καὶ μάχονται δὲ

CAP. XXIII.

De Celtarum audacia.

Omnium hominum ad subeunda pericula promptissimos esse Celtas audio. Proinde canticorum materiam faciunt Homines, qui in bello pulchra morte occubuerunt. Et

1 Κελτὺς] Proprie & primum sic appellati sunt Galli Narbonenses, si fides Straboni *lib.* IV. *pag.* 189. qui tamen addit, ab his dein propter eorum gloriam ad alios quoque translatam hanc appellationem. Certe tertia & præcipua pars omnium Gallorum proprie ornata vulgo fuit hoc Nomine: immo communiter etiam omnes Galli, à Græcis maxime, Κελτοὶ dicebantur, ut vel ex Appiani *Celticis* liquet. Neque dubito, quin ex hoc Nomine, utpote antiquiore, formatum dein sit, per diversam tantum pronunciationem, commune illud Γαλατῶν & *Gallorum* Nomen. Sed & hinc factum, ut Græci, qui Septentrionales Europæ populos non satis norant distinguere, ista Κελτῶν appellatione etiam Germanos sæpe intellexerint, quod notum est satis, & minus mirum videri debet, quum & Romani sæpe *Gallos* & *Germanos* confuderint. Vide Castilioneum & Glareanum *ad Sallustii Jug.* 114. & Lipsium *ad Plinii Paneg.* ubi is *Germaniam* etiam *Alpibus & Pyrenæo monte muniri* ait. Diserte Suidas: Κελτοὶ, ὄνομα ἔθνυς, οἱ λεγόμενοι Γερμανοί. *Celtæ, nomen Gentis, qui dicuntur etiam Germani.* Ita ergo etiam Noster Κελτὺς hic nominavit, intelligens Germanos. Nam, quæ sequuntur, de *Germanis* maxime tradita sunt à Veteribus. Veluti præter cetera, de quibus mox, etiam hoc ipsum, quod ait Celtas esse φιλοκινδυνοτάτυς. Cum eo enim conferri velim, quod ait Tacitus *de Moribus Germ. cap.* 14. *Si civitas, in qua orti sunt, longa pace & otio torpeat, plerique nobilium adolescentium petunt ultro eas nationes, quæ tum bellum aliquod gerunt, quia & ingrata genti quies, & facilius inter ancipitia clarescunt.* Vides ultro eos *periculis* se offerre. Quod de *Canticis* proxime sequitur, idem testatur etiam Tacitus *cap.* 2. de Germanis. *Celebrant Carminibus antiquis, quod unum apud illos memoriæ & annalium genus est, Tuistonem* &c. Et mox: *Herculem primum omnium virorum fortium ituri in prœlia canunt.* Vide ibi Notas. PERIZ.

2 Τῶν ᾀσμάτων] Vide quæ notata sunt nobis *lib.* IX. *cap.* 34. SCHEFF.

Τῶν ᾀσμάτων ὑποθέσεις] MS. Sluisk. τῶν ᾀσμάτων ὑποθέσεων, corrupte. pro quo Mediceus τῶν ᾀσμάτων ὑπόθεσιν.

3 Ἀλλὰ καὶ τρόπαια &c.] Arminius apud Tacit. *Ann.* I. 59. *Cerni adhuc Germanorum in lucis signa Romana, quæ Diis patriis suspenderit.* PERIZ.

4 Οὕτως ἐστὶ αἰσχρὸν] Hæc ex Ephoro videtur Noster habere. Consule Strabonem *lib.* VII. cui figmenta sunt. Historia legitur apud Stobæum quoque *sermon.* VII. 49. & 48. ex Nicolao Damasceno, & Aristotelem *lib.* II. *Eud. cap.* I. itemque in *Nicomachicis*, loco quem mox indicabo. SCHEFF.

5 Παραλαμβανομένους ὑπὸ τοῦ πυρὸς] Recte putem Kuhnium in Indice maluisse περιλαμβανομένους, *circumdatos.* Nam sic v. 6. περιληφθεὶς ὑπὸ τῆς φλογός. PERIZ.

6 Πολλοὶ δὲ] Cimbris, non Celtis hæc attribuit is, quem modo dixi. SCHEFF. Muretus *Gallis* vindicat *not. in Horat. Od.* 12. *lib.* III. KUHN.

Πολλοὶ δὲ &c.] Vel hinc maxime patet, intelli-

δὲ ἐστεφανωμένοι, [3] ἀλλὰ καὶ τρόπαια ἐγείρουσιν, ἅμα τε ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις σεμνυνόμενοι, καὶ ὑπομνήματα αὑτῶν τῆς ἀρετῆς ἀπολείποντες ἑλληνικῶς. [4] Οὕτως δὲ αἰσχρὸν νομίζουσι τὸ φεύγειν, ὡς μηδὲ ἐκ τῶν οἰκιῶν κατολισθαινουσῶν καὶ ἐμπιπτουσῶν πολλάκις ἀποδιδράσκειν, ἀλλὰ μηδὲ πιμπραμένων αὐτῶν, [5] περιλαμβανομένους ὑπὸ τοῦ πυρός. [6] Πολλοὶ δὲ καὶ [7] ἐπικλύζουσαν τὴν θάλασσαν ὑπομένουσιν· εἰσὶ δὲ καὶ οἱ ὅπλα λαμβάνοντες ἐμπίπτουσι τοῖς κύμασι, καὶ τὴν φορὰν αὐτῶν εἰσδέχονται, γυμνὰ τὰ ξίφη καὶ τὰ δόρατα προσείοντες, ὥσπερουν ἢ φοβῆσαι δυνάμενοι, ἢ τρῶσαι.

ΚΕΦ.

Et coronati pugnas ineunt, sed & Tropæa erigunt, simul gloriantes rebus gestis, simul Græcorum more monimenta suæ virtutis *posteritati* relinquentes. Adeo vero turpe ducunt fugere, ut sæpe ne è corruentibus quidem & incidentibus ædibus effugiant, sed neque ex iis ardentibus, quando ipsi jam igni comprehenduntur. Multi vero etiam inundans mare sustinent: sunt etiam, qui arma capientes in fluctus irruant, & eorum impetum excipiant, nudos gladios & hastas intentantes, perinde ac si vel terrere eos, vel vulnerare possent.

CAP.

telligi potissimum *Germanos*, siquidem diserte hoc ipsum Strabo *lib.* VII. *pag.* 293. de *Germanis* agens, tribuit *Cimbris* & *Celtis.* Οὐκ εὖ δ' οὐδ' ὁ φήσας ὅπλα αἱρεῖσθαι πρὸς τὰς πλημμυρίδας τοὺς Κίμβρους, οὐδ' ὅτι ἀφοβίαν οἱ Κελτοὶ ἀσκοῦντες κατακλύζεσθαι τὰς οἰκίας ὑπομένουσιν, εἶτ' ἀνοικοδομοῦσι: *Haud recte neque ille, qui tradidit, Cimbros arma capere contra exundationes, neque Celtas contra metum se exercentes pati domos suas inundari, & novas denuo exstruere.* Nullum est dubium, quin ex illo Auctore, quem respexit Strabo, Noster hæc hauserit. Junguntur autem *Cimbri* & *Celtæ*, quia passim à Veteribus *Cimbri* in extrema licet Germania, procul à Gallia siti, *Celtis* vel *Gallis* tamen adscribuntur. Sic Appianus Κελτικ. *Cimbros*, qui aliquot Duces Romanorum vicerant, & castris exuerant, at mox ipsi à Mario deleti sunt, appellat πλεῖστόν τι, καὶ μαχιμώτατον, τῇ τε ἡλικίᾳ μάλιστα φοβερώτατον, χρῆμα Κελτῶν, quos addit irruisse in Italiam καὶ τὴν Γαλατίαν. Neque aliter Florus III. 3. *Cimbri, Teutoni, atque Tigurini, ab extremis GALLIÆ profugi, quum terras eorum inundasset Oceanus, novas sedes quærebant.* Liquet ex his, quando ista contra fluctus pugna etiam *Celtis* aut *Gallis* tribuitur à quibusdam Scriptoribus, revera tamen hanc fabulam ortam apud Romanos ex narratione de *Cimbris* accepta, atque adeo eos potissimum, vel vicinos ipsis Germanos, seu Teutonos, *Celtarum* seu *Gallorum* nomine in hac fabula intelligendos. PERIZ.

7 Ἐπικλύζουσαν τὴν θάλασσαν] Μαινομένους tales ac ἀναλγήτους nominat Philosophus *lib.* III. *Nicomach. cap.* 10. εἰ μηδὲν φοβοῖτο μήτε σεισμὸν, μήτε τὰ κύματα, καθάπερ φασὶ τοὺς Κελτούς. SCHEFF. Polybius *lib.* II. *Celtis* impingit τόλμαν, *audaciam*, θυμὸν, *iracundiam*, ἄνοιαν, *amentiam*, φιλοδοξίαν, *gloriolæ studium*, ἀλογιστίαν, ἀθεσίαν, *vecordiam*, *sublestam fidem.* Alexander eos vocat ἀλαζόνας, *jactabundos*, quia interroganti, quid in rebus humanis maximum ipsis terrorem incuteret? præter opinionem responderant, δεδιέναι, μήποτε αὐτοῖς οὐρανὸς ἐμπέσοι, *se timere, ne fractum in se ruat cælum.* Arrian. *lib.* I. KUHN.

ΚΕΦ. κδ'.

Περὶ Σμινδυρίδου ἁβροδιαίτης, καὶ ἀδδηφαγίας.

[1] Σμινδυρίδην τὸν Συβαρίτην λέγουσιν ἐπὶ τοσοῦτον τρυφῆς ἐξοκεῖλαι, ὡς εἰς Σικυῶνα αὐτὸν ἀφικέσθαι, μνηστῆρα [2] Ἀγαρίστης τῆς Κλεισθένους, καὶ ἐπάγεσθαι [3] χιλίους μὲν μαγείρους, τοσούτους δὲ ὀρνιθευτὰς, καὶ ἁλιεῖς χιλίους.

CAP. XXIV.

De Smindyridæ deliciis in cibo, & voracitate.

Smindyriden Sybaritam uſque adeo in luxuriam erupiſſe perhibent, ut, procus Agariſtæ, Cliſthenis filiæ, Sicyonem veniret, & mille coquos, totidemque aucupes, atque mille piſcatores adduceret.

ΚΕΦ.

CAP.

1 Σμινδυρίδην] Auctor hujus rei eſt Herodotus *libro* VI. Vide Athenæum *lib.* XII. Meminit & Diodorus Siculus in *Excerpt. lib.* VI. ſed Μινδυρίδης ei ſcribitur. SCHEFF.

2 Ἀγαρίστης τῆς Κλεισθένους] *Cliſthenes* hic fuit Sicyonis Tyrannus, qui Olympiis primum victor quadrigis, pronunciavit ſe optimo & præſtantiſſimo Græcorum deſponſurum Filiam, quam habebat, *Agariſten.* Venerunt ergo ex omni Græcia magno numero proci, quos enumerat Herodotus VI. 127. Deſpondit autem eam Megacli Athenienſi, Filio Alcmæonis: unde ortus Cliſthenes Athenienſis, qui poſt Piſiſtratidas ejectos Remp. Athenienſium ordinavit, & X. Tribus inſtituit. Vixit autem Sicyonius ille tempore Solonis. PERIZ. Adde Suidam in Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ.

3 Χιλίους μὲν μαγείρους &c.] Dubitem, an Auctor recte perceperit mentem illorum, unde hæc hauſit: quumque illi traderent habuiſſe eum in univerſum Mille Coquos, Aucupes, & Piſcatores, ille hoc ita acceperit, quaſi habuiſſet Smindyrides Mille Coquos, & Mille Aucupes, & Mille Piſcatores. Certe Athenæus, quem ſequi ſolet, bis iſti Sybaritæ tribuit mille in univerſum ſervos VI. 21. Χιλίους συνεπήγετο οἰκέτας, ἁλιεῖς, ὀρνιθευτὰς, καὶ μαγείρους, *Mille ſecum adduxit ſervos, qui erant Piſcatores, Aucupes, & Coqui.* Et XII. II. brevius, εἵποντο αὐτῷ χίλιοι μάγειροι καὶ ὀρνιθευταὶ, *ſequebantur eum mille Coqui & Aucupes.* De *Smindyride* ipſo Vide *ad* IX. 24. PERIZ.

ΚΕΦ. κέ.

Πολλοὶ τῶν ἀρίστων τίνων ὤναντο καὶ † ἀπήλαυσαν.

[1] Ὤναντο ἄρα καὶ [2] Ὀδυσσεὺς Αλκίνου, καὶ [3] Αχιλλεὺς Χείρωνος,

† ἀπέλαυσαν.

CAP. XXV.

A quibus multi clarissimi viri adjuti, & fructum aliquem ceperint.

Utilitatem quandam perceperunt etiam Ulysses ex Alcinoo, & A-

1 Ὤναντο] Notat eadem Pausanias in *Atticis* & viros claros poëtasque regibus quondam familiares fuisse scribit: Docetque exemplo Dionysii, qui Philoxenum, Antigoni, qui Antagoram Rhodium & Aratum Solensem secum habuerunt. SCHEFF.

2 Ὀδυσσεὺς Αλκίνου] Cum è mari ad littus esset ejectus, rerum omnium inops. Homer. *Odyss.* H. Plato tamen ei jungit *Palamedem*, *epistola* 2. non *Alcinoum*. SCHEFF.

Ὀδυσσεὺς Αλκίνου] Priora hujus Capitis sumpta sunt omnia ex Homero. Illi autem, ex quibus utile quid percepisse dicuntur Heroes Homerici, non fuere omnes perpetui eorum Comites aut consiliarii, sed qualescunque amici, qui aliquando illis facto, vel consilio, utiles fuerunt. Veluti iste Alcinous Rex Phæacum Ulyssi, quando hic naufragus ad eum pervenit, & ejus operâ vel jussu reductus est Ithacam. Videatur *Odyss.* H. & N. Sapientiam ejus laudat Hom. *Odyss.* Z. 12. ubi dicitur Θεῶν ἄπο μήδεα εἰδὼς, *à Diis consilia edoctus.* Ceterum à Platone *Epist.* 2. jungitur Ulyssi Amicus & Socius *Palamedes*, ut notat hic loci Schefferus. Ego vero non dubito, quin, cum *Palamedi* inimicissimus fuerit Ulysses, ex caussa, quam etiam Noster exponit XIII. 12. & uterque contrariæ semper fuerit factionis, legendum ergo istic sit, non Παλαμήδη, sed Διομήδη. *Diomedi* enim amicus semper, & socius, & adjutor fuit Ulysses. Hinc quando Diomedes mittebatur ad castra Trojanorum exploranda, jubebaturque sibi socium ex omnibus eligere, Ulyssem elegit, tanquam virum maxime prudentem, quem amet Pallas, qui consilio valeat, quo comite etiam ex ipso rediret incendio. Vide omnino Homerum *Iliad.* K, *v.* 242. & *seqq.* PERIZ.

3 Αχιλλεὺς] Vide Liban. *declam.* IV. Platon. *de Rep.* III. SCHEFF. Achillem à Chirone bellis imbutum Dictys *lib.* I. *B. T.* ait. Phœnicem vero eidem custodem & rectorem datum. apud Photium ejus monitor vel μνήμων est *Noëmon* Carthaginensis an Chalcedonensis? *pag.* 244. *Edit. Hœsch.* vid. Meurs. *ad Lycophronem pag.* 158. KUHN.

Αχιλλεὺς Χείρωνος &c.] Ex Homero hæc dixi sumpta, non ex Aliis. Respicitur autem Locus *Iliad.* Λ. *v.* 829.

—— ἐπὶ δ' ἤπια φάρμακα πάσσε,
Εσθλὰ, τά σε προτί φασιν Αχιλλῆος δεδιδάχθαι,
Ον Χείρων ἐδίδαξε, δικαιότατος Κενταύρων.

Et lenia medicamenta insperge, Bona, quæ te ajunt ab Achille edoctum esse, Quem Chiron docuit justissimus Centaurorum. De *Chirone* Centauro, Medicinæ chirurgicæ inventore, Vide Hyginum *fab.* 274. Adde Apollodorum II. 4. PERIZ.

4 Πάτροκλος] A quo & vivus dilectus, & mortuus sepultus est. Vide Homerum *Iliad.* Ψ. Adde tamen etiam Platonem in *Convivio p. m.* 180. SCHEFF.

5 Νέστορος] Qui ei passim adest consilio suo. Vide Homer. *Iliad.* I. Plato *epist.* 2. IDEM.

6 Μενελάου] Qui eum docuit rationem inveniendi patris, Ulyssis. Homerus *Odyss.* Δ. IDEM.

Τηλέμαχος Μενελάου] Respicit *Odyss.* Δ. ubi *Telemachus* Ulyssis F. contendit ex consilio Nestoris ad *Menelaum*, recens reducem ex sua peregrinatione, ut ex eo quid certi cognoscat de Patre suo. Vide *Versum* 162. 163.

νος, καὶ [4] Πάτροκλος Ἀχιλλέως, καὶ Ἀγαμέμνων [5] Νέστορος, καὶ [6] Τηλέμαχος Μενελάου, καὶ [7] Ἕκτωρ Πολυδάμαντος, ἐν οἷς αὐτῷ προσεῖχε, καὶ οἱ [8] Τρῶες Ἀντήνορος· καὶ οἱ Πυθαγόρειοι μὲν ὁμιληταὶ, Πυθαγόρου ὤναντο· οἱ Δημοκρίτειοι δὲ, συγγενόμενοι Δημοκρίτῳ, πολλῶν ἀπήλαυσαν. Σοκράτει δὲ εἰ προσεῖχον οἱ Ἀθηναῖοι, [9] πάντα ἂν ἐγένοντο εὐδαίμονες, [10] εἰ ἐφιλοσόφουν. Καὶ [11] Ἱέρων δὲ [12] ὁ Δεινομένους,

Achilles Chirone, & Patroclus Achille, & Agamemnon Neſtore, & Telemachus Menelao, & Hector Polydamante, in quibus ei paruit, & Troës Antenore. Et Pythagorici quidem comites a Pythagora ſunt adjuti; Democritei vero, multum ex eo, quod cum Democrito vixerunt, perceperunt fructum. Quod ſi Socratem Athenienſes audiviſſent, omni ex parte beati fuiſſent, ac ſapientiæ operam dediſſent. Sed & Hiero Dinomenis filius

163. &c. Sed & *Menelaus* eum docet, detineri Ulyſſem à Calypſo: Vide *verſum* 555. & *ſeqq.* Ac dein multis cum muneribus eum dimittit, *Odyſſ.* o. De *Neſtore*, quem Homerum *Agamemnoni* perpetuum quaſi conſiliarium & moderatorem addidit, res eſt notiſſima. Periz.

7 Πολυδάμαντος] Qui eum monet de retrocedendo aliiſque. Homer. *Odyſſ.* Δ. Scheff. Poſt Πολυδάμαντος non ponenda eſt τελεία στιγμὴ. Nam ſequentia ἐν οἷς αὐτῷ προσεῖχεν (ita enim legerem pro προσεῖχον) ad Hectorem referuntur, quem non in omnibus bene monenti obtemperaſſe *Polydamanti*, his verbis Noſter innuit, id quod ex Homero ſatis liquet, *Il.* Δ. ubi Hector ſaluberrimo Polydamantis conſilio damnato, exercitum Achilli concidendum loco iniquiſſimo tradidit. Πολυδάμας ἐσθλὴν φράζετο βουλὴν, *bonum excogitarat conſilium*, ut ſcilicet mœnibus ſe contra hoſtem tuerentur Trojani, Hector vero κακὰ μητιόων, *mala meditatus*, ſub dio caſtra maluit habere. nec tamen recepta interpunctio planè rejicienda eſt. Kuhn.

Ἕκτωρ Πολυδάμαντος &c.] Etiam hic Auctor ante oculos habuit *Iliad.* M. ubi Homerus inducit ſemper adſtantem *Hectori Polydamantem*, & eum monentem; Hinc ſæpius ille apud Homerum legitur verſus,

Δὴ τότε Πουλυδάμας θρασὺν Ἕκτορα εἶπε παραστάς.

Tum vero Polydamas ferocem Hectorem allocutus eſt adſtans, ſcil. in prœlio. Vide *Iliad.* M. *v.* 60. & 210. & N. 725. Videmus autem iſtic bis obtemperare *Hectorem* conſilio *Polydamantis*, ſemel id aſpernari, ſed male, ſiquidem ipſe tunc vulneratus fuit, & multi perierunt Trojani. Unde non dubito, quin ſequentia ſint hiſce jungenda, ſecus quam factum in aliis Edd. legendumque, ἐν οἷς αὐτῷ προσεῖχεν, quod & Kuhnius maluit. Adde & *Iliad.* Σ. 249. ubi comparantur inter ſe *Hector* & *Polydamas*, ut amici, & eadem nocte nati, ſed alter conſilio, alter manu pugnando, omnes exſuperans: & ubi iterum Hector prudentiſſimo ejus conſilio non paret *v.* 284. &c. Periz.

8 Ἀντήνορος] Qui Helenam ſuadet reſtitui. Idem *Il.* H. Scheff.

Τρῶες Ἀντήνορος] *Antenorem* inter Senes Trojanos conſultantes de rep. memorat Homerus *Iliad.* Γ. 148. Sed & inter hos præcipuum illum jungit Priamo, adſidentem ei ſolum in curru *v.* 262. & 312. Denique concionantem ad *Trojanos*, ſuadentemque, ut Græcis reddatur Helena, inducit *Iliad.* H. 347. Periz.

9 Πάντα εὐδαίμονες] Sic apud Suidam *v.* Ἀνήνυτον ex MS. Leidenſi. πάντα δυνατόν. ubi vulgo πάντη legitur.

10 Εἰ ἐφιλοσόφουν] Legendum καὶ γὰρ ἂν ἐφιλοσόφουν, i. e. *philoſophati eſſent.* Faber. Mihi gloſſam, ſuperioris εἰ προσεῖχον Σωκράτει ſa-

νους, [13] Σιμωνίδου τοῦ Κείου [14] ἀπήλαυσε, καὶ Πολυκράτης [15] Ανακρέοντος, καὶ [16] Ξενοφῶντος [17] Πρόξενος, καὶ Αντίγονος Ζήνωνος. [18] Ινα δέ μοι, καὶ τῶν ἐμοὶ προσηκόντων, οὐδὲν ἧττον, ἤπερ καὶ οἱ Ελληνες προσήκουσι, μεμνήσωμαι· [19] Διαφέρει δέ μοι καὶ τούτων, εἴγε Ρωμαῖός εἰμι. Καὶ Λεύκολλος [20] Αντιόχου τι ὤνατο τοῦ Ασκαλωνίτου, καὶ Μαικήνας [21] Αρείου, καὶ

filius usus est utiliter sibi Simonide Ceo, & Polycrates Anacreonte, & Xenophonte Proxenus, & Antigonus Zenone. Ut vero eos quoque commemorem, qui non minus ad me pertinent Græci: mea vero interest etiam res illorum, quum sim Romanus. Etiam Lucullo profuit aliquantum Antiochus Ascalonita, & Mæcenati Arius, & Ciceroni

sapere videntur. SCHEFF. Pro εἰ legerem simpliciter καὶ & res erit in vado, ni fallor. KUHN.

Εἰ ἐφιλοσόφουν] Subleſtæ hæc ſunt fidei. Faber legit καὶ γὰρ ἂν ἐφιλοσόφουν. At Kuhnius ſi pro εἰ ſimpliciter legatur καὶ, rem putat in vado fore. Atque id voluit ſane etiam Geſnerus, vertens primus *ac*. Ego vero vel ſic aſſentiar Scheffero, qui arbitratur gloſſam eſſe ſuperiorum, εἰ προσεῖχον Σωκράτει. PERIZ.

11 Ιέρων &c.] Confer Pauſaniam *Atticis cap.* 2. uti & ipſe *Hieroni Simonidem* addit, ac *Polycrati Anacreontem*. Vide & Noſtrum IV. 15. de *Hierone* ac *Simonide*, Et IX. 4. de *Polycrate* & *Anacreonte*. IDEM.

12 Ο Δεινομένους] Qui fuit Siculus: oraculoque filios Tyrannos futuros accepit. vid. Plut. *de Pyth. Orac.* SCHEFF.

13 Σιμωνίδου] Diſcas ex Platonis *epiſt.* 2. Xenoph. *Hierone*. Athenæo *lib.* XIV. *cap.* 21. Adde *ſupra* IV. *cap.* 15. IDEM.

14 Απήλαυσε] Geſnerus legit ἀπέλαυσε. Sed non opus eſt mutatione, prius enim Atticum, poſterius commune eſt. KUHN.

15 Ανακρέοντος] Firmat Herodotus *lib.* III. SCHEFF. Max. Tyrius. *diſſert.* XXI. Ανακρέων Σαμίοις Πολυκράτην ἡμέρωσε, κεράσας τυραννίδι ἔρωτα Σμερδίου καὶ Κλεοβούλου κόμην καὶ αὐλοὺς Βαθύλλου καὶ ᾠδὴν Ιωνικήν. *Anacreon Samiis Polycratem reddidit mitiorem, dum Tyrannidem amore Smerdii, & comâ Cleobuli & tibiis Bathylli & canticis Jonicis temperavit.* KUHN.

16 Ξενοφῶντος] Laërtius in *vita ejus*, qui & de Zenone. SCHEFF.

17 Πρόξενος] Bœotus hic fuit, Gorgiæ Leontini Auditor, Vetus *Xenophontis* amicus & hoſpes, atque ideo, quum apud Cyrum Minorem in Aſia ageret, amicitiam quoque inter Cyrum & Xenophontem conciliavit. Vide Xenoph. Ανάβασιν Κύρου. De *Zenone* & *Antigono* Vide VII. 14. & IX. 26. PERIZ.

18 Ινα δέ μοι] Lego πῶς δὲ μὴ, ut ſit nota interrogationis poſt μεμνήσομαι. vel ἵνα δὲ καὶ τῶν ἐμοὶ προσηκόντων. GESNER. Nil mutandum. FABER. Benè. KUHN.

Ινα δέ μοι &c.] Geſnerus ſuſpectum habuit illud μοι, maluitque, πῶς δὲ μή: at Pariſina Liberti Editio jubet potius deleri μοι. Faber & Kuhnius nihil mutandum ajunt. Et recte. Solent enim Græci eleganter talem Dativum cuicunque orationi addere. Lucian. *de Morte Peregr. init.* καὶ νῦν ἐκεῖνος ἀπηνθράκωταί σοι, *Et nunc ille in cinerem Tibi eſt redactus*, ubi prorſus παρέλκει illud Σοι. Nihil enim ad eum pertinebat Peregrinus ille. Et *paulo poſt*, ὀλίγου δεῖν ὑπὸ τῶν Κυνικῶν ἐγώ σοι διεσπάσθην, *parum aberat, quin à Cynicis Ego Tibi diſcerptus fuiſſem.* Nec minus Latini. Salluſt. *Catil.* 52. *Hic mihi quiſquam miſericordiam nominat.* Vide quæ notavi *ad Sanctii Minervam pag.* 125. Ipſe Ælianus *ſupra* IX. 4. μὴ γάρ τις ἡμῖν διαβαλλέτω τὸν ποιητήν, *ne quis mihi traducat illum poetam.* PERIZ.

19 Διαφέρει δέ μοι καὶ τούτων, εἴγε &c.] Quorum Τούτων? Interpres vertit, *nam Romanorum meminiſſe mea intereſt.* Atqui in Superioribus necdum nominaverat *Romanos*. Deſignaverat tamen per τῶν ἐμοὶ προσηκόντων. Sed ut vere dicam, putem pene per Τούτων hic intelligi

Ελλη-

καὶ Κικέρων [22] Ἀπολλωνίου, καὶ ὁ Σεβαστὸς [23] Ἀθηνοδώρου. Πλάτων δὲ, ἐμοῦ καί τοι σοφώτερος ὢν, [24] λέγει, ὅτι καὶ Ζεὺς εἶχε σύμβουλον· τίνα

ceroni Apollonius, & Augusto Athenodorus. Plato vero, qui me est sapientior, Jovem etiam habuisse aliquem à consiliis dicit: quem vero,

Ελληνας, qui proximo nominantur loco, legendumque εἰ καὶ Ρωμ. Sensu certe opportunissimo. *Ut vero & eos memorem, qui ad me pertinent non minus, quam pertinent & Græci. Illi vero etiam pertinent ad me, quamvis Romanus sim.* Forte, quia oriundus erat ex Græcis, vel eorum studia colebat. Res relicta sit cujusvis arbitrio. Idem.

20 Ἀντιόχου] Plutarchus in *Lucullo*. Scheff.

Ἀντιόχου] Erat hic *Antiochus Ascalonita*, Veteris Academiæ instaurator, vel Quintæ Conditor, sed qui transiisse tandem dicitur ad Stoicos. Vide Cicer. *Acad. Quæst.* iv. passim. Et Plut. in *Lucullo*, & *Cicerone*, quorum Hic Auditor ejus fuit, Ille vero etiam contubernalem habuit. Periz.

21 Ἀρείου] Meminit Philosophi hujus Plutarchus in *Antonio*, & *alibi*. Est autem ille ipse qui Suetonio *Areus*, *vita Octavii*, *c.* 89. Scheff. Vide & Dionem in *Augusto* apud Xiphilin. Kuhn.

Ἀρείου] Alexandrinus ille fuit, non *Mæcenatis* solum præceptor, sed & ipsius Augusti contubernalis, qui ejus gratiæ dedit, quod pepercit Alexandrinis, ut tradit Plutarchus *in Præceptis Politicis*. Vide & Jonsium *de Scriptoribus Hist. Philos.* iii. i. Periz.

22 Ἀπολλωνίου] Molonis. Plutarch. *vita Ciceronis*. Scheff.

Ἀπολλωνίου] Celeberrimus hic est ex illis Scriptoribus, qui *Ciceronis* & *Julii Cæsaris* vitam memoriæ prodiderunt, quoniam uterque Rhodum enavigavit, ut clarissimo huic dicendi Magistro operam daret. Periz.

23 Ἀθηνοδώρου] De hoc nil Suetonius, quod miror. imo Areum potius hoc nomine, ejusque filios laudat. Nec satis convenit in nostrum tempus, cum Cato eum, ætate jam provectum senemque audiverit Pergami, idque adhuc juvenis. Fuit autem Augustus puer pæne, cum Cato moreretur. Ego sane hic de fide Nostri ambigo. Scheff. Non est, quod quisquam de fide Nostri vel tantillum addubitet. Fuit enim Athenodorus quo usus est magistro Augustus, ê Stoa Philosophus, Tharsis oriundus, filius Sardonis, qui Κανανίτης, à vico quodam dictus. Hic καθηγήσατο Καίσαρος καὶ τιμῆς ἔτυχε μεγάλης· κατιὼν δὲ εἰς Πατρίδα ἤδη γηραιὸς, κατέλυσε τὴν καθεστῶσαν πολιτείαν &c. *Cæsarem erudivit, magnumque consecutus honorem jam senex in patriam rediit, statumque reipublicæ vacillantem in melius mutavit.* Ab hoc Athenodoro probe distinguendus est alius hujus nominis Stoicus, qui Tharsensis quidem fuit, sed cognomen *Cordylionis* habuit, & penes *Marcum Catonem* vixit obiitque, ut accuratè tradit Strabo *lib.* xiv. *pag.* 463. Lucianus in *Macrobiis*. Ἀπολλόδωρος ὁ Περγαμηνὸς ῥήτωρ, θεοῦ Καίσαρος Σεβαστοῦ διδάσκαλος γενόμενος, καὶ σὺν Ἀθηνοδώρῳ τῷ Θαρσεῖ φιλοσόφῳ παιδεύσας αὐτὸν ἔζησε ταυτὰ τῷ Ἀθηνοδώρῳ ἔτη ὀγδοήκοντα δύο, *Apollodorus Pergamenus Rhetor D. Cæsaris Augusti præceptor & una cum Athenodoro Tharsensi Philosopho eum instituens octoginta duos annos vixit æque ac Athenodorus.* Hic est ille, qui Augusto suasit, ut iratus nihil aut diceret aut faceret, antequam viginti quatuor literas Græcorum secum percensuisset. Plutarchus in *fine Apophtheg. Reg. & Imper.* qui in operta lectica ad Augustum pro muliere illatus, & stricto gladio prosiliens, οὐ φοβῇ, inquit, μή τίς σε οὕτως εἰσελθὼν ἀποκτείνῃ, *an non times. ne quis ita tibi obrepens capiti tuo insidietur?* Xiphilinus in *August.* Hæc ad Nostri defensionem dicta sint. confer Dionis Chrysost. *Tharsicam* i. Kuhn.

Ἀθηνοδώρου] Confudit Schefferus duos *Athenodoros* Tarsenses, quorum alter Catoni Uticensi convixit, alter Augusto, quos disertissime distinxit Strabo *lib.* xiv. *pag.* 674. Sed satis id jam docuit Cl. Kuhnius. Hic vero Augusti amicus Plutarcho in *Public.* dicitur Ἀθηνόδωρος ὁ Σάνδων, sed leg. haud dubie ὁ Σάνδωνος. Liquet autem ex eo loco, scripsisse illum etiam librum *ad Octaviam* Augusti sororem. Alius vero est, & duplex, error

Τίνα δὲ, καὶ ὅπως, παρ' ἐκείνου μανθάνωμεν.

vero, & quomodo, ab ipſo diſcamus.

error Voſſii *de Hiſtoricis Græcis* II. 5. ubi ait: *De ætate nemo ambigit. Nam Auguſtus eum Tiberio præpoſuit, ut conſtat ex Suetonio, qui ex Auguſti Epiſtola hæc verba adducit cap.* 4. „ Tiberium adoleſcentem ego vero, „ dum tu aberis, quotidie invitabo ad cœ- „ nam, ne ſolus cœnet cum ſuo Sulpicio, „ & Athenodoro. *Immo & Auguſti ipſius præceptor ante fuerat.* Facit ergo eundem, illum Auguſti amicum & præceptorem, & hunc à Suetonio memoratum: & porro putat hunc fuiſſe præceptorem *Tiberii*, per quod nomen ita ſimpliciter poſitum intelligimus ſemper Auguſti in Imperio ſucceſſorem. Secutus eſt Voſſium, ut videtur Menagius, qui ad Laertium *Platone* §. 4. Athenodorum Tarſenſem dicit *Auguſti & Tiberii præceptorem.* Certum autem eſt, Voſſium non inſpexiſſe locum Suetonii, quum iſta ſcriberet. Exhibet enim Epiſtolam illam Auguſti Suetonius non in *Tiberio*, ſed in *Claudio*, qui etiam *Tiberii* nomine in illâ deſignatur ab Auguſto, ut ſolebant pueros, maxime domeſticos & propinquos, (erat autem Liviæ, ad quam ſcribit illa Auguſtus, nepos Claudius) prænominibus ſuis potiſſimum ornare. Deinde vero liquet jam ex his, *Athenodorum* illum *Sandonis* F. Præceptorem Auguſti, non potuiſſe per ætatem ſuam, eundem eſſe, qui fuit Claudio adoleſcenti familiaris, ſiquidem ille temporê Auguſti, ante mortem Marcelli, jam ſenex valde rediit in patriam, eamque male adminiſtratam per Antonii amicum, Boethum, reſtituit, & cui Athenodoro iſtic mortuo ſucceſſit in adminiſtratione Reip. Neſtor, Præceptor Marcelli, & Imp. Tiberii. Vide Strabonem *d. l. p.* 674. 675. & Lucianum in *Macrobiis* de Utroque. PERIZ.

24 Ζεῦς] Non ſatis ſcio quid hic innuat, & utrum Mentem iſtam, ad quam condidiſſe Jupiter omnia dicitur, an Providentiam, num aliud quid deſignet. A Platone ſane ſic expreſſe σύμβουλον Διὸς, quem appellari non recordor. SCHEFF. Momus Διὸς σύμβουλος, *Jovis Conſiliarius*; eſt in brevibus Scholiis Homeri *ſtatim ab initio Iliad.* A. quæ vide. Luciani quoque Juppiter accuſatus Momum in conſilio habet. Apud Platonem fruſtra hæc quæſiveris. puto hæc periiſſe una cum fine Dialogi, qui inſcribitur Κριτίας. *Deos*, *Conſentes & Complices* quos vocant, ſummi Jovis *Conſiliarios* ac principes exiſtimari, Arnobius tradit *lib.* III. *adverſ. Gentes.* vid. Salmaſ. *in Spartianum p. m.* 139. KUHN.

Λέγει, ὅτι καὶ Ζεὺς &c.] *Fruſtra id quæri* ajunt in *Platone*, atque ideo Kuhnius ex Luciano & Scholiis Homeri *ad Iliad.* A. 5. *Momum* nobis memorat *Jovis Conſiliarium.* Ego vero nullus dubito, quin Auctor reſpexerit *Epiſtolam* II. Platonis, ubi ille, comparationem ſui & Dionyſii inſtituens, ſubjicit, plerumque *potentibus* Viris addi aliquem *prudentem*, ſed qui modo concordes, modo diſcordes fuerint: & ſic Pauſaniæ & Hieroni jungit Simonidem, Periandro Thaleten, Pericli Anaxagoram, ſic Creonti Tireſiam, Agamemnoni Neſtorem &c. Denique ait, ὡς δ' ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ Προμηθέα Διῒ ταύτῃ πῃ συνῆγον οἱ πρῶτοι ἄνθρωποι, *ut vero mihi videtur, etiam Promethea Jovi eadem ratione junxerunt primi Homines.* Nempe, antequam Homines eſſent nati, *Promethea* familiariter egiſſe fingunt cum *Jove*, & à Diis accepiſſe munus formandorum animantium, atque ipſorum Hominum, ut ait Plato in *Protagora.* Sed & quum dein Jupiter vellet concumbere cum Thetide, ille monuit eum, ne id faceret, quia in fatis erat, ut ex Thetide naſceretur Filius Patre ſuo validior. Vide Luciani Dialogum *Promethei & Jovis*, ac Apollodorum III. 12. 5. Maxime autem huc pertinet, quod finxerunt Primi Poetæ, *Promethea* junxiſſe ſe *Jovi* in bello contra Titanas & Saturnum, atque ita Jovem *Conſiliis Promethei* viciſſe Saturnum. Æſchylus *Prometheo Vincto*, inducit eum exprobrantem *Jovi*, ſe tunc ultro voluiſſe Jovi συμπαραστατεῖν. Εμαῖς δὲ ΒΟΥΛΑΙΣ, pergit, Ταρτάρου μελαμβαθὴς κευθμὼν καλύπτει τὸν παλαιγενῆ Κρόνον Αὐτοῖσι συμμάχοισι. Τοιάδ' ἐξ ἐμοῦ ὁ τῶν Θεῶν Τύραννος ὠφελημένος &c. *Meis autem CONSILIIS Tartari caliginoſe profunda vorago obtegit antiquum Saturnum cum ſuis Sociis. Talibus Deorum ille Rex a me Adjutus*

tus &c. Habes ergo hic quæſitum adeo illum σύμβολον, *Jovi à primis hominibus additum*, ut ait Plato, & *Jovem Promethei* hujus *Conſiliis Adjutum*, cujus utique rei exempla & Plato iſtic, & Noſter hic loci, collegit. Mox pro μανθάνομεν legendum omnino putem μανθάνωμεν, *diſcamus*. Periz.

ΚΕΦ. κϛʹ.

Περὶ οἰνοφλύγων τινῶν.

Ποτίστατοι γεγόνασιν ἄνθρωποι, ὥσπερ φασὶ, [1] Ξεναγόρας ὁ Ῥόδιος, ὃν ἐκάλουν Ἀμφορέα, καὶ [2] Ἡρακλείδης ὁ πύκτης, καὶ [3] Πρωτέας

CAP. XXVI.

De quibuſdam ebrioſis.

Bibaciſſimi fuerunt homines, ut tradunt *vulgo*, Xenagoras Rhodius, quem Amphoram vocabant, & Heraclides pugil, & Proteas Lanicæ

1 Ξεναγόρας Ῥόδιος] Dubito, an ſe bene habeat hic locus. Video namque apud Athenæum *lib.* x. *cap.* 10. Xenarchum Rhodium potatorem, autore Euphorione. Ξέναρχος ὁ Ῥόδιος διὰ τὴν πολυποσίαν Μετρητὴς ἐπεκαλεῖτο. Nec obſtat diverſitas cognomenti. Eſt enim ſignificationis reſpectu Μετρητὴς & Ἀμφορεὺς idem. Conſule Pollucem *lib.* x. *cap.* 20. Scheff.

Ξεναγόρας ὁ Ῥόδιος] Ita integris literis Uterque Codex, ut adeo putem emendandum ex Noſtro Athenæum, qui *lib.* x. *cap.* 10. *pag.* 436. Ξέναρχον vocat. Quod autem Athenæus eum *Metretam* cognominatum ait, Noſter vero *Amphorea*, id vero ejuſdem eſt ſententiæ, quum *Amphora* & *Metreta* promiſcue à Veteribus adhibeantur. Vide Budæum *lib.* v. *de Aſſe*. Videtur porro ille id cognomen accepiſſe, quod Vini amphoram ebibere fuit ſolitus, ſicuti ignobilis Quæſturæ candidatus à Tiberio apud Sueton. *cap.* 42. *nobiliſſimis antepoſitus eſt ob epotam in convivio, propinante ſe, vini Amphoram.* Quod & Imp. Maximinum ſæpe feciſſe, ſed toto die, teſtatur Capitolinus in *ejus Vita cap.* 4. Periz.

2 Ἡρακλείδης] Meminit Plutarchus in *Sympoſ. lib.* 1. *Quæſtion.* 6. Scheff.

Ἡρακλείδης ὁ πύκτης] Alexandrinus hic videtur fuiſſe, & vixiſſe paulo ante Plutarchum. Solebat autem ille Compotationem ſuam dividere in quatuor partes diei, ſeu tempora cibi capiendi, atque iis ſingulis ille Unus certare identidem cum Novis & Integris in potando adverſariis. Vide Plutarch. *Sympoſ.* 1. 6. Scheff.

3 Πρωτέας ὁ Λανίκης μὲν υἱὸς] Ita Arrianus *lib.* iv. Athenæus ſcribit Λακίννης, non *Lanicis*, ut ex malo codice ſcribit Popma. Sed ſi Alexandri regis fuit nutrix, neque Athenæi, neque Arriani, neque Noſtri recta eſt ſcriptura. legendum enim ὁ Ἑλλανίκης υἱὸς. Curtius *lib.* viii. *cap.* 1. *Hellanice, quæ Alexandrum educaverat, ſoror ejus* &c. Vitium porro videtur eſſe ex eo, quia primæ literæ priori vocabulo erant conjunctæ. Scheff. Λανίκης legendum, non Ἑλλανίκης: nam Λανίκη eſt Λαονίκη. Faber. Sed Laonicem fuiſſe dictam illam nutricem nuſquam hactenus invenio. Scheff. Mihi Λανίκη idem eſt ac Ἑλλανίκη per aphæreſin, ut Ισπανία & Σπανία, *ſcultator* & *auſcultator*, *Lazarus* & *Eleazarus*. Ita etiam διφορεῦντες, Λεξάδιος, Ἐξάδιος, Ὀβελλάρεως & Βελλάρεως, Ὀϊλεὺς & Ἰλεὺς. Etymolog. Magnum in *voce* Ἐξάδιος. Kuhn.

Πρωτέας ὁ Λανίκης] Quum Curtius viii. 1. *Proteæ* Matrem appellet *Hellanicen*, veriſimile videtur, quod voluit Kuhnius, & ante eum Freinshemius, *Lanices* nomen apud Noſtrum & Arrianum, per Aphæreſin ex *Hellanice* formatum. Ceteroquin, abſque illa auctoritate Curtii eſſet, crederem potius cum Fabro, nomen illud eſſe contractum ex *Laonice*. Mulier vero illa, Nutrix fuit Alexandri, cujus ideo σύντροφος dicitur hic *Proteas*, Soror vero Clyti ab Alexandro interfecti. *Proteas* autem viciſſim *Alexandrum* præbi-

τέας ὁ Λανίκης μὲν υἱὸς, Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ βασιλέως σύντροφος· καὶ αὐτὸς δὲ [4] Ἀλέξανδρος λέγεται πλεῖστον πιεῖν ἀνθρώπων.

cæ quidem filius, cum Alexandro autem rege ſimul educatus: ſed & Alexander ipſe plurimum *omnium* hominum bibiſſe dicitur.

præbibendo ad mortem adegit, ſi fides Ephippo apud Athenæum x. 9. Cum enim Alexander illi propinaſſet poculum duorum congiorum, & ille id jam ebibiſſet, mox idem poculum reſumpſit, & denuo præbibit Alexandro, qui id itidem denuo exhaurire tentavit, ſed non potuit, καὶ ἐκ τούτου νοσήσας ἀπέθανε, *& ex eo in morbum implicitus mortem oppetiit.* De *Alexandri* ipſius temulentia vide *ſupra* III. 23. PERIZ.

4 Ἀλέξανδρος] Vide Philinum apud prædictum auctorem, *citato loco.* Et Caryſtium Pergamenum apud Athenæum *lib.* X. SCHEFF.

ΚΕΦ. κζʹ.

Ὅτι ὁ Ἡρακλῆς ἥμερος ἦν τοῖς ἑαυτοῦ πολεμίοις.

Ἡμερώτατά, φασι, τὸν Ἡρακλῆν προσενεχθῆναι τοῖς ἑαυτοῦ πολεμίοις. [1] Πρῶτον γὰρ τῶν ἐξ

CAP. XXVII.

Quod Hercules mitem ſeſe erga hoſtes ſuos præbuerit.

Maxima manſuetudine ferunt Herculem in hoſtes ſuos affectum fuiſſe. Primum enim *hominum,*

1 Πρῶτον γὰρ τῶν] Philochorus Theſeo hoc tribuit, ſed refellitur à Plutarcho, *vita Theſei.* Φιλόχορος, inquit, καὶ σπονδὰς περὶ νεκρῶν ἀναιρέσεως γενέσθαι πρώτας ἐκείνας. ὅτι δὲ Ἡρακλῆς πρῶτος ἀπέδωκε νεκροὺς τοῖς πολεμίοις, ἐν τοῖς περὶ Ἡρακλέους γέγραπται. SCHEFF.

2 Ἀποσπόνδους] Ante enim de cadaveribus occiſorum pugnabant. Patet ex Homeri *Iliad.* N. ubi pugna circa cadaver Alcathoi. *Iliad.* N. ubi ea, circa corpus Sarpedonis & aliorum deſcribitur. Vel certe, quod vult Noſter, inſepulta jacere volebant. Quæ conſuetudo manſit deinde inter Barbaros. Hinc oſſa iſta cæſorum à Germanis disjecta per campos, de quibus Tacit. *An.* I. *cap.* 61. SCHEFF. Pro ἀποσπόνδους legendum ὑποσπόνδους. Cæſi enim in prælio à victoribus ad ſepulturam dabantur victis ὑπόσπονδοι, i. e. *pactis induciis*; quique ita, ut modò dixi, ſuos depoſcebant, hoc ipſo ſe fatebantur victos. Ideoque Lacedæmonii quidam à pugna Leuctrica noluerunt cæſos tolli ὑποσπόνδους, *per inducias*, ſed διὰ μάχης, *manu armata.* Polemarchis autem viſum eſt, interfectorum cadavera induciis factis tollere, νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀναιρεῖσθαι. Quapropter Thebani ἀπέδωσαν νεκροὺς ὑποσπόνδους, quæ Xenophontis verba Noſter ſua fecit hoc loco. vide ejus *lib.* VI. *Hiſt. Græc. p. m.* 466. & 67. Hoc jam ante ab Heraldo obſervatum poſtea legi in *Adverſ. p.* 47. KUHN.

Ἀποσπόνδους] Recte omnino conjecerunt Heraldus & Kuhnius ὑποσπόνδους, quod & Sluisk. diſerte præfert, ut & Paris. Regius Primus ac Tertius, licet hic in margine etiam habeat vulgatum. Atque ideo lubens illud admiſi in textum. Uſitata enim eſt phraſis. Et utitur ea non modo laudatus à Kuhnio Xenophon, idque pluribus locis; (Vide omnino Kirchmannum *Append. ad Funera cap.* 4.) ſed & Thucydides I. 63. καὶ τοὺς νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν τοῖς Ποτιδαιάταις. *Et occiſos per pactum*

ἐξ αἰῶνος νεκροὺς [2] ὑποσπόνδους ἀποδοῦναι ταφησομένους, εἰωθότων τῶν τότε ὀλιγωρεῖν τῶν ἀνῃρημένων, καὶ ἀπολείπειν αὐτοὺς [3] κυνῶν δεῖπνον εἶναι. Καὶ Ὅμηρος·

... [4] Ἑλώρια τεῦχε κύνεσσι.

Καὶ

... [5] Κυσὶ μέλπηθρα γενέσθαι.

ΚΕΦ.

num, qui unquam exſtiterunt, cadavera per pactionem ſuis ad ſepeliendum reddidiſſe, quum ejus temporis homines parum occiſos curare ſolerent, & canibus eos ad veſcendum relinquere. Et *ideo* Homerus:

Atque illos canibus laniandam
præbuit eſcam.

Et

--- *Canibus fieri jucunda voluptas.*

CAP.

pactum reddidere Potidæatis. Ubi Schol. ἐπειδάν τι μέρος ἡττηθῇ τῶν μαχομένων, μὴ δυνάμενον τοὺς νεκροὺς αὐτοῦ λαβεῖν, αἰτεῖ γενέσθαι σπονδὰς, ἕως οὗ λαβὸν θάψῃ, καὶ τότε πάλιν μάχονται. *ubi pars quæpiam pugnantium victa eſt, nec poteſt ſuos occiſos recipere, rogat fieri inducias, uſque dum illos receperit & ſepeliverit; & tunc iterum pugnant.* Polyænus I. 38. 3. Braſidas Athenienſibus pronunciavit ἄδειαν ὑποσπόνδοις ἀπιοῦσιν, *ſecuritatem, ſi per pactum abeant.* Primus autem Hercules hac humanitate uſus dicitur etiam à Plutarcho in *Theſeo*, ſicut primus etiam cadavera cremaſſe. Vide *Schol.* Homeri, & Euſtathium *ad Iliad.* A. 52. PERIZ.

3 Κυνῶν δεῖπνον] Non canum modo, ſed & avium. Homerus *Iliad.* N. *in fine*

——— ἀτὰρ Τρώων κορέεις κύνας ἠδ᾽ οἰωνοὺς
Δημῷ καὶ σάρκεσσι, πεσὼν ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν.

Idem *Iliad.* X.

——— σὲ μὲν κύνες ἠδ᾽ οἰωνοὶ
Ἑλκήσουσ᾽ ἀϊκῶς ———

Intelligitur hinc Goliathi fremitus *lib.* I. *Regum cap.* 17. ubi ad Davidem. *Accede ad me, ut tuum corpus volucribus aëris terreſtribuſque beſtiis tradam.* Et paulo poſt Davidis, reſpondentis ei in hunc modum: *Hodierno die tibi caput auferam, & Palæſtinorum militum cadavera hodierno die volucribus aëris terreſtribuſque feris tradam.* SCHEFF. Homeri loca, quæ citantur, partim *Iliad.* A. partim *Iliad.* P. extant. KUHN.

Κυνῶν δεῖπνον] Res notiſſima ex Homero. Vide Feithii *Antiquitates Homer.* IV. 15. Eandem inhumanitatem exercuit Lyſander in Athenienſes poſt victoriam ad Ægos Potamos Vide Pauſan. in *Bœoticis*, *cap.* 32. Nam tunc jam *ne Hoſtes quidem* ceteri *ſepulturæ invidebant*, ut ait Tacitus *Ann.* I. 22. PERIZ.

4 Ἑλώρια] Ex Homero *Iliad.* A. 4. αὐτοὺς δ᾽ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσι, Οἰωνοῖσί τε πᾶσι. Imitatus eſt Sophocles *Ajace Flagell.* 835. καὶ μὴ ῥιφθῶ κυσὶ πρόβλητος, οἰωνοῖς θ᾽ ἕλωρ, *& ne objiciar Canibus, & volucribus lanianda eſca.* IDEM.

5 Κυσὶ μέλπηθρα &c.] Locutio eſt Homero uſitata. Bis ille hunc verſum de Patroclo reliquit, *Iliad.* P. 255. & Σ. 179.

Πάτροκλον Τρῳῇσι κυσὶν μέλπηθρα γενέσθαι.

IDEM.

ΚΕΦ. κη'.

Περὶ τοῦ ἐν Ἀθήναις Λεωκορίου.

[1] Λεωκόριον Ἀθήνησιν ἐκαλεῖτο τὸ τέμενος τῶν Λεὼ θυγατέρων, [2] Πραξιθέας, καὶ Θεόπης, καὶ Εὐβούλης. Ταύτας δὲ ὑπὲρ τῆς [3] πόλεως τῆς Ἀθηνᾶς ἀναιρεθῆναι λόγος ἔχει, [4] ἐπιδόντος αὐτὰς τοῦ Λεὼ εἰς τὸν χρησμὸν τὸν Δελφικόν. [5] Ἔλεγε

CAP. XXVIII.

De Leocorio Athenienſium.

Leocorium Athenis vocabatur ſacellum filiarum *cujuſdam* Leo, Praxitheæ, & Theopæ, & Eubulæ. Has pro civitate Minervæ occiſas eſſe, fama fert, quum Leos *pater* eas tradidiſſet ad oraculum Delphicum. Dicebat

1 Λεωκόριον] Vide Suidam in hoc nomine. Heſychium, Scholia Thucydidis *lib.* IV. & Ciceronem *l.* III. *de Nat. Deor.* SCHEFF. Adde Meurſium in *Ceramico gemino cap.* 17. KUHN.

Λεωκόριον &c.] De *Leocorio*, & harum Virginum Hiſtoria, copioſe egerunt, quos hic laudat Kuhnius, Meurſius in *Ceramico cap.* 17. & ante eum Leopardus *Emendat.* XIX. 23. PERIZ.

2 Πραξιτέας] Suidas in Λεωκόριον habet Φασιθέαν. KUHN.

Πραξιτέας] Ita perperam ultimæ Edd. Verum eſt, quod reſtitui ex prioribus Edd. & MSS. Πραξιθέας. Suidas tamen in Λεωκόριον appellat Φασιθέαν, Schol. Libanii *ad Declam.* XXVII. Φρασιθέαν. Sed præfero noſtrorum Codd. Lectionem, quum Atticum id ſit Feminæ nomen. Certe enim & Erechtheus uxorem habuit *Praxitheam*. Vide Apollodorum III. 14. & Porphyr. *de Abſtin.* II. 56. PERIZ.

3 Πόλεως τῆς Ἀθηνᾶς] Mediceus πόλεως τῆς Ἀθηναίων.

4 Ἐπιδόντος] Meminit Pauſanias in *Atticis.* & Valeſius *notis in Euſeb. H. E.* 284. SCHEFF.

5 Ἔλεγε γὰρ &c.] Sæpe reſponderunt Oracula & Vates, mactandos eſſe homines, tanquam victimas Diis gratiſſimas, ad avertenda mala publica. Sic ipſe Athenienſium Rex, Erechtheus, Chthoniam filiam ſuam mactare debuit Neptuno, ut ait Hyginus *fab.* 46. vel Proſerpinæ, ut Clemens Alex. in *Protreptico pag.* 27. Iidem Athenienſes Hyacinthi quoque Filias in bello Minois, & inde orta fame ac peſtilentia, immolarunt, teſte Apollodoro III. 14. 8. Sed & Meſſeniis in bello Lacedæmonio reſpondit Oraculum Delphicum, ut Virginem ex nobiliſſima Æpytidarum familia Diis offerrent. Vide Pauſan. *Meſſenicis*, *cap.* 9. Thebanis quoque victoriam deſpondit Tireſias, ἐὰν Μενοικεὺς ὁ Κρέοντος Ἄρει σφάγιον αὑτὸν ἐπιδῷ, *ſi Menœceus Creontis F. Marti ſe dedat victimam*, apud Apollod. III. 6. 7. Nihil itaque mirum, etiam ultro homines ſuperſtitioſos talia feciſſe ſacra, ut graviſſimas calamitates, quibus impliciti tenebantur, depellerent. Philo Byblius in *Phœnic. Hiſtoria* apud Euſeb. *Præpar. Euang.* IV. 16. Ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς ἐν ταῖς μεγάλαις συμφοραῖς τῶν κινδύνων, ἀντὶ τῆς πάντων φθορᾶς, τὸ ἠγαπημένον τῶν τέκνων τοὺς κρατοῦντας ἢ πόλεως ἢ ἔθνους εἰς σφαγὴν ἐπιδιδόναι, λύτρον τοῖς τιμωροῖς δαίμοσι. *Mos erat antiquis, ut in magnis calamitatibus & periculis ii, qui Urbem aut Gentem imperio regebant, Filium maxime dilectum pro omnium exitio mactandum darent, piaculum Diis ultoribus.* Exemplum, ſi deſideramus, ſubjicit ille ibidem Unici Filii, ſed & in Sacris habemus literis II. *Regum* III. 27. ubi Rex Moabitarum victus ab hoſtibus & obſeſſus primogenitum ſibi Filium, &

5 Ἔλεγε γὰρ, μὴ ἂν ἄλλως 6 σωθῆναι τὴν πόλιν, εἰ μὴ ἐκεῖναι σφαγιασθεῖεν.

bat enim *illud*, aliter non poſſe ſervari urbem, niſi illæ mactarentur.

& deſtinatum ſucceſſorem, in muro Urbis immolavit. Hinc ergo per Gentes, ſeu per Pœnos, Italos, Gallos, Germanos, alioſque ſparſa eſt infanda illa ſuperſtitio Homines Diis mactandi. Vide Porphyrium apud Euſeb. *d. l.* & ipſum περὶ ἀποχῆς *lib.* II. §. 54. &c. PERIZ.

6 Σωθῆναι] A fame, qua tum urbs laborabat. Conſule Ariſtidem *tom.* I. *Or. Panath.* Hieronym. *in Jovinian.* habet à peſte, quia forte legerat λοιμὸν in Græco pro λιμὸν. Nam de fame cæteri conſentiunt. SCHEFF. Gentiles in publicis graviſſimiſque calamitatibus ſæpe ad humanas hoſtias decurrerunt, eaſque ad iram Deorum expiandam præ aliis litabiles exiſtimarunt. Sacra hiſtoria in hanc rem documenta æquè ſuppeditat ac profana, de qua Porphyrius *lib.* II. περὶ ἀποχ. ἐμψύχ. Φοίνικες, inquit, ἐν ταῖς μεγάλαις συμφοραῖς ἢ πολέμων, ἢ αὐχμῶν, ἢ λοιμῶν, ἐθύοντο τῶν φιλτάτων τινὰ ἐπιψηφίζοντες Κρόνῳ, καὶ πλήρης ἐστὶν ἡ Φοινικικὴ ἱστορία τῶν θυσάντων, ἣν Σαγχωνιάθων μὲν τῇ Φοινίκων γλώττῃ συνέγραψεν, Φίλων δὲ ὁ Βύβλιος εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν δι᾽ ὀκτὼ βιβλίων ἡρμήνευσε. *Phœnices in magnis calamitatibus ſive belli ſive ſqualidæ ſiccitatis aut peſtis, decreto quædam ex chariſſimis Saturno immolabant, plenaque eſt eorum, qui hæc ſacra fecerunt, Phœnicum hiſtoria, quam Sanchoniathon linguâ Phœniciâ conſcripſit, Philo autem Byblius in Græcam linguam octo libris tranſtulit.* De Leo ante Meurſium quædam congeſſit Leopard. *lib.* XIX. *Emendat. cap.* 23. De ἀνθρωποθυσίαις in ſacris vide Cyrill. *lib.* IV. *contra Julianum pag.* 129. ubi laudatum Porphyrii locum inter alia habebis cum varia lectione. KUHN.

ΚΕΦ. κθ′.

CAP. XXIX.

Τί εἶπεν ὁ Πλάτων περὶ Ἀκραγαντίνων πολυτελείας.

Quid dixerit Plato de Agrigentinorum nimiis ſumptibus.

1 Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος ἰδὼν Ἀκραγαντίνους, καὶ οἰκοδομοῦντας πολυτελῶς, καὶ ὁμοίως δειπνοῦντας, εἶπεν, ὅτι ἄρα οἱ Ἀκραγαντῖνοι οἰκοδομοῦσι μὲν, ὡς ἀεὶ βιωσόμενοι, δειπνοῦσι δὲ, 2 ὡς ἀεὶ τεθνηξόμενοι. 3 Λέγει

Plato filius Ariſtonis, quum videret Agrigentinos, & magnis impenſis ædificare, & eodem modo cœnare, Agrigentini, inquit, ædificant quaſi ſemper victuri, & cœnant, quaſi ſemper morituri. Dicit

1 Πλάτων] Diogenes Laert. Empedocli tribuit hoc verbum de Agrigentinis. Alii aliis & de aliis. Vide Menag. *ad Laert.* VIII. 63. PERIZ.

2 Δειπνοῦσι δὲ ὡς ἀεὶ] Emendat *ad Laërt. p.* 222. Cl. Menagius ὡς ἤδη, ex Laërtio & *Apolog.* Tertullian. *cap.* 37. SCHEFF. Omnino legendum, ὡς ἤδη. FABER. Quid abſurdi habeat in ſe hoc loco τὸ ἀεὶ, doceri velim. Neque enim ab Auctoribus exigendum exiſtimo, ut in his rebus ad minutiſſima uſque, quæ nihil in ſenſu turbant, Doricè conſentiant. Hieron. *ep. ad Gerontiam* dictum de Megarenſibus jactari ait, nec vel ἤδη vel ἀεὶ expreſſit. *Ædificant*, inquit, *quaſi ſemper victuri, vivunt quaſi altera die morituri.*

[3] Λέγει δὲ Τίμαιος, καὶ ὅτι [4] ἀργυραῖς ληκύθοις, καὶ στλεγγίσιν ἐχρῶντο, καὶ ἐλεφαντίνας κλίνας εἶχον ὅλας.

Dicit autem Timæus, eos etiam lecythis & ſtrigilibus argenteis uſos eſſe, & lectos habuiſſe totos eburneos.

En *altera die* pro Noſtri ἀεὶ & Laertii ἤδη. KUHN.

Ὡς ἀεὶ τεθνηξόμενοι] Sic & MSti. Nec Laertii eſt, ut putat Kuhnius, ſed ſolius Menagii, ὡς ἤδη. Laertius ait, ὡς αὔριον. Quod & præferrem, ſi quid mutandum foret. Et ſane ita quoque Lugd. Codex in *Libro* XIV. ubi, ut multa alia ex *hoc Libro* XII. ſic & hæc hujus Capitis repetit poſt *ultimum illius Libri Caput.* Sed commodus ſatis eſt etiam hujus phraſeos ſenſus, *Cœnant, quaſi ultimum ſemper cœnaturi.* PERIZ.

3 Λέγει δὲ Τίμαιος, καὶ ὅτι ἀργυραῖς &c.] Lugd. ὅτι καὶ ἀργ. Ceterum multa Timæus tradidit de Agrigentinorum luxuria, ut videre eſt apud Athenæum II. 2. & Diod. Sicul. XIII. *p.* 375. qui & de iis, ἔτι δὲ στλεγγίσι καὶ ληκύθοις ἀργυραῖς καὶ χρυσαῖς χρώμενοι, *inſuper etiam ſtrigilibus & lecythis argenteis atque aureis uſi.* IDEM.

4 Ἀργυραῖς ληκύθοις] Refert eadem Diodorus Siculus *lib.* XIII. ex Timæo; cum aliis pluribus, huc pertinentibus, quem vide. In MSS. B. & C. eſt λεκύθοις καὶ ξυστραῖς, legendum ξύστραις. SCHEFF.

Ληκύθοις καὶ στλεγγίσι] Lugd. καὶ ξύστραις. Atque ita, teſte Scheffero, etiam Pariſienſes B. & C. Sed interpretatio hæc eſt alterius, quod recte retinuit Sluisk. Nam ſic Suidas, στλεγγὶς ἡ ξύστρα, Solent etiam conjungi λήκυθοι καὶ στλεγγίδες, *lagenæ oleariæ & ſtrigiles,* quia pariter uſuveniebant in balneis. Suidas ibidem ex Ariſtophane, οὐδ' ἔστιν αὐτῇ λήκυθος, οὐδὲ στλεγγὶς, *non habet ampullam nec ſtrigilem.* Vide præter Suidam in utraque voce, etiam Kuhnium in Indice, *voce* λήκυθος. PERIZ.

ΚΕΦ. λ'.

CAP. XXX.

Περὶ Ταραντίνων οἰνοφλυγίας, καὶ Κυρηναίων τρυφῆς.

De Tarentinorum temulentia & Cyrenenſium luxu.

[1] Ταραντίνοις ἐν ἔθει ἦν πίνειν μὲν [2] ἐξ ἑωθινοῦ, μεθύειν δὲ [3] περὶ πλήθουσαν ἀγοράν. Εἰς τοσοῦτον δὲ ἄρα [4] Κυρηναῖοι τρυφῆς ἐξώκειλαν,

Tarentinis à ſummo mane poculis indulgere mos erat, & eo tempore, quo jam incipit frequens eſſe *hominibus* forum, ebriis eſſe. Cyrenen-

1 Ταραντίνοις] De luxu hujus gentis multa prodit Athenæus *lib.* XII. SCHEFF.

Ταραντίνοις] Opulentiſſima erat Civitas jam antiquis temporibus, & ideo luxuriæ ſe dedit. Dicebant, Alios ſolertes & induſtrios id agere, ut tandem aliquando & ipſi viverent, ſe jam nunc vivere per comeſſationes & voluptates. Vide Athenæum IV. 19. ubi & ait Civitatem publice *ſingulis pene menſibus convivia feciſſe*, ſed *vulgo multitudinem ipſam quotidie* περὶ συνουσίας καὶ πότους εἶναι, *in cœtibus & compotationibus eſſe.* Petulantiam ebrii Hominis in Legatos Romanorum in Theatro, ubi de re maximi momenti agebatur, refert Dionyſ. Hal. *Exc. Legat.* IV. Sed Pyrrhus Epirotarum Rex, auxilium iis ferens contra Romanos, πότους καὶ κώμους, καὶ θαλίας ἀκαίρους ἀνεῖλεν, *compotationes & comeſſationes & convivia intempeſtiva ſuſtulit.* Plut. *Pyrrho pag.* 392. PERIZ.

2 Ἐξ

λαν, ὥστε [5] Πλάτωνα παρεκάλουν, ἵνα αὐτοῖς γένηται νομοθέτης· τὸν δὲ ἀπαξιῶσαι φασὶ διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ῥαθυμίαν αὐτῶν. Ὁμολογεῖ δὲ καὶ Εὔπολις ἐν [6] τῷ Μαρικᾷ, † [7] ὅστις αὐτῶν εὐτελέστατος, σφραγῖδας εἶχε δέκα μνῶν· παρῆν δὲ θαυμάζεσθαι καὶ τοὺς διαγλύφοντας τοὺς δακτυλίους.

† ὅτι.

nenses vero usque adeo in luxum *eruperunt*, ut Platonem rogaverint, ut sibi leges conderet: ipsum autem recusasse id ajunt propter eorum jam inde ab initio socordiam. Testatur etiam Eupolis in Marica, quisquis eorum parcissimus, decem tamen minarum sigilla habuisse: oportebat autem mirari etiam eos, qui sculpebant annulos.

2 Ἐξ ἑωθινοῦ] Ergo non tantum in Bacchanalibus Tarentum fuit πόλις μεθύουσα, *urbs ebria*, ut Plato inquit, *lib.* I. *de Legibus:* sed quotidie se vino madefecit, idque primo mane, quod contra honestioris cujusque gentis consuetudinem fuit. Nam melior & matutina diei pars negotiis ubique ferè dicata debitaque censetur. Cum itaque alicujus extremam notare volunt ebrietatem, jam manè eum dicunt Auctores madidum esse, cum alii adhuc sicci & jejuno stomacho vivunt. Apulejus, *quid sit diei vides, dico Crassum jam dudum ebrium stertere, aut secundo lavacro, ad repotia cœnæ obeunda, vinolentum sudorem in balneo desudare* in *Apolog.* in quibus imitatur hæc Plautina:

> *Diei tempus non vides? quid illum putes*
> *Natura illa atque ingenio? jamdudum*
> *ebriu' st.*

At apud sobrios sanæque mentis homines hic argumentandi modus invertitur. Scilicet ἐστὶ ὥρα τρίτη τῆς ἡμέρας, *tertia ab ortu solis hora diei currit*, quæ preces matutinas (תפילות הבקר) imperabat Judæis: ergo vel hinc colligatis licet, viros illos nondum se invitasse poculis. *Act.* II. Kuhn.

3 Πλήθουσαν ἀγορὰν] Id est horâ tertia à sole orto. Scheff. Cum jam in forum homines de rebus ad salutem publicam pertinentibus deliberaturi coiverant. ὄρθρον sequitur πλήθουσα ἀγορὰ, quam μεσημβρία, *meridies*, excipit. Ergo tempus inter mane & meridiem medium dicitur πλήθουσα ἀγορὰ vel ὥρα ἀγορᾶς, *horæ forenses*; quo tempore jam uvidi erant multibibæ. Pherecrates, πίνειν ἀεὶ καὶ μεθύειν πρὶν ἀγορὰν πεπληθέναι, *bibere semper ad ebrietatem usque, prius quam forum sit plenum.* vide Suidam in ἀγορᾶς ὥρα. &c. Nostrum *H. A. lib.* I. *cap.* 20. & *Indic.* Kuhn.

Περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν]. Est medium tempus inter ipsum mane & meridiem. Clarissimum id ex Dionis Chrysost. *Orat.* II. *de Gloria*, ubi diei spatium dividit in quinque partes, & περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν ponit inter πρωῒ, *mane*, & τὰς μεσημβρίας, *meridiem*. Vide & Suidam in Ἀγορᾶς, & hic Kuhnium. Periz.

4 Κυρηναῖοι] Eadem Plutarch. *lib. ad Principem inerudit.* Scheff.

Κυρηναῖοι] Dediti erant & hi conviviis ac voluptati. Unde Athenæus XII. I. sic incipit, Ἄνθρωπος εἶναί μοι Κυρηναῖος δοκεῖς, *Videris mihi Cyrenæus esse*, ratione hac addita, quia istic, *si quis Unum invitet, adveniant duodeviginti alii, decem Currus, quindecim bigæ*, ut adeo *melius istic sit neminem invitare.* Non mirum itaque doctrinam de Voluptate tantos fecisse in ea gente progressus, ut inde, & à primis ejus Doctoribus, *Cyrenaica* fuerit dicta. Periz.

5 Πλάτωνα παρεκάλουν] Refert eandem rem Plutarchus non tantum in *lib. ad Principem Indoctum*, sed & in *Lucullo*, *pag.* 492. ubi Lucullum ait Cyrenæis in memoriam revocasse responsum Platonis, & ideo legibus suis, quas illis condidit, habuisse obsequentiores. Plato autem dicitur à Plutarcho causam, quare Cyrenæorum desideria rejecerit, contulisse in nimiam eorum felicitatem & opulentiam, unde tamen ῥαθυμία, *socordia*, *inertia*, oriri solet. Idem.

6 Ἐν

6 Ἐν τῷ Μαρικᾷ] Hunc locum adde iis, quæ notat Caſaub. *in Athen. lib.* XV. *cap.*12. SCHEFF.

Τῷ Μαρικᾷ] Eſt Nomen Comœdiæ, quam ſcripſit *Eupolis* in Hyperbolum, qui poſt Cleonem magna auctoritate valuit apud populum Athenienſem. Vide Scholia Ariſtoph. *ad Ranas pag.* 239. Μαρικᾶς autem notat *Cinædum*, ut ait Heſychius. PERIZ.

7 Ὅςις αὐτῶν εὐτελέςατος] Malui vertere, non *contemptiſſimos & abjectiſſimos*, ut fecit Vultejus, ſed *parciſſimos.* Sic εὐτελῶς διεβίω, *frugaliter vixit*, *ſupra* V. I. De luxuria autem in *annulis* variis & pretioſiſſimis poſita Vide *ſupra ad* III. 19. Artem ipſam ſculpturæ videre etiamnum licet in tot gemmis, quæ ex antiquitate ſuperſunt à Variis jam editæ. PERIZ.

ΚΕΦ. λα΄.

Περὶ διαφόρων οἴνων Ἑλληνικῶν.

Φέρε, οἴνων Ἑλληνικῶν, [1] διὰ σπουδῆς ἰόντων ἐν τοῖς πάλαι, ὀνό-

CAP. XXXI.

De variis Græcorum vinis.

Age, recenſebo vobis Græcorum vinorum nomina, quæ fue-

1 Διὰ σπουδῆς ἰόντων] Lege διὰ φήμης, & recte feceris. FABER. Non audio. vide *indicem* in σπουδή. SCHEFF.

Διὰ σπουδῆς ἰόντων ἐν τοῖς παλαιοῖς] Neſcio quæ prurigo Fabrum adegerit ad hæc ſollicitanda, & reponendum, διὰ φήμης: quum quod editur, ſit ex MStis hauſtum, atque optime ſe habeat. Sic ſupra IX. 4. Ἀνακρέοντα ἐτίμα, καὶ διὰ σπουδῆς ἦγε. Et XIII. 2. Οὐδὲ παρανόμως σφαγεὶς διὰ τιμῆς ἦλθε δημοσίᾳ. Ceterum Sluisk. longe majori ſpecie pro ἐν τοῖς παλαιοῖς legit ἐν τοῖς πάλαι. PERIZ. Neque aliter Mediceus, cujus fidem amplexus ſum. Idem MS. *paulo ante* exhibet οἴνων Ἑλληνικῶν, καὶ διὰ σπ. ἰ.

2 Πράμνειον] Naſcitur Smyrnæ, juxta delubrum Matris Deûm. Plin. *lib.* III. *cap.* 4. celebrat etiam Homerus *Iliad.* Α. Apud Athenæum *lib.* I. *cap.* 24. à ſcopulo quodam ἐν Ἰκάρῳ nomen habere, ubi & gignitur, dicit Semo, quem & Suidas laudat, verum perperam apud eum pro Ἰκάρῳ, ἐν Νικίᾳ ſcriptum eſt, quod fuit obiter indicandum. SCHEFF. Scholia Ariſtoph. *in Equit.* σκληρὸν οἶνον *aſperum vinum* ajunt eſſe Pramnium, quem Homerus *Iliad.* Α. κυκεῶνι, *potioni cinno*, ut Arnobius interpretatur, miſcuit. apud Laert. in *vita Polemonis*, Πράμνειος ſignat *acrem & ſubacerbum.* ἦν δὲ φιλοσοφοκλῆς καὶ μάλιστα ἐν ἐκείνοις, ὅπου κατὰ τὸν Κωμικὸν (ita dudum legit Sambucus ex veteri codice) τὰ ποιήματα αὐτῷ κύων τις ἐδόκει συμποιεῖν Μολοσσικὸς, καὶ ἔνθα ἦν, κατὰ τὸν Φρύνιχον, οὐ γλύξις (ita Sambucus. Suidas γλυκὺς) οὐδ' ὑπόχυτος, ἀλλὰ Πράμνειος, *erat Sophoclis ſtudioſus, imprimis ubi eum, ut Comicus ait, canis quidam Moloſſicus in poeſi adjutare videbatur, & ubi, ſecundum Phrynichum, non* γλύξις, *non* ὑπόχυτος (id eſt ſuavis & delicatus), *ſed Pramnius erat, i. e. durior & vehementior.* Macrob. vocat *uvam pranniam, in fine lib.* II. KUHN.

Πράμνειον] Plerique tradunt naſci hoc vinum in inſula *Icaro*, Vide Athenæum I. 24. & Euſtath. *ad Hom. Iliad.* Α. *pag.* 818. Alii apud Hunc Eundem *Juxta Epheſum. Smyrnæ* naſci ait Plinius XIV. 4. In Thracia *ad Petram Pramniam* Schol. Ariſtoph. *ad Equites pag.* 294. Quapropter neutiquam putem Unius eſſe loci vinum, aut à certo loco primitus appellatum, ſed potius loca quædam, ſeu petras & montes, ab hoc vino nomen traxiſſe. Accedo autem illis, qui ab re ipſa nomen huic vino impoſitum volunt, ſed ex omnibus etymis, quæ videri poſſunt apud Athenæum, Euſtath. & Schol. Ariſt. longe præfero illam, quæ ſic vocitatum cenſet,

ὀνόματα καταλέξω ὑμῖν. [2] Πράμνειόν τινα ἐκάλουν, [3] ἱερὸν δ' ἦν ἄρα τοῦτο τῆς Δημήτρας· [4] καὶ Χῖος οἶνος ἐκ τῆς νήσου, καὶ Θάσιος ἄλλος, καὶ Λέσβιος· καὶ ἐπὶ τούτοις [5] Γλυκύς τις ἐκαλεῖτο, πρέπων τῷ ὀνόματι τὴν γεῦσιν· καὶ Κρὴς ἄλλος, [6] καὶ ἐν Συρακούσαις Πόλιος· ἐκλήθη δὲ ἀπό τινος ἐγχωρίου βασιλέως. Ἔπινον δὲ καὶ Κῷον οἶνον, καὶ οὕτως αὐτὸν ἐκάλουν, καὶ Ῥόδιον κατὰ τὰ αὐτὰ ὀνομάζοντες.

fuerunt apud Veteres desideratissima. Pramnium quoddam appellabant, quod erat sacrum Cereri: & Chium vinum, illa ex insula, & aliud Thasium, & Lesbium: & præter hæc quoddam *Vinum* Dulce vocabatur, sapore conveniens suo nomini: & aliud Creticum, & Syracusis Polium, quod sic nuncupatum est à quodam istius loci rege. Bibebant etiam Coum vinum, & sic illud appellabant, & Rhodium, eodem modo & hoc nominantes.

Tί Quid

set, tanquam πρὸς παραμονὴν ἐπιτήδειον, *idoneum ad durationem*, οἱονεὶ Παραμόνιον ὄντα, ut ait Athenæus, seu ὅτι παραμεμένηκε παλαιωθεὶς, *quod duraret jam inveteratum*, ut Eustathius, seu διὰ τὸ πολυχρόνιον παραμένειν, *quia longo tempore duret*, ut Scholiastes Arist. Nam revera durabile erat hoc vinum, ut etiam ex hac Etymologica ratione discimus. Sed & austerum fuit, ut inde frons & alvus contraheretur in rugas, atque ideo ab eo abhorrebant Athenienses, ut ex Aristophane tradit Athenæus. Talia autem vina optime tempus ferre possunt. Quod ipsum etiam ex eo colligitur, quod *spissum* erat, immo *nigrum*, & *multum alimenti conferebat*. Quod *nigrum* fuerit, diserte ait Eustathius. Quin Suidas tradit esse, qui ἰδίως, *proprie*, omne *Nigrum vinum* πράμνειον appellari putent. Alterum vero habet Athenæus, sed *capite* 8. ubi de hoc vino, ὃν ἴδμεν, ait, παχὺν καὶ πολύτροφον, *quod scimus esse spissum & multi alimenti*. Quæ etiam verba, ut multa alia alibi, exscripsit ex Athenæo Eustathius *ad Iliad.* Λ. *pag.* 813. Et sane oportebat esse spissum, quum esset nigro colore. Mirari itaque quis possit apud eundem Athenæum *cap.* 24. ex Eparchide scribi, esse hoc vinum, οὔτε γλυκὺ, οὔτε παχὺ, ἀλλ' αὐστηρὸν. Sed intelligitur istic, *Pinguis Mollicies* vini, quæ *duriciei* opponitur. Sed & quamvis *austeri* aliquid haberet, nec *dulce* esset, vel sic tamen suave satis erat. Certe Aristarchus apud Suidam τὸν ἡδὺν οἶνον, *suave vinum*, dicebat *Pramnium*. Denique erat πολυτίμητον, *multo in pretio* apud ipsos Athenienses, si Scholiastæ Aristophanis *d. l.* fides. Ceterum quia πολύτροφον, *multi alimenti*, quoque erat, idcirco crediderim etiam *Cereri*, quod Noster h. l. ait, fuisse *sacrum*. PERIZ.

3 Ἱερὸν] Leg. ἱερὸς δ' ἦν ἄρα οὗτος. Vide *Lexicon* Phavorini. GESNER. at vero ἱερὸν recte est, si subintelligas χρῆμα KUHN.

4 Καὶ Χῖος οἶνος &c.] De hisce vinis Vide Athenæum I. 22. & 23. Pollucem VI. 2. Plautum *Pœnulo*, III. 3. 85. Plinium XIV. 7. PERIZ.

5 Γλυκὺς] De hoc genere consule Pollucem *lib.* VI. *cap.* 2. qui circa Syracusas nasci scribit. SCHEFF.

Γλυκὺς] De Vinis *Dulcibus* agit & Plinius XIV. 9. ex professo. PERIZ.

6 Πόλιος] Male. Scribendum Πόλλις. Est autem illud ipsum vinum, quod alias Biblinum vocatur. Athenæus *lib.* I. ex Hippia Rhegino. τὴν εἱλεὸν καλουμένην ἄμπελον, Βιβλίαν φησὶ καλεῖσθαι, ἣν Πόλλιν τὸν Ἀργεῖον, ὃς ἐβασίλευσε Συρακουσίων, πρῶτον εἰς Συρακούσας κομίσαι ἐξ Ἰταλίας. εἴη ἂν οὖν ὁ παρὰ Σικελιώταις γλυκὺς καλούμενος Πόλλιος, ὁ βίβλινος οἶνος. Polluci est πολλαῖος. ipsum vide *lib.* VI. *cap.* I. SCHEFF.

Καὶ ἐν Συρακούσαις Πόλιος] Athenæus I. 24. Πόλλιον vocat, & *Regem* illum, Πόλλιν, qui *Argivus* fuerit, & ex Italia hanc vitem transtulerit in Siciliam. Pollux vero VI. 2. Vinum appellat Πολλαῖον à Πόλλις, si recte ita Librarii; diversos porro facit *Argivum* illum,

Τί δὲ, οὐκ ἐκεῖνα τοῖς Ἕλλησι τρυφῆς ἀπόδειξις; 7 Μύρῳ γὰρ οἶνον μιγνύντες οὕτως ἔπινον, καὶ 8 ὑπερηγάζοντο τὴν τοιαύτην κρᾶσιν· καὶ ἐκαλεῖτο ὁ οἶνος 9 Μυῤῥινίτης. Μέμνηται δὲ αὐτοῦ 10 Φιλιππίδης ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητής.

Quid vero? Nonne hæc ſunt luxus Græcorum demonſtratio? Vinum enim unguento miſcebant, atque ita bibebant, & maxime amabant hanc mixtionem: vocabatur autem vinum illud Myrrhinites. Meminit vero ejus Philippides comicus poëta.

& *Regem* Syracuſarum, quod & veriſimilius videtur. Nam ait: Πόλλας δὲ αὐτὸν ὁ Ἀργεῖος πρῶτον ἐπεσκεύασεν, ἀφ᾽ οὗ καὶ τοὔνομα, ἢ ἀπὸ τοῦ Συρακουσίων βασιλέως, Πόλιδος, ὡς Ἀριστοτέλης λέγει. *Pollas autem Argivus vinum illud primum paravit, unde & nomen, vel à Rege Syracuſanorum, Polide, ut Ariſtoteles tradit.* Sluisk. hic legit, ἀπό τινος χωρίου βασ. PERIZ. & Mediceus ἀπό τινος χώρας.

7 Μύρῳ οἶνον] Vide Alexidemum apud Plutarchum in *Convivio*. SCHEFF. Juvenal. Sat. VI. 302. *Grandia quæ mediis jam noctibus oſtrea mordet, Cum perfuſa mero ſpumant unguenta Falerno.*

8 Ὑπερζωαγκάζετο] Mihi valde ſuſpectum eſt hoc verbum. Nam alibi haud legas, & interpretatio Vulteji nihil ad rem facit. Noſtro enim omne vinum unguentis mixtum pertinet ad luxum. unde ſequitur, nullum eſſe neceſſarium. Ergo ambigere vix poſſum, quin ſit reponendum ὑπερηγάζετο. vide *ſupra* XII. I. ubi ſimile quid habes. SCHEFF.

Ὑπερηναγκάζοντο] Sic quidem & MSti. Sed tamen prorſus aſſentior Eruditis, qui maluerunt ὑπερηγάζοντο, *majorem in modum probabant, æſtimabant.* Sic XII. I. ὑπερηγάσθη τὴν εὐγένειαν αὐτῆς. PERIZ. Forte ſcribendum ὑπερησπάζοντο, quod & Parenti viſum fuit.

9 Μηῤῥινίτης] Depravata mihi hæc ſcriptura videtur & ex Athenæo corrigenda, cujus verba hic adſcribo. Μυρτίτης ἢ μυῤῥίνης οἶνος καλεῖται παρὰ Ποσειδίππῳ &c. Etiam apud Heſychium eſt Μυῤῥίνης. Pollux *lib.* VI. *cap.* 2. alterum ρ omittit: ἦν δέ τις, inquit, καὶ μυρίνης οἶνος, μύρῳ κεκραμένος. Solet à quibuſdam ſcribi μυρσινίτης. Conſule & Brodæum *lib.* IV. *Miſc. cap.* 4. ubi tamen perperam reprehendere Noſtrum videtur, qui haud dubie ſua habuit ex Athenæo. Habet quoque aliqua huc pertinentia Thomas Bartholinus, vir omnigenæ eruditionis, veterique amicitia mihi conjunctiſſimus, in *opuſculo de Cruce*, quod munere ipſius poſſideo. SCHEFF. Μυῤῥίνης videtur contractum ex Μυῤῥινίτης, ut Φάνης ex Φαννήτης, Προτρυγὴς ex Προτρυγητής. At Cl. Schefferus in *notis poſthumis: Plane*, inquit, *apud Noſtrum initio* Μυῤῥίνης *puto ſcriptum fuiſſe, poſtea ſciolum ſuperſcripſiſſe, vel notaſſe in margine* Μυρτίτης, *tum ex duabus voculis coaluiſſe, quod nunc legitur* Μυῤῥινίτης. *Conſule Caſaub. ad Athen. lib.* I. *cap.* 24. *in fine.* hæc ille. KUHN.

Μυῤῥινίτης] Etiam hic cum Had. Junio & Scheffero legerim μυῤῥίνης. Intelligit enim Auctor Vinum μύρῳ μιγνύμενον, *unguento miſtum*, quod Μυρίνης, vel Μυῤῥίνης dicebatur, ut diſerte tradunt Heſychius & Pollux. Vide Hadr. Junium *Animadv.* V. 19. Μυῤῥινίτης vero erat vinum myrteo ſucco vel odore infectum. Nam *Myrtus* Græcis etiam Μυῤῥίνη ac Μυρσίνη dicitur. Vide *ſupra* II. 41. Μῦρον autem, quod *Unguentum* notat, videtur formatum ἀπὸ τῆς σμύρνης, vel ut Aeoles loquebantur, μύῤῥας, quia potiſſimum ex *Myrrha* Arabica fiebat. Athenæus XV. II. Μύῤῥα γὰρ ἡ Σμύρνα, παρ᾽ Αἰολεῦσι, ἐπειδὴ τὰ πολλὰ τῶν μύρων διὰ σμύρνης ἐσκευάζετο, καὶ ἥγε στακτὴ καλουμένη διὰ μόνης ταύτης, *Myrrha dicebatur, quæ Smyrna, apud Aeolenſes, quoniam pleraque Unguentorum ex Smyrna conficiebantur, &, illa quidem, quæ Stacte vocatur, ex ea ſola.* Hinc certe Latini *Murrham olere* dicebant, (Plaut. *Aſin.* V. 2. 79.) qui olebant unguenta exotica. Et *Arabium Murrhinumque odorem* conjungit idem Plautus *Pœn.* V. 4. 6. Sed & inde Vinum dulce & odoratum vocabatur *Murrhina potio.* Vide Feſtum. Quia ſcilicet, ut ait Plinius XIV. 13. *Myrrhæ odore erat conditum.* Odor enim iſte in unguentis maxime eminebat, & gratiſſimus erat. Atque

ita

ita *cap.* 16. ait Plinius, *Aromatiten invenio factitatum tantum non Unguentorum compositione, primo è Myrrha, ut diximus, mox & Nardo.* Quocirca nullam video causam, quare Viri Docti (Vide Salmasium *ad Solinum pag.* 711. *extr.* & Had. Junium *l. d.*) reprehendant Plinium, quando dixit *cap.* 13. *lautissima & dulcia vina apud Priscos fuisse Myrrhæ odore condita:* Aut legi istic malint *miro*, vel *myri odore.* Nam licet *myrrha* proprie fuerit amara, sapor ille exstinguebatur aliis unguenti succis in illa *Unguentorum compositione*, ita, ut gratissimus tantum *myrrhæ odor* superesset, & vinum, per ipsum unguentum ex aliis etiam rebus confectum, satis evaderet dulce. Certe inter unguenta, quæ etiam ad potum seu compotationem sint idonea, refert Athenæus XV. 12. etiam *Croceum*, *sed absque multa Myrrha.* Erat ergo *Myrrha* etiam addita, sed non ita, ut sapor exstaret aut offenderet. Quin immo & *Stacten*, quæ ex sola conficiebatur myrrha, *idoneam* ait fuisse *ad potum*, verum, opinor, si multo vino dilueretur, aut pauxillulum *stactes* adderetur vino. Periz. Cassiodorus *lib.* XII. *Var. Lect. Epist.* 4. *Nam licet ingeniosa Græcia multifariâ se diligentiæ subtilitate commendet, & vina sua aut odoribus condiat, aut marinis* (l. *myrrhinis*) *permixtionibus insaporet, sub tanta tamen exquisitione reperitur simile nil habere.*

10 Φιλιππίδης] Vide *supra ad* X. 6. Periz.

ΚΕΦ. λβ'.

Περὶ Πυθαγόρου, Εμπεδοκλέους, Ἱππίου, καὶ Γοργίου ἐνδύματος, καὶ ὑποδήματος.

Πυθαγόρας ὁ Σάμιος [1] λευκὴν ἐσθῆτα ἤσθητο, καὶ ἐφόρει [2] στέφανον χρυσοῦν, καὶ [3] ἀναξυρίδας.

CAP. XXXII.

De Pythagoræ, Empedoclis, Hippiæ & Gorgiæ vestimentis, & calceamentis.

Pythagoras Samius alba veste amiciebatur, & gestabat coronam auream, atque anaxyrides. Empedocles

1 Λευκὴν ἐσθῆτα] Laertius in *vita ejus*, στολὴ αὐτῷ λευκὴ, καθαρὰ, καὶ στρώματα λευκὰ ἐξ ἐρίων. Credo ut esset conspectior ac venerabilior, quia sacrificantium hic habitus apud Græcos. Æschines: στεφανωσάμενος καὶ λευκὴν ἐσθῆτα ἀναλαβὼν, ἐβουθύτει. Volebat autem omnia sua sancta ac propè divina haberi, uti ex antecedentibus apparet. Quod autem Laertius ait καθαρὰ, eo puto respexisse materiam vestimenti, quæ fuit linea. Lineis enim vestibus tantum utebatur. Unde Philostratus *lib.* 1. *cap.* 1. *vitæ Apollon. Vestitum morticina materia renuisse Pythagoram dicunt.* Scheff. Negat Laertius *l. c.* Pythagoræ vestem lineam fuisse, laneam vero ei attribuit, quia lineorum usus nondum ad ista se loca penetraverat. τὰ γὰρ λῖνα, inquit, οὔπω εἰς ἐκείνους ἀφῖκτο τοὺς τόπους. Philostratus autem *lib.* VIII. *Vit. Apollon.* ἐσθῆτα, ἣν ἀπὸ θνησειδίων οἱ πολλοὶ φοροῦσιν, οὐ καθαρὰν εἶναι φήσας, λῖνον ἠμπίσχετο. (Pythagoras) *vestem quam multi à morticinis petunt, puram esse negans, lino amiciebatur.* & iterum: ἐπειδὴ μὴ ἀπ' ἐμψύχου ἐδρέφθη (λῖνον), καθαρὸν μὲν Ἰνδοῖς δοκεῖ, καθαρὸν δὲ Αἰγυπτίοις, ἐμοὶ δὲ (*Apollon.*) καὶ Πυθαγόρᾳ διὰ τοῦτο σχῆμα γέγονε διαλεγομένοις, εὐχομένοις, θύουσι. *quoniam linum non ab animato decerpitur*, (sed potius seritur) *idcirco purum videtur tam Indis, quam Ægyptiis, tum etiam mihi & Pythagoræ habitus inde est differentibus, orantibus, sacraque facientibus.* Hic habemus veram causam lineæ vestis Pythagoræ. Kuhn.

2 Στέφανον χρυσοῦν] Hoc ego nuspiam invenio. Sed dicam amplius in *opere de vita & Philosophia Pythagorica*, si vitam otiumque Deus dederit, quæ huc videbuntur pertinere. Idem.

Στέφανον χρυσοῦν] An ut haberetur ac videretur

δας. [4] Ἐμπεδοκλῆς δὲ ὁ Ἀκραγαντῖνος [5] ἁλουργεῖ ἐχρήσατο, καὶ [6] ὑποδήμασι χαλκοῖς. [7] Ἱππίαν δέ, καὶ

docles vero Agrigentinus purpura utebatur, & calceis æneis. Hippiam vero, & Gorgiam, purpureis vestibus

retur Sacerdos Deorum, quorum voluntate etiam aureum femur sibi tribuebat? Certe *Corona* simul cum *candida veste* erat Sacerdotum & Sacrorum propria adeo, ut Plutarchus *de Audiendis Poëtis*, στέφανον ἱερατικόν, *coronam Sacerdotalem*, ideo dicat. Vide me *supra ad* III. 3. An vero, ut denotaret ita, dari ab se Leges Civitatibus Utiles? quarum Symbolum ipsi erat *Corona*. Unde & inter ejus dicta ac Præcepta, hoc quoque refert Malchus, seu Porphyrius, *p. m.* 199. Στέφανον μὴ τίλλειν, τουτέστι, τοὺς Νόμους μὴ λυμαίνεσθαι. Στέφανοι γὰρ πόλεων οὗτοι. *Coronam non carpere*, aut *vellere*, *h. e. Leges non violare*, aut *abjicere. Hæ enim sunt Coronæ Civitatis.* PERIZ.

3 Ἀναξυρίδας] Erant similes nostris Braccis, quæ attrahendo usque ad imum ventrem induebantur. Eustath. *ad Iliad.* B. *p.* 163. Τὸ κάλυμμα τοῦ αἰδοῦς οἱ Ῥωμαῖοι μὲν Βράκαν φασίν, Ἕτεροι δὲ Ἀναξυρίδας ἐκ τοῦ ἀνασύρεσθαι. *Tegumentum pudendorum Romani quidem Braccas vocant*, *Reliqui vero Anaxyridas ab Attrahendo*, Vides ab *attrahendo* dictas. Adde & Phrynichum *Eclogis Attic. p.* 88. *extr.* Sed & ideo quando exuebantur, dicebantur *Extrahi*. Suidas in Κάνδυς. Καὶ ἀναξυρίδας ἐξελκύσαντες, *& extrahentes Anaxyridas*. Vides etiam attractas eo usque, ut essent κάλυμμα τοῦ αἰδοῦς. Hinc Suidas ex Veteri Scriptore, sed ævi Theodosiani, ἱμάντα τὸν ἀμφὶ τὰ αἰδοῖα τὰς ἀναξυρίδας δέοντα, *lorum*, *quod braccas circa pudenda colligat*. Strabo *lib.* IV. *pag.* 196. *Braccatis* Gallis tribuit Ἀναξυρίδας. *Braccæ* ergo erant. Sed tegebant sæpe etiam *crura*. Unde Pollux *lib.* VII. τὰς δὲ Ἀναξυρίδας καὶ σκελέας καλοῦσιν, *Anaxyridas etiam cruralia tegmina vocant.* Et Arrianus in *Tacticis p. m.* 79. Romanos ait in campestribus exercitiis habuisse Ἀναξυρίδας περὶ τοῖν σκελοῖν, οὐ καθάπερ Παρθυαῖοι καὶ Ἀρμένιοι κεχαλασμένας, ἀλλὰ περισφιγγομένας τοῖν σκελοῖν, *Anaxyridas circa crura*, *non sicut Parthi & Armenii laxas*, *sed adstrictas cruribus*. Inde vero videtur factum, ut militibus proprie tribuat Phrynichus *d. l.* & pro altioribus quoque caligis, quibus maxima pars pedis immittitur, vox illa ponatur. Certe Hesychius exponit non tantum φεμινάλια, βρακία βαρβαρικά, sed & ποδῶν ἐνδύματα, ὑποδήματα βαθέα ἢ βασιλικά, *pedum indumenta*, *calcei profundi & Regii*. Erant autem hæ Ἀναξυρίδες propriæ Persis quidem maxime, sed & Armeniis, immo & Scythis juxta Græciam. Nam Græci iis vix utebantur, atque idcirco Eustathius *ad Homerum d. l.* observat, Poetam in illo versu, χλαῖνάν τ', ἠδὲ χιτῶνα, τά τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει, *Lænamque*, *& tunicam*, *& quibus pudenda circumvelantur*, posteriora hæc περιφραστικῶς dixisse, quia non erat tunc Græcis μία λέξις, δηλωτικὴ τοῦ καλύμματος τοῦ αἰδοῦς, *una vox*, *quæ significaret tegimen pudendorum.* Intelligi autem vult, ut verbis superius jam allatis dein declarat, ista periphrasi Ἀναξυρίδας, quomodo *Reliquos* illud Tegimen *vocare* addit. Proprie autem *Græci* ipsi illud ita *vocarunt* ex isto usu induendi, quando primum viderunt & paulatim receperunt, sed apud *Reliquos* illos, seu Græcis vicinos, erat usitatum, maxime tamen apud Persas. Vide Brissonium *de Regno Persar. pag.* 42. Nam apud Græcos, certe in pugnis, quam nullo fuerint olim in usu, patet ex oratione Aristagoræ Milesii, qua Spartanos exhortabatur ad bellum Persis inferendum, utque hos ostenderet minime ἀλκίμους, *strenuos*, esse, sed ita è contrario instructos ornatosque, ut facillime vinci queant, ait inter alia de Persis, ἀναξυρίδας (apud Herodotum V. 49.) δὲ ἔχοντες ἔρχονται ἐς τὰς μάχας, *Braccis vero vestiti prodeunt in pugnas.* Manifestum ex eo, neutiquam ita solere Græcos. Ceteroquin enim ridiculum foret apud illos id argumentum. Et ideo neque in illo Homeri versu Ἀναξυρίδας proprie designari putem, ut vult Eustathius, sed aliud quiddam, vel subligaculum, vel γένος τι περιμηρίδιων, ut ait Arrianus. Sed neque Romani Veteres habuerunt. Nam quod Eustathius ait, Romanos id tegimen pudendorum appellare *braccam*, accipiendum est de Romanis posterioribus, seculi secundi minimum, vel tertii, post Cæsarum dominationem exortam. Certe enim Galli Cisalpini eo ipso distinguebantur olim à Transalpi-

καὶ Γοργίαν, ἐν [8] πορφυραῖς ἐσθῆσι προϊέναι διαῤῥεῖ λόγος.

bus amictos, in publico progredi solitos, fama fert.

ΚΕΦ.

CAP.

alpinis, quod hi suo & barbaro more vestiti, *Braccati* dicerentur, illi Romanorum more, *Togati*. Atque hinc Cæcinna, qui ducebat exercitum Vitellii contra Othonem, municipiis & coloniis Italiæ superbus fuit visus, quod *Braccas*, *Tegimen Barbarum*, *indutus*, *Togatos alloqueretur*, apud Tacitum *Histor.* II. 20. Habebant tamen Romani fascias, quibus involvebant femora, quæque *Feminalia* appellabant. Sed vix utebantur iis, nisi parum prospera valetudine, aut hyemis tempore, quo certe Augustus *iis muniebatur*, ut tradit Sueton. *cap.* 82. Extraordinarium quid itaque fuit tunc in Pythagora, cum in Græcia, tum in Italia, quod ex Orientalium more ἀναξυρίδας quoque gestarit, forte, ut Aurei Femoris fabulam tutius & facilius de se spargere posset. Idem.

4 Εμπεδοκλῆς] Suidam consule in ἀμύκλαι, & in Εμπεδοκλῆς inquit, οὗτος στέμμα ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς χρυσοῦν, καὶ ἀμύκλας ἐν τοῖς ποσὶ χαλκᾶς καὶ στέμματα δελφικὰ ἐν ταῖς χερσὶν ἐπῄει τὰς πόλεις, δόξαν κατασχεῖν ὡς περὶ θεοῦ βουλόμενος. Scheff.

Εμπεδοκλῆς] Vixit tempore Xerxis, vel paulo post. Certe illius διάβασιν, *transitum* ex Asia in Græciam, carmine quodam exposuisse dicitur apud Laertium. Pythagoræ, vel Parmenidis, fuit Auditor. *Crepidæ* illius *æreæ* notissimæ sunt, quippe quarum ex altera cognitum fertur, insiluisse eum in Ætnam, quod tamen refutat Strabo *lib.* VI. *pag.* 274. Periz.

5 Αλουργεῖ] Observa duplex vestimentorum genus, quo qui aliis conspectiores esse volebant, utebantur, album & purpureum seu conchyliatum. Scheff. Εμπεδοκλῆς καὶ στροφίων τῶν ἁλουργοτάτων περὶ αὐτὴν (κόμην) ἁρμόττας, ἐσόβει περὶ τὰς τῶν Ελλήνων ἀγυιὰς ὕμνους συντιθεὶς, ὡς θεὸς ἐξ ἀνθρώπου ἔσοιτο. *Empedocles vitta quam maximè purpurea crines incinctus, per Græcorum plateas se inferebat, hymnos componens, quasi ex homine Deus futurus esset.* Philostrat. *lib.* VIII. *cap.* 3. *Vit. Apollon.* Kuhn.

6 Υποδήμασι χαλκοῖς] Suidas in antea prolatis verbis. Cui adde Strabonem *lib.* VI. Tertull. *de Pallio cap.* 4. Scheff.

7 Ιππίαν δὲ καὶ Γοργίαν] Vide Platon. in *Hippia*; ubi utrumque Sophistam fuisse docet. Annotat Cresollius in *Theatro Rhetorum lib.* III. *cap.* 15. Sophistarum habitum plerumque elegantiorem fuisse nitidioremque quam vulgarem. Idem. De *Hippia* Apulejus in *Floridis*. *Venit Hippias iste quondam certamine Olympio Pisam, non minus cultu visendus, quam elaboratu mirandus* &c. *Habebat indutui ad corpus tunicam interulam, tenuissimo textu, triplici licio, purpura dupli-ci: ipse eam sibi solus domi texuerat* &c. Kuhn.

Ιππίαν δὲ καὶ Γοργίαν] Eleus ille, hic Leontinus fuit patria; uterque Sophista & Rhetor: uterque etiam ea dicendi arte valuit, ut per varias Civitates juvenibus facile persuaderent, ut pecunia data illorum copiam & convictum sibi compararent, teste Platone in *Apologia Socr.* Hippias etiam gloriatur mitti se solitum præ ceteris civibus ab Eleis ad alias Civitates legatum de re publica apud Platonem in *Cognominis Dialogi initio*, sed & Socrates ibi *p. m.* 291. eum dicit καλῶς οὕτω ἀμπεχόμενον, καλῶς δὲ ὑποδεδεμένον, εὐδοκιμοῦντα δὲ ἐπὶ σοφίᾳ ἐν πᾶσι τοῖς Ελλησι, *pulchre ita vestitum, pulchre etiam calceatum, celebrem vero eruditione inter omnes Græcos.* Ex quo satis apparet Hominis studium sui ornandi. De his ipsis Rhetoribus Vide etiam Ciceronem in *Bruto*, atque ibi omnino Doctissimi Corradi *Commentar. pag.* 42--45. Periz.

8 Πορφυραῖς ἐσθῆσι] Hoc πορφυραῖς vix probum est. sane alibi πορφυρὰ genere fœminino, cujus masculinum sit πορφυρὸς, haud legas. scriberem πορφυραῖσι, nisi malumus dicere illud ι primo in fine propter sequentem vocalem per apostrophum esse sublatum. Scheff. Hanc notam Viro doctissimo excidisse nollem. Nam τὸ πορφυραῖς, rectum πορφυρᾶ, ex πορφυρέα contractum, agnoscit, non πορφυρὰ. masculinum est πορφύρεος πορφυροῦς &c. Sic ἀργυρέα ᾶ Suidas &c. adi etiam Phavorinum in χρύσεος, & *Etymologicum Magnum* in κανοῦν. Kuhn.

ΚΕΦ. λγ'.

Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι τὴν τοῦ ἰατροῦ τοῦ Πύῤῥου ἐπιβουλὴν οὐ προσήκαντο.

[1] Κινέας ὁ Πύῤῥου ἰατρός, φασι, [2] πρὸς τὴν βουλὴν τῶν Ῥωμαίων ἔγραψε [3] δι' ἀποῤῥήτων, καὶ ᾔτει χρήματα, καὶ ὑπισχνεῖτο ἀποκτείνειν φαρμάκοις τὸν Πύῤῥον· οἱ δὲ οὐ προσήκαντο τὴν ὑπόσχεσιν. Δι' ἀρετῆς

CAP. XXXIII.

Quod Romani medici contra Pyrrhum inſidias non admiſerint.

Cineas medicus Pyrrhi, ut perhibent, ad ſenatum Romanum arcanas litteras ſcripſerat, quibus pecunias petebat, & pollicebatur ſe Pyrrhum veneno interempturum: at illi promiſſionem hanc non admiſerunt.

1 Κινέας ὁ Πύῤῥου ἰατρὸς] Meminerunt Eutropius *lib.* II. *cap.* I. & Livius *Epit. lib.* XIII. alicujus Cineæ. Non tamen ut medici hujus regis, verum ut unius ex præcipuis ipſius amicis, & ab eo Romam in legationem miſſi. Idem Plutarchus facit, & qui ſequi eum amat, Zonaras. Valerius Antias *Niciam* appellat, à quo hoc, quod Noſter memorat, eſt factum. Et ſic Schottus reponendum cenſet hoc in loco *lib.* III. *Obſerv. Hiſt. cap.* 34. Vide Gellium *lib.* III. *cap.* 8. SCHEFF. Valer. Maxim. *Timocharidem* vocat *lib.* VI. *cap.* 5. KUHN.

Κινέας] Tuentur hanc lectionem MSti, niſi quod Sluisk. & Regii duo legunt Κυνέας. Sed vel erravit Auctor memoriæ vitio, confundens Comitem & Amicum Pyrrhi *Cyneam* cum hoc homine, vel reponendum eſt Νικίας, ut jam monuit Schottus *Obſerv.* III. 33. ex Gellio III. 8. ubi non *Valerius Antias*, ut hic ait Schefferus, ſed *Cl. Quadrigarius* eum appellat *Niciam:* quem & Noſter hic videtur ſecutus. Valerius autem Antias illum hominem *Timocharen* vocat, & eum ſequitur Valerius Max. VI. 5. I. Adde his Ammianum Marcell. XXX. I. *qua animi magnitudine Fabricius ille Luſcinus Democharen, vel, ut quidam ſcribunt, Niciam, miniſtrum repulerit Regium, colloquio occultiore pollicitum, quod Pyrrhum Italiam tunc bellis ſæviſſimis exurentem veneno poculis necabit infectis; ſcripſeritque ad Regem, ut ab interiore caveret obſequio.* Vide ibi Valeſium. PERIZ.

2 Πρὸς τὴν βουλὴν] Seneca *Epiſt.* CXX. Fabricio Conſuli hæc ſcribit promiſiſſe. Et ſic Plutarchus *vita Pyrrhi.* SCHEFF. Hieronymus *de optimo genere interpretandi. Pyrrhum Epirotarum regem, cum in caſtris ex vulnere curaretur, medici ſui proditione interfici nefas duxit Fabricius, quin potius vinctum remiſit ad dominum, ut ſcelus nec in adverſario comprobaret.* vide Valer. Maxim. *lib.* VI. *cap.* 5. & Suidam *voce* ἀποστυγοῦντες. KUHN.

3 Δι' ἀποῤῥήτων] Scil. γραμμάτων, *arcanis literis.* Sic Herodianus VII. 6. 14. ὅτι φέρουσι γράμματα πρὸς Μαξιμῖνον (Μαξιμίνου, voluit Politianus, vertens *à Maximino*, ſed male) ἀπόῤῥητα, *quod ferant arcanas ad Maximinum literas.* Paulo ante dixerat, δι' ὧν τὰ ἀπόῤῥητα καὶ κρυπτὰ ἀγγέλματα τοῖς βασιλεῦσιν ἐπιστέλλεται, *quibus pugillaribus ſolent arcana & ſecreta nunciari Imperatoribus.* Polyænus I 37. ὁ δὲ τοῖς Ἀβυδηνοῖς τὸ ἀπόῤῥητον ἐξαγορεύσας, *ille vero arcanum hoc Abydenis enuncians.* PERIZ.

4 Διὰ τέχνης, καὶ ἐπιβουλῆς] Nota mihi, Lector, hoc iterum in loco ſocordiam tot Editorum, & diſce quam Auctor hicce necdum unquam, ne ad primas quidem Edd. nedum ad MStos, fuerit rite recenſitus. Revocare enim debui tum ex MSS. tum ex duabus primis Edd. Romana & Baſileenſi, hæc verba,

τῆς γὰρ ἴσασι Ῥωμαῖοι ἀγαθοὶ εἶναι, οὐ μὴν [4] διὰ τέχνης, καὶ πανουργίας, καὶ ἐπιβουλῆς καταγωνίσασθαι τοὺς ἐχθρούς. Ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ Πύῤῥῳ τὴν γνώμην τοῦ Κινέου [5] ἐξέφαναν.

runt. Etenim Romani virtute fortes eſſe didicerunt, non vero technis, & calliditate, & inſidiis hoſtem vincere. Sed & Cineæ conſilium ipſi Pyrrho aperuerunt.

ba, καὶ πανουργίας. Exciderunt ea primum ex Geſneriana, unice per incuriam officinæ. Nam Verſio Vulteji, quæ illa, ut oportebat, expreſſerat hoc modo, *non technis*, *CALLIDITATE*, *vel inſidiis*, ſervata eſt iſtic integra. At ſecutæ deinceps Edd. ad unam omnes, tot Tornæſianæ, tum Pariſina, Genevenſis, Schefferianæ, denique illæ Fabri & Kuhnii, vitium Geſnerianæ adoptarunt, & ne per verſionem quidem, quam tamen retinuerunt pariter, in eam devenerunt cogitationem, ut illam ad Editionem Romanam componerent, & ex ea fugitivas Græcas voces revocarent. Paulo poſt etiam repoſui καὶ αὐτῷ τῷ Πύῤῥῳ, ubi itidem illud τῷ omiſerant Schefferus, Faber, Kuhnius, quod & MSti, & antiquiores Edd. exhibent omnes. Periz.

5 Ἐξέφηναν] MSti ἐξέφαναν. Neque aliter Primæ Edd. Rom. & Baſil. Quum vero utrumque recte dicatur, nullam video rationem, quare alterum prætulerit Geſnerus, & Ceteri Editores, ſed qui, re non explorata, illum ſimpliciter, ut ſolent, ſunt ſecuti. Repoſui, quod ſcriptum inveni. Pindarus *Nem. Od.* IV. 110. de Diis & Peleo, δῶρα καὶ κράτος ἐξέφαναν εἰς γένος αὐτοῦ. Ceterum non in Nomine tantum, ſed & in Re ipſa diſcrepant Val. Antias. & Cl. Quadrigarius. Siquidem ille diſerte ait mandaviſſe Senatum Legatis, *ut de Timochare nihil proderent* Pyrrho, h. e. ut hominem ipſum non proderent Regi. Sequitur eum Val. Maximus. At Quadrigarius epiſtolam exhibet, quam Coſſ. ad Regem dederint, qua *Niciam* illi nominatim produnt. Plutarchus vero cum in *Pyrrho*, tum in *Apophth.* ipſam Medici illius Epiſtolam ad Regem ait miſſam, & ideo illum à Rege punitum ac ſuſpenſum. Immo corium ei detraxit Pyrrhus, idque in ſellam diſtendit affixum, ſi fides Zonaræ *Annal.* I. Cicero quoque *de Offic.* III. 22. *Hunc Fabricius reducendum curavit ad Pyrrhum.* Frontinus IV. 42. *Regi Medicum detexit*, h. e. ἐξέφανε, ut Noſter ait, qui hujus quoque eſt ſententiæ. Idem.

ΚΕΦ. λδ'.

Περὶ Παυσανίου καὶ Ἀπελλοῦ ἐρώτων.

Ἔρωτες ἡμῖν τῶν Ἀρχαίων πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι εἰς μνήμην ἐδόθησαν, καὶ οὗτος δὲ οὐχ ἥκιστα. [1] Παυσανίας μὲν γὰρ [2] ἤρα τῆς αὐτοῦ γυναικός. [3] Ἀπελλῆς

CAP. XXXIV.

De Pauſaniæ & Apellis amoribus.

Multi Veterum amores memoriæ proditi ſunt, & alii, & hicce non poſtremo loco. Pauſanias quidem uxorem ſuam amavit.

1 Παυσανίας] Valde mihi ſuſpectum hoc Amoris exemplum. Nam quid in eo notatu dignum, quod quis *Uxorem ſuam amaverit*? Crediderim plura intercidiſſe. MSti tamen nihil hic mutant, niſi quod Sluisk. legit αὐτοῦ. Periz.

2 Ἤρα τῆς αὐτοῦ γυναικὸς] Uxorium fuiſſe Pauſaniam Noſter indicat. *Uxorius* autem in *Gloſſis*,

πελλῆς δὲ καὶ τ Ἀλεξάνδρου παλλακῆς, ἧπερ ὄνομα ἦν 4 Παγκάτη, τὸ δὲ γένος Λαρισσαία ἦν. Ταύτῃ καὶ πρώτῃ, φασὶν, ὁ Ἀλέξανδρος ὡμίλησεν.

vit. Apelles vero concubinam Alexandri, nomine Pancaſtam, genere Lariſſæam. Cum quâ etiam primâ Alexander rem habuiſſe dicitur.

Gloſſis Philoxeni Græcè audit γυναικομανής, γυναικοκρατέμενος. Adſcribam quædam ex Hieronymi *lib.* I. *adverſus Jovinian.* quæ mentem Auctoris illuſtriorem reddant. *Refert Seneca*, inquit, *cognoviſſe ſe quendam ornatum hominem, qui exiturus in publicum, faſciâ uxoris pectus colligabat, & ne puncto quidem horæ ejus præſentia carere poterat, potionemque nullam niſi alterius tactam labris vir & uxor hauriebant: alia deinceps non minus inepta facientes, in quæ improvida vis ardentis affectus erumpebat. Origo quidem amoris honeſta erat, ſed magnitudo deformis. Nihil autem intereſt, quam ex honeſtâ cauſâ quis inſaniat, unde & Xyſtus in ſententiis: adulter eſt, inquit, in ſuam uxorem amator ardentior. In aliena quippe uxore omnis amor turpis eſt, in ſua nimius. Sapiens vir judicio debet amare conjugem, non affectu. reget impetus voluptatis, nec præceps feretur in coitum. Nihil eſt fœdius, quam uxorem amare quaſi adulteram.* Adde omnino quæ Idem ſacri nominis Pater habet *in Ezechiel. cap.* XVIII. *p.* 439. *Edit. Baſil.* KUHN.

3 Ἀπελλῆς δὲ καὶ τ Ἀλεξάνδρε] Ab utroque Codice abeſt illud καὶ, nec requiritur plane. Concubinam autem hanc Apelli donavit Alexander, quum ille eam, nudam pingere juſſus, deperire cœpiſſet. Vide Plinium XXXV. 16. ubi *Campaſpe* ſcribitur per errorem haud dubie librariorum. Factum id reſpicit etiam Lucianus in *Imaginibus*, non longe ab initio, quando Apellem jubet pulcherrimæ feminæ corpus pingere ad imaginem hujus *Pancaſtæ*, quæ tamen & ibi male vocatur *Pacate*. PERIZ. Τὸ καὶ abeſt quoque a MS. Mediceo.

4 Παγκάστη] Meminit & Plinius *lib.* XXXV. *cap.* 10. ſed ibi trajectis perperam literis *Compaſpe* ſcribitur. SCHEFF. Corruptius in Edition. Baſil. Lucian. *de Imagin.* dicitur Πακάτη. KUHN.

ΚΕΦ. λε'.

CAP. XXXV.

Περὶ Περιάνδρων, Μιλτιαδῶν, Σιβυλλῶν, Βακίδων.

De Periandris, Miltiadis, Sibyllis, & Bacidibus.

Ὅτι 1 δύο Περίανδροι, 2 ὁ μὲν Σοφὸς ἦν, 3 ὁ δὲ Τύραννος· 4 καὶ Μιλ-

Duo fuerunt Periandri, Philoſophus alter, alter Tyrannus: &

1 Δύο Περίανδροι] Alter Corinthius, & Septem Sapientibus à quibuſdam adſcriptus, alter Ambraciota, uterque Tyrannus, h. e. abſolutæ poteſtatis Dominus in ſuos Cives. Vide omnino Laertium *Periandro* I. 99. & iſtic Interpretes. Adde Meurſii *Archontes* I. 10. PERIZ. & Eraſmi Vindingii *Hellena pag.* 166. & ſeq.

2 Ὁ μὲν σοφὸς ἦν] Et quidem Corinthius, ſi Ariſtotelem ſequimur. Laertius in *Periandro*. Sotion atque Heraclides & Pamphila in V. *Comment.* duos ajunt fuiſſe Periandros, tyrannum unum, alterum vero ſapientem, eumque Ambraciotem. Quin eos *Neanthes* quoque *Cyzicenus* ait patrueles fuiſſe. Vide omnino Meurſium *Archont. lib.* I. *cap.* 10. SCHEFF.

3 Ὁ δὲ τύραννος] Ambraciotarum. Vide Maxi-

Μιλτιάδαι τρεῖς, ὁ τὴν Χεῤῥόννησον κτίσας, καὶ ὁ [5] Κυψέλλου, καὶ ὁ Κίμωνος. [6] Σίβυλλαι τέσσαρες, ἡ Ἐρυθραία,

& Miltiadæ tres, ille, qui Cherronnesum condidit, & Cypselli filius, & Cimonis F. Sibyllæ quatuor,

Maximum Tyrium *differt.* VIII. SCHEFF.

4 Καὶ Μιλτιάδαι] Vide Herodotum in *Eratone*, qui, nisi fallor, hæc sequenti tribuit, Cypselli filio, quæ de Cherronneso addit. Nepos Cornelius ad ultimum retulit. Consule Rutgersium *lib.* I. *var. lect. cap.* 9. ubi prolixe de gente Miltiadis agitur. SCHEFF.

Μιλτιάδαι τρεῖς] Nullus dubito, quin Auctor heic ex Uno Miltiade, quem reperit diversis modis appellatum, fecerit duos diversos. Certe *Miltiades Cypseli F.* ille est, qui *Cherronesum condidit.* Vide Rutgersium *Var. Lect.* I. 9. *pag.* 30. 31. licet is in stemmate ipso retinuerit è Reineccio controversum illum Miltiaden Primum, Filium Tisandri, Patrem Hippoclidæ, quum diserte Hippocliden *Tisandri* ipsius *Filium* dicat Herodotus. In contrarium errorem prolapsus est Nepos, qui Miltiaden Marathonium facit conditorem Cherronesi. Et laterem lavat istic Ravenius, quando contra Rutgersium & Petavium excusare & tueri nititur suum Auctorem. Error iste nimis est manifestus cúm ex Herodoto, Æliano, & Marcellino, qui vitam Thucydidis nobis reliquit, tum ex tota rerum gestarum Historia, utriusque rei Tempore, ac ipso Miltiadis stemmate. Excusari felicius forsan possit Pausanias, erroris etiam accusatus à Rutgersio. Etenim ait ille *Eliacis* II. 19. de *Miltiade Cimonis F.* Marathonio, ὃς ἀρχὴν ἔσχεν ἐν Χεῤῥονήσῳ τῇ Θρακίᾳ πρῶτος τῆς οἰκίας ταύτης, *qui summam potestatem tenuit in Cherroneso Thracia primus ex illa familia.* Nam certe Marathonius hic Miltiades ex alia fuit *familia*, quam ille Cypseli. Siquidem Cimon Marathonii Pater, & prior Miltiades, Fratres quidem fuerunt, sed uterini, & ita diversos habuerunt Patres. Sed tamen vel sic aliquid etiamdum in illa desideres locutione, quum ex eadem tamen *familia* ante Marathonium Miltiaden Stesagoras frater illius Germanus jam tenuerit Cherronesum, si fides Herodoto. Ut tamen ex parte etiam juvemus Auctorem Nostrum, *tertium*, sed antiquissimum & ignotum, eruemus *Miltiaden.* Nempe Archon is fuit ἐπώνυμος anno 2. Olymp. XXX. ut nos docet Συναγωγὴ ἱστοριῶν à Scaligero edita, & Pausanias *Arcadicis cap.* 39. Qui etiam in *Messenicis cap.* 23. eum nominat, sed Olympiadi XXIX. adscribit, per errorem ex eo ortum, quod nonnulli Chionem Laconem tradiderunt vicisse Olymp. 29. alii Olymp. 30. Vide illam Συναγωγήν. PERIZ.

5 Κυψέλλου] Aliqui per λ simplex scribunt, & apud Platonem alicubi Κυψελίδης legitur. Vide *supra lib.* VI. *cap.* 17. GESNER.

6 Σίβυλλαι τέσσαρες] De his consule Pausaniam in *Phocicis:* Ægyptia Sabba dicta est. Erythrea, Herophila, Samia, Phyto. Sardianæ nec mentionem nec nomen invenio. Sardes urbs Lydiæ. Chron. Alexandrinum habet Sibyllas undecim. SCHEFF. Scholia Aristoph. *in aves*, Sardianæ Sibyllæ mentionem faciunt, Σίβυλλαι, inquiunt, τρεῖς ἐγένοντο, ὧν ἡ μὲν ὡς Φιλητᾶς ὁ Ἐφέσιος διὰ τῆς ποιήσεως φησὶν, Ἀπόλλωνος ἀδελφὴ, β ἐρυθραία, γ. δὲ ἡ Σαρδιανή. Tres fuerunt Sibyllæ, quarum prima ut Philetas Ephesius in *poësi* inquit, Apollinis soror, *secunda Erythræa*, *tertia Sardiana.* in Suida *voce* Σίβυλλα, male legitur Σαρδάνην pro Σαρδιανήν. Nomen, ut ajunt, proprium fuit Σαμβήθη. vide Suid. *l. c.* Hieron. *lib.* I. *adversus Jovinianum p.* 47. *Edit. Basil.* Lactant. *lib.* I. *cap.* 6. *de Falsa relig.* KUHN.

Σίβυλλαι τέσσαρες] Lactantius I. 6. *de Falsa Relig.* ex Varrone, *Sibyllinos libros*, *ait* Varro, *non fuisse unius Sibyllæ, sed appellari uno nomine Sibyllinos, quod omnes feminei vates Sibyllæ sunt à Veteribus nuncupatæ, vel ab unius Delphidis nomine, vel à consiliis Deorum enunciandis.* Σιὸς *enim Deos, non* Θεὸς, *& Consilium, non* βουλὴν, *sed* βυλλὴν *appellabant Æolico genere sermonis. Itaque Sibyllam dictam esse quasi* Θεοβουλήν. Quod feminæ fatidicæ tandem sic appellatæ fuerint in universum à Veteribus, res est certissima. Et tradunt hoc ipsum quoque Alii. Atque hinc etiam Manto Tiresiæ Filia, & Cassandra Priami, inter

θραῖα, ἡ Σαμία, ἡ Αἰγυπτία, ἡ Σαρδιανή. 7 Οἱ δέ φασι, καὶ ἑτέραι ἕξ, ὡς εἶναι τὰς πάσας δέκα, ὧν

tuor, Erythræa, Samia, Ægyptia, Sardiana. Quidam dicunt, etiam alias ſex fuiſſe, ut univerſæ ſint decem,

inter *Sibyllas* à Suida numerantur. Etymologia vero vocis eſt ineptiſſima, & ſatis confutata à Salmaſio *ad Solinum pag.* 80. Ille vero à σίδη, quod notat *malum punicum*, pro quo Æoles dixerunt σίβη, derivat Σίβυλλαν. Non male, & ſatis analogice, incerta tamen derivatione. Poſſis enim eadem ſpecie arceſſere ab antiquo σίβος, unde Latini acceperunt obſoletum illud *ſibus*, h. e. *callidus*, *acutus*. Vide Feſtum in *Sibus*, & *Perſicus*, pro quo legendum eſſe *Perſibus*, demonſtravit Scaliger. Sed & inde Græci Σιβύνην, ὅπλον δόρατι παραπλήσιον, *telum haſtæ ſimile*. Vide Heſychium & Suidam. Poſſis etiam à σίβω & σίβομαι, *colo*, *veneror*, deducere, uſitatiſſima in derivationibus literæ E in I mutatione. Sed ipſa hæc Originis, quæcunque tandem ſit, incertitudo, ut & tota vocabuli forma, ſatis declarat Nomen fuiſſe vere Proprium, non Commune aut Appellativum: ſed quod quum Proprium fuiſſet illuſtri feminæ fatidicæ inter Græcos, ab his dein datum eſt omnibus aliis ſimili arte, etiam apud alios, celebribus feminis, plane uti Libyco, Tyrio, Italico Heroi dederunt *Herculis* ſui nomen, & aliorum Deorum aliis aliarum gentium Diis. Hæc etiam cauſa eſt, quare tam varius Sibyllarum numerus tradatur à Veteribus, dum alii duas, alii tres, quatuor, ſex, novem, decem, undecim, & plures memorant. Non poſſum, quin adſcribam hanc in rem Pauſaniæ locum, ſed peſſime verſum. Tradit ille in *Phocicis cap.* 12. Ἐπὶ ταύτῃ Δελφοὶ ϛᾶσαν φασὶν ᾆσαι τοὺς χρησμοὺς, ὄνομα Ἡροφίλην, Σιβύλλαν δὲ ἐπίκλησιν, τὴν πρότερον γενομένην. Ταύτην ταῖς μάλιστα ὁμοίως οὖσαν ἀρχαίαν εὕρισκον, ἣν θυγατέρα Ἕλληνες Διὸς καὶ Λαμίας τῆς Ποσειδῶνος φασὶν εἶναι, καὶ χρησμούς τε αὐτὴν γυναικῶν πρώτην ᾆσαι, καὶ ὑπὸ τῶν Λιβύων Σιβύλλαν λέγουσιν ὀνομασθῆναι. Ἡ δὲ Ἡροφίλη, νεωτέρα μὲν ἐκείνης, φαίνεται δὲ ὅμως πρὸ τοῦ πολέμου γεγονυῖα καὶ αὐτὴ τοῦ Τρωικοῦ. Vertuntur hæc: *de quo Saxo Sibyllam Herophilen oracula canere ſolitam Delphi tradidere: quæ cognomine Sibylla nuncupata ab initio fuit, perinde atque aliam quamvis antiquam fuiſſe comperi. Filiam Græci Jovis* &c. Satis manifeſtum, non diſtingui in iſta Verſione *Herophilen* ab *antiquiore Sibylla*, in qua tamen re conſiſtit totius loci ſententia. Et res clariſſima eſt ex ultimis loci verbis, ἡ δὲ Ἡροφίλη, νεωτέρα μὲν ἐκείνης, *Herophile vero*, *poſterior illâ.* Quæ enim eſt ἐκείνη, niſi *antiquior Sibylla*, diverſa igitur ab *Herophile* hac. Miror profecto tales Verſiones ita repeti identidem novis Editionibus, nec tamen vel verbo declarari Lectoribus earum vitium. Vertendum certe fuerat. *In illa* petra *Delphi ajunt ſtantem ceciniſſe oracula feminam*, *nomine Herophilen*, *cognominatam Sibyllæ* nomine, *quæ prius* jam *fuerat. Hanc inveni antiquam non minus fuiſſe*, *quam quæ maxime. Filiam* &c. Reliqua enim pertinent ad hanc *antiquam Sibyllam*, uſque dum redit Auctor ad *Herophilen.* Sed & in Græcis Pauſaniæ verbis, quibus ait, ὑπὸ τῶν Λιβύων Σιβύλλαν ὀνομασθῆναι, *Libyes Sibyllæ nomine eam appellaſſe*, hæſitare me aliquantulum fateor. Nam nullam video cauſam, quare primum *Libyes* nomen feminæ Græcæ dederint, & dein quare illi eam vocarint *Sibyllam.* Alterius utrius ſaltem aliquam dediſſet rationem Auctor, ita diſerte iſtic primam Nominis illius inventionem vel impoſitionem commemorans. Putem plane, tradidiſſe ſimpliciter Pauſaniam, *Sibyllæ* nomen à nomine *Libyes* formatum, literæ L mutata in S. ut ſolent hæ literæ quoque ſibi invicem aliquando locum cedere. Sic *Chaldæi* qui dicuntur à Græcis & Latinis, ſua lingua vocabantur *Chaſdaîn.* Si ita, tum ſane legendum foret potius, καὶ ἀπὸ τῶν Λιβύων. Ratio autem iſtius derivationis hæc foret, quod, quum eſſet Lamiæ Neptuni Filiæ Filia, ex mari *Libyco* vel *Libya* in Græciam venerit. Et videtur tale quid velle Plutarchus *de Pythia pag.* 398. ubi ait, ἔνιοι δέ φασιν εἰς Μαλέωνα ἀφικέσθαι Λαμίας οὖσαν θυγατέρα τοῦ Ποσειδῶνος, *quidam vero ajunt Maleona*, (ſeu *Maleam* promontorium Peloponneſi è regione Africæ) *eam appuliſſe*, *quum eſſet Filia Lamiæ*,

ων εἶναι καὶ τὴν Κυμαίαν, καὶ τὴν [8] Ἰουδαίαν. [9] Βάκιδες τρεῖς, [10] ὁ μὲν Ελ-

cem, in quibus fuerit & Cumana, & Judæa. Bacides tres, primus Græ-

miæ, *Neptuni Filiæ*. Unde istuc, obsecro? nisi ex opposita *Libya*, quo nomine à Græcis appellabatur olim omnis Africa. Sed diserte Euripides Sibyllam hanc, Lamiæ Filiam, *Libycam* fuisse tradidit in deperdita jam fabula, *Lamia*. Unde Lactantius ex Varrone *d. l.* Sibyllas decem enumerans, primam ait fuisse *Persicam*, *Secundam Libycam*, *cujus meminit Euripides in Lamiæ Prologo. Tertiam Delphicam.* Conferri hæc debent cum Pausania, & ita liquebit, Sibyllam, quæ ante *Delphicam* exstitit in Græcia, fuisse vere *Libycam*. Sed & *Lamia* mater ejus ab eodem Euripide in fragmento istius Fabulæ Λιβυστικὴ dicitur. Quapropter vix dubito quin id voluerit Pausanias, illam, quum Libyca fuerit, & in Græciam venerit ἀπὸ τῶν Λιβύων, inde quoque dictam à Græcis, primo forsan Λιβύλλαν, deinde vero Σιβύλλαν. Ceterum liquet ex hoc ipso Pausaniæ loco etiam illud, quomodo primæ inter Græcos *Sibyllæ*, & proprie ita dictæ, nomen per ἐπίκλησιν similibus dein feminis fuerit datum. Periz.

Σίβυλλαι] Hujus appellationis originem Asiaticam esse multis ostendit Doctissimus Heidius in *Historiá religionis veterum Persarum cap.* 32. Ceterum Mediceus mox legit, ἡ Αἰγυπτία, καὶ Σαρδιανή. οἱ δὲ φασι καὶ ἑτέρας ἕξ.

7 Οἱ δὲ φασι] Vide Casparum Peucerum *lib. de divinat. generibus*. Scheff.

8 Ἰουδαίαν] Hæc ab aliis Ægyptia, Persis, Babylonia, Chaldæa fuisse dicitur, & Filia quidem Berosi. Vide Pausan. *Phocicis* 12. qui addit *apud Hebræos supra Palæstinam* exstitisse, & proprio nomine appellatam Σάββην. Suidas vocat Σαμβήθην. Verba ejus sunt: Σίβυλλα Χαλδαία, ἡ καὶ πρός τινων Ἑβραία ὀνομαζομένη, ἡ καὶ Περσὶς, ἡ κυρίῳ ὀνόματι καλουμένη Σαμβήθη. At nomen hoc Analogica ratione ab illo Σάββη, quod negare non debuisset Gallæus, est formatum, litera M loco prioris B inserta. Sic ab *Abbuba*, quod Chaldæis notat *Tibiam*, mulieres *Ambubajæ*, apud Horatium & Suetonium. Multa sunt similia, & dudum observata à Doctis. Ceterum hæc *Sambethe* etiam divinis honoribus, seu sacellis, videtur à quibusdam culta. Certe ad eam referendum, quod legimus in illustri Inscriptione Thyatirena apud Sponium *Itineris Tom.* 1. *p.* 398. Φάβιος Ζώσιμος κατασκευάσας σορὸν ἔθετο ἐπὶ τόπου καθαροῦ, ὄντος πρὸ τῆς πόλεως πρὸς τῷ Σαμβαθείῳ ἐν τῷ Χαλδαίου περιβόλῳ, *Fabius Zosimus, cum præparasset Arcam, posuit in loco puro ante Urbem apud Sacellum Sambethes in Chaldæi ambitu.* Sponius, quid hisce faceret, plane ignorabat. Vertit enim, *au lieu appellè Sambathæum, dans le jardin du Chaldéen.* At vero περίβολος non *hortum* notat, sed ambitum, & maxime Templi. Sic *supra* de Tabernaculo Alexandri ix. 3. περιῄει δὲ τὴν σκηνὴν περίβολος, ἔνθα ἦσαν Μακεδόνες χίλιοι. De Templis vero & Aris apud ipsum Sponium, *Itiner. Tom.* ii. *pag.* 486. ubi P. Licinius Priscus exstruxisse dicitur τοὺς τῶν πατρίων Θεῶν βωμοὺς σὺν τῷ περιβόλῳ καὶ προνάῳ. Et dein: καὶ τοῦ Ἡλίου τὸν ναὸν, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ ἄγαλμα, καὶ τὸν περίβολον, τὸν δὲ περίβολον τοῦ ἱεροῦ Νάπης καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ ναοὺς Δημήτρας, καὶ Κόρης καὶ Διονύσου, καὶ Ἀρτέμιδος. Adde Cebetis Tabulam, non longe ab initio. In tali *Peribolo*, qui *Chaldæi* dicitur, sive quod à Chaldæo quodam circumdatus erat istic templis quibusdam, sive quod Chaldæi numinis Templum continebat, erat etiam hoc Σαμβάθειον, h. e. *Sacellum Sambethes*, Chaldææ quoque Vatis. Forma enim ista vocis adhibetur Græcis ad Templum vel Sacellum alicujus Dei designandum, sic Πλουτώνειον apud Sponium *Tom.* ii. *pag.* 487. Ἀνάκειον templum Ἀνάκων, Castoris & Pollucis, apud Polyænum i. 21. Et sic passim. *Sambethen* vero fuisse Chaldæam potissimum habitam, atque adeo oportunam *Chaldæi Peribolo* docet nos Suidas verbis modo allatis. Nomen autem *Sabbæ* & *Sambethes* videtur itidem ex Hebraico סבא *Saba* formatum, quod notat *Vino se ingurgitare*. Hinc Bacchus *Sabazius*, immo & Bacchi Σάβοι, & usitata vox in sacris ejus, εὐοῖ σαβοῖ. Quin & inde Plutarchus *Sympos.* iv. *extr. Sabbathorum* Festum apud Judæos non esse alienum

Ελλην, ὁ δὲ Αθηναῖος, ὁ δὲ Αρκάς.

Græcus, alter Atheniensis, tertius Arcas.

ΚΕΦ.

CAP.

num putat à Baccho. Nam ait, Οἶμαι δὲ καὶ τὴν τῶν Σαββάτων ἑορτὴν μὴ παντάπασιν ἀπροσδιόνυσον εἶναι. Σάββους γὰρ καὶ νῦν ἔτι πολλοὶ τοὺς Βάκχους καλοῦσι, καὶ ταύτην ἀφίασι τὴν φωνὴν, ὅτ' ἂν ὀργιάζωσι τῷ Θεῷ &c. *Puto vero etiam Sabbatorum festum non omnino esse à Baccho alienum. Sabbos enim etiam nunc plerique vocant Bacchos, & vocem hanc edunt, quando sacra faciunt illi Deo.* Possis vero etiam derivare hæc Sibyllæ istius nomina à *Sabba* & *Sabbatha*, quæ metropolis fuit Sabæorum. Priori tamen derivationi speciem quandam addit etiam illud quod Christianorum Sibyllina carmina fingunt Sibyllam fuisse nurum Noachi, vel, ut Suidas, Noacho ortam, qui vinum invenit, & bibit primus, quod non ita temere prorsus videntur finxisse, & forsan ideo, quia Chaldæa hæc Sibylla, seu *Sabbe*, diceretur à Gentilibus filia cujusdam, qui primus Vinum Hominibus dederit. PERIZ.

9 Βάκιδες τρεῖς, ὁ μὲν Ελλην &c.] Solent *Bacides* Sibyllis jungi. Sic Cicero facit *de Divinat.* I. 18. Plutarchus *de Feminarum Virtut.* & *de Pythia*, Lucian. *de Morte Peregrini.* Tres fuisse dicuntur etiam ab Aliis. At Clemens Alex. *Stromat.* I. *pag.* 333. duos tantum memorat: οἱ Βάκιδες, ait, ὁ μὲν Βοιώτιος, ὁ δὲ Αρκάς: *Atheniensem* omittens, quem tamen diserte satis agnoscit Scholiastes Aristoph. *ad Equites pag.* 294. *extr.* ubi quia Aristophanes ille Atticus sæpe *Bacin* memorat in Comœdiis, notat, τρεῖς Βάκιδες ἐγένοντο: Ουτος μὲν Αττικὸς καὶ Μάντις, ὁ δὲ Λοκρὸς, ὁ δὲ Βοιωτὸς. Legendum vero istic Αρκὰς pro Λοκρὸς ex eodem Scholiaste *ad Aves*, & *ad Pacem:* ubi *primum* ait fuisse illum *ex Eleone Bœotiæ*, *secundum Atheniensem*, *tertium Arcadem.* Ceterum ex hisce locis Scholiastæ, ut & ex Suida, & Tzetze *ad Lycophr.* emendandus omnino Ælianus, & pro Ελλην reponendum Ελεώνιος, ut monuit jam Schefferus, licet nihil nos juvent MSti. Varia *Bacidis* oracula referunt Herodotus *lib.* VIII. & Pausanias in *Messenicis* & *Bœoticis.* IDEM.

10 Ο μὲν Ελλην] Lectio inepta: quæ enim inter Græcum & Atheniensem differentia? Accipe igitur veram lectionem ex Phileta Ephesio, quæ extat apud Suidam in Βάκις. Φιλητᾶς ὁ Εφέσιος φησὶ τρεῖς Βάκιδας, ὁ μὲν ἐξ Ελεῶνος τῆς Βοιωτίας. ὁ δὲ Αθηναῖος, ὁ δὲ Αρκὰς, ἐκ πόλεως Καφύης. Meminit *Bacidis* etiam Plato in *Theage.* Et in Luciano *de morte Peregrini*, habes ejus quoddam vaticinium. SCHEFF Error ridiculus, & eum pridem pridem videram ante Schefferum: quippe non Ελλην legendum, sed Ελεώνιος. non dicam plura. FABER. Quæ Suidas habet, debentur Scholiasti Aristoph. *in Aves.* & *in Pacem.* Non igitur dubitandum quin pro Ελλην Ελεώνιος, vel ἐξ Ελεῶνος legendum, aut Ελλην hoc loco ἰδίως sumendum pro Bœoto, uti Homerus *Iliad.* β. Ελληνας nominavit *Pthiotas*, qui Achilli parebant.

Μυρμιδόνες δὲ καλεῦντο καὶ Ελληνες καὶ Αχαιοί.

Esto judicium penes eruditum lectorem. De *Bacide* non uno vide Nic. Loënsem *lib.* IX. *cap.* II. KUHN.

ΚΕΦ. λϛʹ.

Περὶ ἀριθμοῦ Νιόβης παίδων.

[1] Εοίκασιν οἱ ἀρχαῖοι ὑπὲρ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν τῆς Νιόβης παίδων μὴ συνᾴδειν ἀλλήλοις. Ὅμηρος μὲν ἓξ λέγει, καὶ τοσαύτας κόρας. [2] Λάσος δὲ δὶς ἑπτὰ λέγει. Ἡσίοδος δὲ [3] ἐννέα καὶ δέκα, εἰ μὴ ἄρα οὐκ εἰσιν Ἡσιόδου τὰ ἔπη, ἀλλ', [4] ὡς πολλὰ καὶ ἄλλα, κατέψευσται αὐτοῦ. Ἀλκμὰν δέκα φησί· [5] Μί-

CAP. XXXVI.

De numero filiorum Niobes.

Veteres *Scriptores* de numero liberorum Niobes non videntur secum invicem consentire. Homerus quidem sex numerat, & totidem filias. Lasus vero bis septem dicit. Hesiodus autem undeviginti, nisi tamen non sint Hesiodi illa carmina, sed, sicut multa quoque alia,

1 Εοίκασιν &c.] Quam diversum *liberorum Niobes numerum* tradiderint Veteres, Vide, si tanti res est, apud Eos, quos allegavit Munkerus *ad Hyginum fab.* II. Periz. Et Salvagnius *Comment. in Ibin Ovidii v.* 583.

2 Λάσος] Hermionensis, Poëta antiquissimus & musicus, cujus meminit Plutarchus *libro de Musica.* Adde Vossium *de Poëtis Græc.* Nomina filiorum illorum filiarumque habes apud Hyginum *fab.* I. & Apollod. *lib.* III. Scheff. Gellium N. A. *lib.* XX. *cap.* 7. Tzetzen. *Chiliad.* Cuperum *Observ. lib.* III. *cap.* 17. de *Laso* Paulus Leopard. *lib.* II. *emend. cap.* 21. Konig.

Λάσος] Æqualis fuit Simonidis; atque ideo refertur ad tempora Darii Hystaspis. Patriâ erat Hermionensis ex Argolica regione Peloponnesi. Vide Vossium, sed simul Leopardum *Emendat.* II. 23. Periz.

3 Ἐννέα καὶ δέκα Ἡσίοδος] Apollodorus *lib.* III. *bibl.* auctor est, decem filios totidemque filias Hesiodum numerare. Scheff.

Ἐννέα καὶ δέκα] Atqui Apollodorus III. 5. 6. Hesiodum ait tribuere Niobæ decem Filios & decem filias. Nisi alteruter Hesiodum male inspexerit, ratio discriminis erit, quod Apollodorus retulerit ex Hesiodo liberos Niobes omnes, Ælianus vero eos qui perierunt. Perierunt autem omnes præter Chloridem, atque ita Undeviginti, si fuere Viginti. Periz.

4 Ὡς πολλὰ καὶ ἄλλα, κατέψευσται αὐτοῦ] Distinguunt in Græcis, sed Latine ea reddiderant sine distinctione. Si distinguas, sensus est, *nisi tamen carmina illa non sint Hesiodi, sed falso illi tribuantur, sicut multa etiam alia.* Sic passim καταψεύδεσθαι cum Genitivo. Diodorus Siculus *lib.* I. *p.* 2. C. ἔνια δὲ κατεψεῦσθαι τῆς ἀληθείας, *nonnullas etiam partes doctrinæ mentiri contra veritatem.* Strabo *lib.* IX. *p.* 412. οὕτω καὶ τοῦ Ὀγχηστοῦ κατέψευσται πρὸς ταῖς ἐσχατιαῖς Ἑλικῶνος αὐτὸν τιθείς: *ita etiam de Onchesto mentitur, collocans eam in radicibus Heliconis.* Plato *lib.* III. *de Republ.* ne credamus Thesea, aut quem alium Dei alicujus Filium & Heroa, οὕτως δεινὰ καὶ ἀσεβῆ ἐργάσασθαι, οἷα νῦν καταψεύδονται αὐτῶν, *tam gravia & impia fecisse, qualia nunc de iis mentiuntur.* Et hanc interpretationem ac distinctionem hic veriorem puto. Possis tamen etiam distinctionem illam prætermittere, & ita tunc Genitivum jungere prioribus, *sed, sicut multa etiam Alia Ejus, conficta sint, supposita sint.* Vide *supra ad* VIII. 6. Multa autem scripsisse dicebatur Hesiodus, unde Suidas, quum quædam commemorasset, addit, καὶ ἄλλα πολλά, *& alia multa.* Lugd. hic habet ἐγκατέψευσται. Periz.

5 Μίμεςμνος] Nullus hujus cognomenti auctor apud Græcos. Scribe Μίμνερμος. Hermesianax Colophonius *lib.* III. *Elegiac.* apud Athenæum *lib.* XIII.

5 Μίμνερμος εἴκοσι, καὶ Πίνδαρος τοσούτους.

alia, falso ipsi tribuantur. Alcman decem ponit: Mimnermus viginti, & Pindarus totidem.

Μίμνερμος δὲ, τὸν ἡδὺν ὃς εὕρετο, πολλὸν ἀνατλάς.

Propertius.

Plus in amore valet Mimnermi versus Homero.

Meminit Mimnermi etiam Plutarchus *libro de Musica*. SCHEFF. v. Strabonem *lib.* XIV. Pausan. in *Bœotic.* Athenæum *lib.* XIV. Solinum, Horat. *lib.* I.

Si, Mimnermus uti censet, sine amore jocisque
Nil est jucundum, vivas in amore jocisque.

ad intelligendos hos versus facem allucebit fragmentum *Mimnermi*, quod extat apud Stobæum *Serm.* CLXXXIV. Porphyrius in *h. l. Mimnermus*, inquit, *elegans scriptor fuit quidam ecloga Hieronymi sectam commendans, qui summum bonum indolentiam, quam Græce ἀναλγησίαν nominant, molestias amores plus quam gaudii habere demonstrat.* Locus corruptus, si quisquam alius. Salvo κριτικωτέρων judicio legerem. *M. e. s. f. qui quadam ecloga* (vel, *elegia*) *H. s. c. q. s. b. i. ait, quam Græcè ἀναλγησίαν nominant, amores plus gaudii quam molestiarum h. d.* de *Hieronymo Rhodio*, Cicero *lib.* II. *de Fin. Bon.* & *Mal.* & passim in *Tusc. Quæst.* Mimnermi sententia de amore apud Stobæum *l. c.* satis manifesta est. *ad lib.* II. *Epist. Horat.* iterum *Porphyrius*, *Mimnermus*, inquit, *duos luculentos libros scripsit.* KUHN.

Μίμνερμος] Patria fuit Colophonius, vixit temporibus Solonis, composuit Elegiaca & maxime Amatoria. Vide Vossium, & hic Schefferum & Kuhnium. Sluisk. etiam legit Μίμερμνος. Ab Lugd abest. De *Alcmane* jam egimus *ad* I. 27. PERIZ.

ΚΕΦ. λζ.

CAP. XXXVII.

Περὶ Ἀλεξάνδρου ἐν ἀπορίᾳ τροφῶν γενομένου, καὶ πῶς τινες κῶμαι διὰ τὸν καπνὸν ἑάλωσαν.

De Alexandro in egestate ciborum constituto, & quomodo aliqui vici per fumum capti sint.

1 Ἀλέξανδρος ὅτε Βῆσσον ἐδίωκεν, 2 ἐπ' ἀπορίᾳ γενόμενος τροφῶν,

Alexander, quum Bessum persequeretur, constitutus in ciborum

1 Ἀλέξανδρος] Vide Curtium *lib.* VII. *cap.* 5. Qui collatus cum nostro lucem poterit accipere; quemadmodum & Arrianus *lib.* III. ubi uno verbo hujus rei meminit. SCHEFF.

2 Ἐπ' ἀπορίᾳ &c.] Videtur Auctor hæc hausisse vel ex Strabone, vel ex Eodem, quo Strabo est usus. Certe & ille *lib.* XV. *p. m.* 725. ait Alexandrum ex Paropamisis transiisse per juga montium in Bactrianam; sed fuisse adeo ἀπορούμενον τροφῆς, ὥς τε ταῖς τῶν κτηνῶν σαρξὶ χρῆσθαι, καὶ ταύταις ὠμαῖς διὰ τὴν ἀξυλίαν· πρὸς δὲ τὴν ὠμοσιτίαν πεπτικὸν ἦν αὐτοῖς τὸ σίλφιον, πολὺ πεφυκός, *inopem alimenti, ut etiam carne jumentorum vescerentur, eaque cruda propter penuriam lignorum; ad cruditatem vero ciborum concoquendi vim adferebat illis silphium, quod multum illic nascebatur.* PERIZ.

3 Σίλφιον] Sesami succo adjutum exercitum prædictus auctor scribit. SCHEFF.

Σίλ-

φῶν, αὐτός τε ἥψατο τῶν καμήλων, καὶ ὑποζυγίων ἄλλων, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ· τῶν τε ξύλων αὐτοὺς ἐπιλιπόντων, ὠμὰ τὰ κρέα ἤσθιον. Επεκούρει δὲ αὐτοῖς τὸ [3] σίλφιον, πολὺ ὂν, ὥστε τὰς σάρκας συνεκπέττειν.

rum penuria, de camelis & aliis jumentis, tam ipſe, quam ſocii, comedere cœperunt: quumque eos ligna deficerent, crudas carnes vorabant. Silphium tamen, quod ibi copioſum erat, opem ferebat iis, adeo ut carnes illas ſimul concoqueret.

[4] Εν δὲ τῇ Βακτριανῇ οἱ στρατιῶται αὐτὰς τὰς κώμας [5] κατελάμβανον, ὅτι οἰκοῦνται ἐκ τοῦ καπνοῦ συνιέντες, καὶ τὴν χιόνα ἀφαιροῦντες τῶν θυρῶν.

In regione vero Bactrianorum milites ipſos vicos deprehenderunt, ex fumo inhabitari eos intelligentes, & nivem à foribus auferentes.

Σίλφιον] Naſcebatur præſtantiſſimum in Cyrenaica, unde & in Ejus Gentis nummis figura *Silphii* viſitur expreſſa: Deinde vero etiam in Syria, Media, & vicinis regionibus. Maximo erat in pretio apud Romanos, multumque uſum præbebat Medicinæ, & condimentis ciborum. Vide Plinium *Nat. Hiſt.* XIX. 3. Sed & Schol. Ariſtoph. *ad Equites pag.* 342. ait eſſe radicem ἀρτυτικὴν καὶ θεραπευτικὴν, h. e. *ad condimenta & medicamenta idoneam.* Vide omnino Salmaſium *ad Solinum pag.* 352. & 361. &c. ut & Illuſtr. Spanhemium *de Præſt. Numiſm. pag.* 253. &c. PERIZ.

4 Βακτριανῇ] In Parapamiſadis hoc factum narrant Diodorus *lib.* XVII. & Curtius *lib.* VII. *cap.* 3. Sunt autem Parapamiſadæ agreſte genus hominum, Bactrianis ad Occidentem conjunctum. SCHEFF.

Εν δὲ τῇ Βακτριανῇ] Alii tradunt, & verius, accidiſſe illud in Paropamiſadis, qui ſunt *Bactrianis* vicini, & verſus Septentrionem tunc certe ſiti, quicquid tandem contra ea tradat Vir Doctus in in nupera *Arte Critica Tom.* II. *p.* 547. tantum ut accuſet Curtium errorum, qui *omnem ineptiam ſuperant.* At vero imprudentiſſima eſt hæc accuſatio, quum extra omnem culpam in his poſitus ſit Curtius, nihil quippe rerum de ſuo Hiſtoriæ Veteri aſpergens, ſed omnia ex antiquioribus repetens. Vir Doctus ait Paropamiſadas agere *ſub clementiſſimo Climate.* At Curtius VII. 3. *Gelidiſſimum ſeptentrionis axem ex magna parte ſpectant.* Unde hoc Curtius? niſi ex illis, unde Diodorus quoque, Curtio antiquior, *lib.* XVII. *pag.* 605. ἡ δὲ τούτων χώρα κεῖται μὲν ὑπ᾽ αὐτὰς τὰς ἄρκτους, χιονοβολεῖται δὲ πᾶσα, καὶ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι δυσεπίβατός ἐστι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ ψύχους. *Regio eorum* Paropamiſadarum *ſita ſub ipſis Septentrionibus; tota autem nive conſpergitur, & vix invadi poteſt ab aliis gentibus propter exceſſum frigoris.* Confer ſequentia cum Curtianis, & videbis omnem illam frigoris deſcriptionem eſſe ex antiquioribus ſumptam. Neque vero ſolus ex iis, qui ad nos pervenerunt, Diodorus tuetur Curtium, ſed & Ælianus noſter, qui tamen male *in Bactrianis* hæc accidiſſe tradit, quum acciderint in itinere Alexandri ad Bactrianos, & Strabo, qui ſimul ad *Septentrionem* removet eos, & in *montanis* locat, quæ ipſa frigori magis obnoxia ſunt loca. Vide *lib.* II. *pag.* 130. οἵ τε τὰ ὄρη κατέχοντες Παροπαμισάδαι. Adde *lib.* XV. *p.* 723. & 725. Ammianus Marcell. XXIII. 6. *montium defectibus inclinatos* vel *acclinatos* ait. Liquet ex hiſce omnibus, nihil à Curtio tradi abhorrens à fide antiquiorum Scriptorum, quos ſequi debebat. Si poſteriores Geographi demiſere Paropamiſadas ad mollius cœlum infra vel ultra ſuos montes, nihil hoc ad Curtium. Sed & notiſſimum eſt, mutatos ſæpe fines, immo & ipſas ſedes gentium, aliquot ſæculorum decurſu. Sufficere nobis debet, Veteres aſſentiri Curtio, quem ceteroquin Ego neutiquam credo erroris expertem non magis

magis quam alios Scriptores, cum Antiquos tum Hodiernos. Sed iſta Criſis acerba eſt nimis, & nimis quæſita, qua ſi quis in tales viciſſim uteretur Cenſores, longe major & certior illi naſceretur ſeges talium Notarum. PERIZ.

5 Κατελάμβανον] Vertebatur *ceperunt*. Perperam. Senſus eſt, *deprehenderunt*, *invenerunt*. Sic mox *c.* 39. & *ſupra* III. 19. καταλαμβάνει τὸν Ἀριστοτέλη βαδίζοντα. *Ibid.* καὶ κατέλαβε διαλεγόμενον. *Actor. Apoſt.* IV. 13. καταλαβόμενοι ὅτι ἀγράμματοί εἰσι. Paulo poſt pro συνιόντες, quod vulgatur, repoſui, quod volebat Geſnerus, συνιέντες, *cognoſcentes*, *intelligentes*, Alterum notat, *quum conveniſſent*, quod ab hoc loco eſt alienum. Vide illud *infra* XIV. 27. rectius poſitum. MSti tamen omnes, etiam Regii, tuentur vulgatum, ex quo liquet, quam conſpirent aliquando in certiſſima vitia. IDEM.

ΚΕΦ. λη΄.

Περὶ ἵππων τῶν Σακῶν, καί τινων ἐθῶν αὐτῶν.

Οἱ [1] Σακῶν ἵπποι, ἐὰν ἀποβάλῃ τις τὸν δεσπότην, ἐς τὸ ἀναβῆναι αὐτὸν παρέστηκεν. Ἐὰν δέ τις γῆμαι βούληται παρθένον, [2] μονομαχεῖ [3] τῇ παιδί· καὶ κρατήσασα μέν, αἰχμάλωτον [4] ἀγάγεται, καὶ κρατεῖ αὐτοῦ, καὶ ἄρχει· ἐὰν δὲ νικηθῇ, ἄρχεται· [5] καὶ μονομαχοῦσι δὲ ἄχρι νίκης, οὐ μέχρι θανάτου. Πεν-

CAP. XXXVIII.

De equis, moribuſque quibuſdam Sacarum.

Sacarum equi, ſi quis dominum excuſſerit, conſiſtunt, ut rurſum aſcendat. Quod ſi quis virginem ducere uxorem cupit, pugnam cum puella ſuſcipit: & ſi illa ſuperior ſit, captivum abducit, & habet eum in ſua poteſtate, ac imperium in eum tenet: ſin inferior, regitur ab ipſo: Certant autem uſque ad victoriam, non

1 Σακῶν ἵπποι] Puto hoc, & quod ſequitur, ex ſolo Noſtro conſtare. Nam alii non meminerunt, quantum ſcio. SCHEFF.

Σακῶν] *Sacæ* proprie dicti, erant Paropamiſadis, de quibus modo egimus, vicini, ſed Perſæ omnes Scythas vocarunt *Sacas*, ut tradit Herodotus VII. 64. & Plinius VI. 17. Et forſan inde formatum eſt nomen *Scytharum*; Scilicet à Σάκαι, Σακύθαι, ut à *Sabbæ*, *Sabbatha*, Urbs in regione Sabæorum, & à *Sabba* Sibylla, *Sambethe*. PERIZ.

2 Μονομαχεῖ &c.] Tzetzes in *Chiliad.*

> Τοὺς Σάκας ἔθνος γίνωσκε, ὧν εὕρημα τὸ σάκος,
> Καὶ αἱ γυναῖκες τούτων δὲ συμμάχονται ἀνδράσιν,
> Ὡς καὶ Κτησίας εἴρηκε καὶ ἕτεροι μυρίοι.

Verba Cteſiæ leguntur apud Demetrium Phaler. περὶ ἑρμηνείας. μάχονται δὲ αἱ γυναῖκες ἐν Σάκαις, ὥσπερ αἱ Ἀμαζόνες. KONIG. Cteſias loqui videtur de mulierum in bellis præliiſque ſtrenua virtute, quæ viros juvabat contra hoſtes: Noſter vero de ſingulari certamine inter ſponſum & ſponſam. KUHN.

3 Τῇ παιδίσκῃ] Unde illud habuerit Peruſcus, incertum. Meum erat reponere, quod inveni in MStis, τῇ παιδί. Quod ſi in Codd. quibuſdam reperitur παιδίσκη, ut ſane id Regius Primus, teſte Cl. Boivinio, præfert, crediderim illud ortum primitus ex παιδί, ἢ καὶ κρατήσασα &c. quomodo ſi legeretur, nequaquam id repudiarem. Paulo poſt malim ex Sluisk. ἄγεται, vel cum Fabro, ἀπάγεται. Nam ἀγάγεται tempore præſenti, licet Lugd. quo-

Πενθοῦντες δὲ οἱ Σάκαι, [6] εἰς οἴκους τινὰς ὑπάντρους καὶ κατασκίους ἀποκρύπτονται.

non usque ad mortem. Quum vero in luctu versantur Sacæ, in conclavia quædam subterranea sese abscondunt.

quoque habeat, & Schefferus retineat, vitiosum tamen haud dubie est. Mos autem ille Sacarum inde videtur ortus, quod apud Scythas feminæ æque ac Viri pugnas inire solebant. Hinc Nicol. Damasc. de Scythis γαλακτοφάγοις, apud Stobæum, Μάχιμοι οὐχ' ἧττον αὐτῶν αἱ γυναῖκες, ἢ οἱ ἄνδρες, καὶ συμπολεμοῦσιν αὐτοῖς, ὅταν δέῃ. *Bellicosæ sunt illorum Mulieres non minus, quam Viri, & unacum iis bellum gerunt, quando opus est.* Et de Sauromatis tradit, *Virginem non prius eos nuptum dare, quam hostem illa occiderit.* Vide & Tacitum *de Moribus Germ. cap.* 18.

PERIZ. ἄγεται legit quoque Mediceus.

4 Αγάγεται] Ridiculum: leg. ἀπάγεται. FABER. Ego vero nil mutem. nam ἀγάγεται est Atticum, pro ἄγεται, quod cur stare nequeat, manente eadem sententia, non video. SCHEFF.

5 Καὶ μονομαχοῦσι δὲ ἄχρι] Mediceus & Sluisk. καὶ μονομαχοῦσι ἄχρι. omissa particula δέ.

6 Εἰς οἴκους τινὰς] Syris, Lydis, & Ægyptiis hæc lugendi ratio magis conveniret, quibus etiam à Plutarcho tribuitur *lib. de Consol. ad Apollon.* SCHEFF.

ΚΕΦ. λθ'.

Περὶ Περδίκκου εὐτολμίας, καὶ λεαίνης.

Περδίκκας ὁ Μακεδὼν, ὁ συστρατευσάμενος Ἀλεξάνδρῳ, οὕτως ἄρα ἦν εὔτολμος, ὥς ποτε εἰς σπήλαιον παρελθεῖν, ἔνθα εἶχεν εὐνὴν λέαινα, μόνος· [1] καὶ τὴν μὲν λέαιναν οὐ κατέλαβε, τούς γε μὴν σκύμνους αὐτῆς κομίζων προῆλθε, καὶ ἔδοξεν ἐπὶ τούτῳ θαυμάζεσθαι ὁ Περδίκκας. Πεπίστευται δὲ οὐ μόνον παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀλκιμώτατόν τε καὶ δυσμαχώτατον εἶναι θηρίον ἡ [2] λέαινα, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς βαρβάροις. Φασὶ γοῦν καὶ Σεμίραμιν τὴν Ἀσσυρίαν, οὐκ, εἴ ποτε εἷλε λέοντα, ἢ πάρ-

CAP. XXXIX.

De Perdiccæ audacia, & leæna.

Perdiccas Macedo, qui in bellum cum Alexandro abiit, usque adeo fuit audax, ut aliquando in speluncam, ubi leæna cubile habebat, introiret solus: verum leænam ipsam non deprehendit, sed catulos ejus secum exportans prodiit, & visus est Perdiccas hoc facto in admiratione *apud homines* esse. Etenim non solum apud Græcos robustissimum & oppugnatu difficillimum animal leænam esse creditum est, verum etiam apud Barbaros. Proinde dicunt etiam de Semiramide Assyria,

1 Καὶ τὴν Λέαιναν] Restitui ex MStis, & Primis Edd. Romana ac Basileensi, καὶ τὴν μὲν Λέαιναν. Vocula hæc à Gesnero primum, sed culpa Typographi, omissa fuit. Secuti

sunt

πάρδαλιν κατέκτανεν, ἢ ἄλλό τι τῶν τοιούτων, ἀλλ' εἰ λεαίνης ἐγκρατὴς ἐγένετο, μέγα ἐφρόνει.

ſyria, non, ſi quando leonem cepiſſet, aut pardalim interfeciſſet, aut aliam quandam talium ferarum, ſed ſi leænam ſuperaſſet, animum extuliſſe.

ſunt hanc negligentiam omnes dein Alii. PERIZ.

2 Λέαινα] Non abſimilia habent Olaus *lib.* V. *cap.* 21. Crantzius *de Saxon. lib.* IX. *cap.* 24. SCHEFF. Polydamas quoque etiamnum adoleſcens nullis telis armatus leonem in Olympo Macedoniæ monte interfecit, teſte Suida in Πολυδάμας.

ΚΕΦ. μ'.

Περὶ τῶν τῷ Ξέρξῃ ἑπομένων ἐφοδίων.

Τάτε ἄλλα ἐφόδια εἵπετο τῷ Ξέρξῃ πολυτελείας καὶ ἀλαζονείας πεπληρωμένα, καὶ οὖν καὶ ὕδωρ ἠκολούθει τὸ ἐκ τοῦ Χοάσπου. Ἐπεὶ δ' ἔν τινι ἐρήμῳ τόπῳ [1] ἐδίψησεν, οὐδέπω τῆς θεραπείας ἡκούσης, ἐκηρύχθη τῷ στρατοπέδῳ, εἴ τις ἔχει ὕδωρ ἐκ τοῦ Χοάσπου, ἵνα δῷ βασιλεῖ πιεῖν. Καὶ εὑρέθη τις βραχὺ καὶ σεσηπὸς ἔχων. Ἔπιεν οὖν τοῦτο ὁ Ξέρξης, καὶ [2] εὐεργέτην τὸν δόντα ἐνόμισεν, ὅτι ἂν [3] ἀπώλετο

CAP. XL.

De commeatu, qui ſequebatur Xerxem.

Xerxem ſequebantur cum alii commeatus magnificentia & oſtentatione pleni, tum vero etiam aqua ex Choaſpe ſimul vehebatur. Quum vero in loco deſerto ſitiret, neque dum veniret famulitium cum impedimentis, denunciatum eſt exercitui, ſi quis aquam ex Choaſpe haberet, ut regi eam bibendam daret. Et inventus eſt quidam, qui pauxillum haberet, & putre. Bibit igitur illam Xerxes, & eum, qui dederat, beneſactoris loco

1 Ἐδίψησαν] Ita quidem edidit Peruſcus, & ex eo ceteri omnes. At MSti conſenſu ſuo præferunt ἐδίψησεν; quod ideo revocavi in contextum. Nam de Uno etiam agitur Rege. Rem ipſam copioſe adeo illuſtravit Magnus ille Briſſonius *lib.* I. *de Regno Perſarum*, ut vix quidquam addi poſſit, neque opus ſit. Certe quæ ad hoc Caput notarunt Schefferus & Kuhnius, omnia ab illo præcepta jam erant. PERIZ.

2 Εὐεργέτην] Qui regem Perſarum beneficio aliquo demeruerat, *Oroſanga* dicebatur. Herod. *lib.* VIII. *cap.* 85. Φύλακος δὲ εὐεργέτης βασιλῆος ἀνεγράφη, καὶ χώρῃ οἱ ἐδωρήθη πολλή. οἱ δ' εὐεργέται τοῦ βασιλῆος Ὀροσάγγαι καλέονται Περσιστί. confer & Diodor. *lib.* XVII. *cap.* 81. KUHN.

Εὐεργέτην] Hunc quoque morem Εὐεργέτας, ſeu Perſice *Oroſangas*, appellandi eos, qui bene de Rege fuerant meriti, multis declaravit Idem Briſſonius, & eodem libro. PERIZ.

3 Ἀπώλετο τῇ δίψῃ] Quia regibus Perſarum aliam aquam bibere non licebat. Athenæus *lib.* II. Ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ὥς φησι ἐν τῇ πρώτῃ

το τῇ δίψῃ, 4 εἰ μὴ ἐκεῖνο εὑρέθη.

loco habuit, quoniam, nisi illa fuisset inventa, periisset siti.

τῇ Ἡρόδοτος, ὕδωρ ἀπὸ τοῦ Χοάσπεος πιεῖν ἄγεται τοῦ παρὰ Σοῦσα ῥέοντος. τοῦ δὲ μόνου πίνει ὁ βασιλεὺς &c. Strabo tamen refert *lib.* xv. etiam ex Eucæo & Nilo ei bibere licuisse, Quod & Dinon in *Persicis* confirmat, uti discimus ex Athenæo *lib.* 11. Sed & ex fonte, qui Aureus dicebatur, bibisse idem auctor est *lib.* xi. *cap.* 2. Consule & Brissonium *de Reg. Pers.* Scheff. Hinc Tibullus *l.* iv.

——— *Regia limfa Choaspes.* Kuhn.

4 Εἰ μὴ ἐκεῖνο εὑρέθη] Longe equidem prætulerim, quod in Sluisk. inveni, & Cl. Boivinius in Regio Tertio, ἐκεῖνος. Respiciuntur enim hisce superiora, καὶ εὑρέθη ΤΙΣ βραχὺ καὶ σεσηπὸς ἔχων. Atque adeo recepissem id lubens, nisi Lugd. & Regii duo, ac Tertii margo tuerentur vulgatum, sed male tamen, ut opinor. Periz.

ΚΕΦ. μα'.

Περὶ Πρωτογένους τοῦ ζωγράφου.

1 Πρωτογένης ὁ ζωγράφος 2 τὸν Ἰάλυσον, φασιν, ἑπτὰ ἔτεσι 3 διατελῶν γράφων ἐξετέλεσεν· ὃν Ἀπελλῆς ἰδὼν, τὸ μὲν πρῶτον ἔστη ἄφωνος, ἐκπλαγεὶς ἐπὶ τῇ παραδόξῳ θέᾳ· 4 εἶτα ἀπιδὼν ἔφη, καὶ

CAP. XLI.

De Protogene pictore.

Protogenes pictor Jalysum, ut ajunt, septem annis continuis pingens absolvit: quem quum cerneret Apelles, primum quidem stetit mutus, stupefactus inopinato spectaculo: deinde respiciens,

1 Πρωτογένης] Celeberrimus hic fuit pictor, Rhodi potissimum agens, Caunius patria, quæ Urbs in continenti Asiæ sita, Rhodiis fuit subjecta. Ita Plinius, Plutarchus, Pausanias. Male ergo Suidas *Xanthium ex Lycia* dicit. Ætas illius satis ex *Apelle* intelligitur. Sed tamen & in ea erravit Gellius xv. 31. qui quum Demetrius Poliorcetes Rhodum obsideret, & absumere igni pararet ædes extra Urbem, in quibus erat *memoratissima illa Jalysi imago*, *Protogenis manu facta*, monitum tradit à Rhodiis, *consideret*, *ne turpe sibi sit*, *quia non potuerit bello Rhodios vincere*, *bellum cum Protogene MORTUO gessisse*. Immo vero vivebat hoc ipso tempore Protogenes, & hanc ipsam pingebat cum maxime tabulam, μικρὸν ἀπολείπουσαν τοῦ τέλος ἔχειν, *quæ parum adhuc aberat ab ultima manu.* Quin immo Demetrius ipse cum Protogene collocutus, pingenti hanc picturam sæpe adfuit. Vide Plinium *Nat. Hist.* xxxv. 10. & Plutarch. *Demetrio pag.* 898. Adde Junii *Pictores*, & Seb. Corradum *in Cicer. Brutum p.* 128. Periz.

2 Ἰάλυσον] Meminit hujus etiam Strabo *lib.* xiv. & Plinius *lib.* xxxv. *cap.* 10. Plutarchus quoque in *Demetrio*, cujus verba, quoniam à nostris paulo discrepant, adscribam. Ἑπτὰ ἔτεσι, inquit, συντελέσαι λέγε[τ]αι τὴν γραφὴν ὁ Πρωτογένης, καί φησιν ὁ Ἀπελλῆς οὕτως ἐκπλαγῆναι θεασάμενος τὸ ἔργον, ὥστε καὶ φωνὴν ἐπιλιπεῖν αὐτόν. ὀψὲ δὲ εἰπεῖν, μέγας ὁ πόνος, καὶ θαυμαστὸν τὸ ἔργον. οὐ μὴν ἔχειν γε χάριτας, δι᾽ ἃς οὐρανοῦ ψαύειν τὰ ὑπ᾽ αὐτοῦ γραφόμενα. Adde & Suidam & Ciceronem in *Orat.* Fuit autem *Jalysus* iste Solis ex Cercapho nepos. Scheff. Vid. Leopard. *lib.* xvi. *Emend. cap.* 2. Kuhn.

Τὸν Ἰάλυσον] Fuit hic Nepos Solis, Filius Cercaphi, à quo *Jalyso* una ex Tribus antiquissi-

καὶ ὁ πόνος μέγας, καὶ ὁ τεχνίτης, ἀπολείπεταί γε μὴν τῆς χειρουργίας 5 ἡ χάρις, ἧς ὁ ἀνὴρ εἰ τύχοι, ὁ πόνος αὐτοῦ τοῦ οὐρανοῦ 6 ψαύσει.

ΚΕΦ.

ſpiciens, Et labor, inquit, magnus, & artifex, verum gratia abeſt ab opere, quam ſi homo conſequatur, labor ejus cælum attinget.

CAP.

quiſſimis inſulæ Urbibus (de quibus Vide me *ſupra ad* III. 17. 12.) eſt nominata *Jalyſus*, ſicut reliquæ à duobus ejus Fratribus, *Camirus* & *Lindus*. Vide Meurſii *Rhodum* I. 4. PERIZ.

3 Διατελῶν γράφων ἐξετέλεσε] Ferri hoc poteſt, tum quia Græcæ Linguæ uſus ſatis hanc phraſin frequentat, tum quia probat Sluisk. Dubitem tamen, an hæc lectio ex alia & veriore ſit orta, quam Lugd. & Regius 2. ac Margo Tertii, præfert, ἑπτὰ ἔτεσι διαζωγραφῶν ἐξετέλεσε. Rarius hoc eſt vocabulum, & ideo librariis ignotum, & corruptioni obnoxium, Græcum tamen, quo etiam Philo eſt uſus *lib.* III. *de Vita Moſis*, ut jam obſervavit Stephanus. IDEM.

4 Εἶτα ἀπιδὼν] Mallem ἀπιὼν, ut opponatur præcedenti ἔστη, certè non tum demum reſpexit, quod dicit Interpres, ſed diu ante. SCHEFF. Non opus manu medica. ἀπιδὼν enim notat, Apellem iterum, diſcuſſa admiratione, oculos defixiſſe in picturam, ſuamque de ea tuliſſe ſententiam. Plinius *lib.* XXXV. cum Apelles *Protogenis opus immenſi laboris & curæ ſupra modum anxiæ miraretur, dixit, omnia ſibi cum eo paria eſſe aut illi meliora, ſed uno ſe præſtare, quod manum ille de Tabula neſciret tollere, memorabili præcepto, nocere ſæpe nimiam diligentiam.* vide Gellium *N. A. lib.* XIII. *cap.* 31. KUHN.

Εἶτα ἀπιδὼν ἔφη] Sic quidem & MSti. Blanditur aliquantulum tamen, quod conjecit Schefferus, ἀπιὼν, *abiens*. Ἀπιδὼν notaret, ut vult Kuhnius, qui tuetur hanc lectionem, Apellem oculos defixiſſe in eam tabulam. Sic ſane ἀπιδὼν εἰς πλακοῦντα, *ſupra* III. 29. Atqui id fecerat Apelles jam antea, quando ſtetit defixus, & mutus, & perculſus ſpectaculo iſtius picturæ. Languet ergo repetitio iſta ejuſdem plane rei. Quapropter ſi genuinum eſt, quod vulgatur, & præferunt MSti, acciperem illud, quaſi per Ellipſin dictum, pro ἀπιδὼν εἰς τοὺς παρεστῶτας, h. e. *avertens* jam ſe ab illa tabula, *& intuitus adſtantes*. Sic illud ἀπιδὼν εἰς πλακοῦντα notat, ab aliis rebus, quæ iſtic memorantur, *oculos referens in placentam*. Et videtur hic idem voluiſſe Vultejus, quando vertit *reſpiciens* ſcil. à tabula ad adſtantes. Sed & Corradus *ad Brutum Ciceronis p.* 128. *extr.* vertens, *converſus*. PERIZ.

5 Ἡ χάρις] Venerem & Venuſtatem reddit Plinius *lib.* XXX. *cap.* 30. *Cum eadem ætate* (*Apellis*) *maximi pictores eſſent, quorum opera cum admiraretur, collaudatis omnibus, deeſſe eis unam illam Venerem, quam Græci charita vocant, cætera omnia contigiſſe.* Et *paulo poſt*: *Præcipua ejus in arte venuſtas fuit.* Quintilianus *Gratiam* appellavit *lib.* XII. *Orat. Inſtit. cap.* 10. *Ingenio & gratiâ, quam in ſe ipſo maxime jactat, Apelles eſt præſtantiſſimus.* SCHEFF.

6 Ψαύσει] Lege ψαύσειε. FABER. Si hoc, addendum ἂν, ut ſit ψαύσειεν ἄν. Sed neutro opus eſſe puto. Plutarch. *l. c.* οὐ μὴν ἔχειν γε χάριτας, δι' ἃς οὐρανοῦ ψαύειν (legerem ex Noſtro ψαύσει) τὰ ὑπ' αὐτοῦ γραφόμενα. quis non videat, Noſtrum etiam verba quædam Plutarchi ſublegiſſe? KUHN. Malim ψαύσειε, ut *ſupra* XI. 9. καταζήσειας. & ita Pindarus *Pythiis* IX. 213. εἶπε δ' ἐν μέσσοις, ἀπάγεσθαι, ὃς πρῶτος θορὼν ἀμφί οἱ ψαύσειε πέπλοις, *dixit autem inter medios procos, ut abduceret eam, qui proſiliens primus contingeret ejus peplos.* PERIZ.

ΚΕΦ. μβ΄.

Περί τινων ἀνθρώπων ὑπὸ θηρίων τραφέντων.

Κῦρον τὸν ¹ Μανδάλης ἔθρεψε, φασι, κύων. Τήλεφον δὲ τὸν
2 Αυγης καὶ Ηρακλέους, ἔλαφος.
3 Πελίαν δὲ τὸν Ποσειδῶνος καὶ Τυ-

CAP. XLII.

De quibusdam hominibus à feris enutritis & educatis.

Cyrum Mandalæ *filium* canis nutrivit, ut ferunt. Telephum vero Auges & Herculis *filium*, cerva: at Peliam Neptuni & Tyrûs filium

1 Μανδάλης] Recte observavit vir eruditissimus Bongarsius *in notis ad Justinum lib.* I. *cap.* 4. ex Herodoto Μανδάνης corrigendum esse. Ita enim etiam Diodorus in *Excerpt. lib.* VI. Κῦρος ὁ Καμβύσου υἱὸς καὶ Μανδάνης. &c. SCHEFF. Μανδάνη an Μανδάλη legas, perinde fuerit, propter summam λ & ν cognationem. sic νίτρον & λίτρον, μεζαμώλιον & μεζαμώνιον, πνεύμων & πλεύμων dicimus. vide Schol. Apollon. & Eustath. *in Iliad. p.* 483. Cæterum Hesychius Κῦρον dictum putat ἀπὸ τοῦ ὑπὸ κυνὸς τετράφθαι. *quod à cane nutritus sit*, quasi ἀπὸ κυνὸς, vel apud Persas Κῦρος vel *Cores canem* denotet, id quod à *Rabbinis* sumptum. illi enim de Cyro isto narrant : שהיה גדולו על יד הכלבה נקרא שמו כורש שבלשון פרסי הוא כלב *quia â Cane enutritus est, ideo nomen ejus est Cores, quod in lingua Persica est canis.* vide Abarbanelem *in cap.* 51. *Esaiæ.* & Schickard in *Tarich. R. P.* KUHN.

Μανδάλης] Sic & MSti, cum Mei, tum Regii, etiam Medicei. Herodotus tamen, Diodorus immo & Valerius Maximus *Mandanen* vocant Cyri matrem. Sed propter cognationem & promiscuum usum literarum L. & N. apud ipsos Veteres, nihil hic mutandum censet Kuhnius. Et sane ita *Lympham* ex Gr. Νύμφη deducit Festus. Sic apud Eundem *Nuscitiosus* reperimus olim quoque dictum pro *Luscitiosus.* Sic *Melior* ex Gr. Αμείνων, Vide Scaligerum *ad Festum* in *Meliom.* Immo sic apud Danielem פסנתרין *Psanterin*, ex Gr. ψαλτήριον. Sic denique *Labynitus* & *Nabonidus* idem est Nomen Proprium & Regium apud Babylonios. Plane ut hic *Mandane* & *Mandale.* Nisi tamen malis credere, hoc ortum hic loci ex facili lapsu inter literas Ν & Λ, maxime prout in MStis scribuntur. PERIZ.

2 Αγαυῆς] Scribe Αυγης. Hyginus *fabula* CCLII. *Telephus Herculis & Auges filius à cerva mutritus.* Apollodorus *lib.* II. *Deinde Hercules Tegea transiens Augem Alei filiam, haud agnitam vitiavit.* Subdit postea historiam de Telepho. Atque ita olim legit Cœlius *lib.* XXI. *cap.* 37. & scribendum monuit Leopardus *lib.* I. *emend. cap.* 16. quod nunc demum observo. SCHEFF. Bene Leopardus Αυγης. & ita Meziriacus. FABER. Confer Dionem Chrysost. *Orat.* περὶ δουλείας καὶ ἐλευθερίας. KUHN.

Αγαυῆς] Probat hoc Sluisk. & ceteri Codd. At Regius Secundus Χαυγῆς. Noster vero Lugd. αὐτῆς, ita tamen ut postea librarius literam Τ punctis notaverit, & deletam voluerit, substituta literâ Γ. quam & supra illam expressit. Nec dubitavi illa auctoritate Αυγης recipere, quum ex Historia fabulari certum sit, matrem Telephi fuisse *Augem*, Alei, qui frater Stenobœæ, quæ Prœto nupsit, & Bellerophontem amavit, Filiam, ab Hercule compressam. Vide Hyginum *fab.* 99. 100. 101. & 162. & Apollod. III. 9. Sed & Leopardus jam olim *Emendat.* II. 16. ita hunc locum correxit. PERIZ.

3 Πελίαν] Locus brevitate sua obscurus, & distinctione parum idonea tenebricosus. Nam post Αλόπης scribendum punctum, & ex

Τυροῦς, ἵππῳ· 4 ἀλλὰ καὶ τὸν Ἀλόπης. 5 Ἀλέξανδρον τὸν Πριάμου 6 ὑπὸ ἄρκτου φασὶ τραφῆναι· 7 Αἴγισθον δ' τὸν Θυέστου καὶ Πελοπίας, 8 ὑπὸ αἰγός.

filium equa: sed & Alopes *Filium.* Priami *filium* Alexandrum ferunt ab ursa educatum: Ægisthum vero Thyestæ & Pelopiæ *filium*, à capra.

ΚΕΦ. CAP.

ex præcedentibus καὶ Ποσειδῶνος ἵππος subaudiendum est, ut sensus sit, etiam hujus filium sic esse educatum. Fuit is autem Hippothous. Consentiunt cum hac emendatione, quæ habet Leopardus *lib.* I. *Emend. cap.* 16. Quamquam ipse longius abeat à veteri scriptura. Historiam porro habes apud Hyginum *fab.* CLXXXVII. & Pausaniam in *Atticis.* SCHEFF. Nil mutandum. FABER. De isto Hippothoonte breviter *Etymolog. Magnum*, & mendose, ni fallor. Ἱππιόθων, inquit, Κερκυῶνος. πῶς; ὅτι λάθρα αὐτὸν ἐκ Ποσειδῶνος κυήσασα, ἐξέθηκεν· ἵππος δὲ αὐτὸν ἐξέθρεψεν. legerem Ἱπποθῶν vel Ἱπποθόων Ἀλόπης Κερκύωνος &c. *Hippothoon ex Alope Cercyonis filia genitus. quo pacto? illum ex Neptuno clam genitum exposuit: equus autem illum enutrivit.* KUHN.

Πελίαν δὲ &c.] Historiam Peliæ cum fratre Neleo expositi, & ab Equa nutriti, vel certe ab Equa inventi, & à Pastore educati, Vide apud Apollodorum I. 9. 8. PERIZ.

4 Ἀλλὰ καὶ τὸν Ἀλόπης &c.] Valde perperam hæc in omnibus Edd. ita separata fuerunt à prioribus, quasi nova pars Capitis hinc inciperet, & simul sine ulla distinctione juncta fuerunt sequentibus, atque ideo Meursius *ad Lycophronem v.* 138. pro Ἀλόπης legi hic jussit Ἑκάβης: sed & ideo Vultejus credidit *Alexandrum*, qui sequitur, ex *Priamo* & *Alope* natum. Verum hic Interpretis error castigatus jam est ab Eximio illo Leopardo *Emend.* II. 16. quem secuti sunt Schefferus, Faber, atque alii. Vitium tamen, quod miror, reliquerunt in contextu. *Alope* illa erat Cercyonis Filia, qui à Pausania in *Atticis* & Gellio *Noct. Att.* XV. 21. *Neptuni* dicitur *Filius*, at ab Hygino passim *Vulcani F.* Historiam *Alopes* & Hippothoi Filii ejus ab Equa nutriti Vide apud Hyginum *fab.* 187. PERIZ.

5 Ἀλέξανδρον τὸν Πριάμου] Hunc locum emendavit, si fida memoria est, Meziriacus *ad Ovidium.* Post Ἀλόπης statuendum punctum est, & mox scribendum, Ἀλέξανδρον δὲ &c. FABER.

6 Ὑπὸ ἄρκτου] Nempe expositus fuit infans in Ida monte jussu Priami, atque ibi per quinque dies nutritus ab Ursa: Quod cum animadverteretur à Pastore, qui eum acceperat exponendum, ab illo sublatus est denuo & educatus, atque appellatus Πάρις, ὅτι τὸν μόρον παρῆλθεν, *quod fatum prærterierit*, seu *mortem evaserit.* Postea vero Ἀλέξανδρος, ὅτι ἠλέξησεν, ὅ ἐστι βοήθησεν, τῇ πατρίδι, vel τοῖς ποιμένεσι. Vide Apollodorum III. II. 5. Schol. Homeri *ad Iliad.* M. 93. & Schol. Lycophronis *d. l.* IDEM.

7 Αἴγισθον δὲ &c.] Genitus est ille ex concubitu Patris cum Filia, & expositus, atque inventus dein à Pastoribus, ac capræ subditus. Vide Hyginum *fab.* 87. & 88. IDEM.

8 Ὑπὸ αἰγός.] Idem testatur Hyginus *ante dicto loco.* SCHEFF. Orion apud Auctorem Etymologici M. Αἴγισθος παρὰ τὸ θῶ, τὸ θηλάζω καὶ τὸ αἴξ, Αἴγισθος, καὶ πλεονασμῷ τοῦ σ Αἴγισθος. Ἱστοροῦσι γὰρ αὐτὸν αἰγείῳ γάλακτι τροφῇ χρήσασθαι. οὕτως Ὠρίων.

Κ Ε Φ. μγʹ.

Τίνες ἐξ ἀσήμων περιφανεῖς γεγόνασι.

Δαρεῖον ἀκούω τὸν Υςάσπου [1] Φαρετροφόρον Κύρου γενέσθαι. Ὁ δὲ

C A P. XLIII.

Qui ex obſcuris clari nobileſque evaſerint.

Darium Hyſtaſpis *filium* audio Cyri pharetrophorum fuiſſe.

1 Φαρετροφόρον Κύρȣ] Herodotus in *Thalia* ſcribit, fuiſſe δορυφόρον Καμβύσεω καὶ λόγȣ ȣ̓δενὸς μεγάλȣ. Φαρετροφόρον, quod Interpres retinuit, Latine dixeris *armigerum*, quem è numero corporis cuſtodum fuiſſe exiſtimo, qui apud Perſas magno in honore habiti: erant enim cognati regis, ſicut & Darius natus erat ex Hyſtaſpe patruele Cyri. vide Sulpit. Sever. *lib.* II. KUHN.

Φαρετροφόρον] Vile adeo aut ignobile neutiquam videtur pharetram Regis ipſius geſtaſſe, præſertim quum Reges Perſarum cives ſuos, certe poſt Cyrum, pro ſervis habuerint, ſola Uxore exceptâ, (Vide Briſſonium *de Regno Perſar. lib.* I. *pag.* 22. 23.) & adorari ab omnibus voluerint, quod ab ipſo Cyro dicitur inſtitutum, apud Arrianum *lib.* IV. *pag.* 266. Sed & ut hic Cyri Regis *pharetram portaſſe* dicitur *Darius*, ſic Peuceſtes, Nobilis Macedo, ſacrum, & ex Iliacæ Palladis templo ſublatum, clypeum geſtabat ante Alexandrum, teſte eodem Arriano *lib.* VI. *pag.* 394. Sed & inde de Alexandro dicitur, *Perſico more* τȣ̀ς ἐπιφανεςάτȣς τῶν ἀνδρῶν δορυφορεῖν ἔταξεν, ἐν οἷς καὶ τὸν Δαρείȣ ἀδελφὸν Ὀξάθρην, *illuſtriſſimos homines conſtituit ſibi Satellites, in quibus & Darii Fratrem Oxathren*, apud Diod. Sicul. *lib.* XVII. Quin & in aliis gentibus id uſitatum fuit, ut nobiliſſimi Adoleſcentes Regibus traderentur *ad munia haud multum ſervilibus miniſteriis abhorrentia*, ut de ipſis Macedonibus loquitur Curtius VIII. 6. cui adde Arrianum *lib.* IV. *p.* 268. Res etiam manifeſta ex eo, quod hic Darius fuit non Ignobilis Homo, ſed inter ipſius Cyri gentiles ſeu agnatos, adeo ut Hyſtaſpes, Pater Darii, fuerit frater Patruelis Cyri. Vide Simſonii *Chronicon*. Eadem Nobilitas Darii vel ex eo clariſſima eſt, quod etiam inter ſeptem illos Principes Perſarum numeratur, qui conjurarunt contra Magos. Fuit ergo haud dubie, tanquam nobilis puer, geſtator pharetræ Cyro, potiſſimum, ut opinor, in Venatione, cui dediti erant Perſæ, & maxime Cyrus, ut ex Xenophonte notum eſt. Deinde vero fuit quoque inter Cambyſis δορυφόρȣς, ut tradit Herodotus III. 139. ex quo etiam, &, quam ibidem refert, Syloſontis Dario amiculum dantis Hiſtoria, ſatis liquet, non fuiſſe tamen valde opulentum, aut in magna tunc dignitate conſtitutum, quippe adhuc juvenem plane. Ceterum *Pharetrophorus* apud Perſas idem pene erat, quod apud Europeos *Armiger*. Perſæ enim multum & perite utebantur arcu, ut notum vel ex Parthorum bellis contra Romanos. Erant autem *pharetræ* veterum breves & apertæ, unde ideo ſagittæ eminebant extrema parte, haud dubie, ut tanto citius haberi & ad arcum aptari poſſent. Vide omnino nummos, quos exhibet Excellentiſſ. Spanhemius *ad Callimachum Hymno in Dian. p.* 134. & 138. in quibus cernitur Diana cum canibus, ſiniſtra arcum tenens, at dextra in tergum, ubi pharetra pendebat, reflexâ, novam ex ea aperta ſagittam capiens. Sed & ipſe Arcus iis inſerebatur aliquando. Liquet res ex Nummo gentis Planciæ apud Begerum in *Obſerv. p.* 32. qui minus accurate expreſſus eſt ab Urſino vel Patino: & Alio Gentis Publiciæ apud Urſinum, qui etiam in inſtructiſſima illa ſupellectile Nummaria Cl. Collegæ mei, Jac. Gronovii, bis reperitur, unde Eum, ſicut priorem ex Begero, hic exhibere volui. At antiquiſſimis temporibus clauſæ fuerunt, unde Homerus ἀμφηρεφέα φαρέτρην

ait,

δὲ τελευταῖος Δαρεῖος ὑπὸ Ἀλεξάνδρου νικηθεὶς, [2] δοῦλος ἦν. [3] Ἀρχέλαος

ſe. Ultimus vero Darius, qui victus eſt ab Alexandro, ſervus fuerat.



ait, h. e. utrimque *tectam*, *clauſam*. Notat id diſcrimen Euſtath. *ad Iliad.* A. *p.* 29. ἐοίκασιν οὐ μικραὶ τοῖς παλαιοῖς αἱ φαρέτραι εἶναι, οὐδὲ τοὺς οἰστοὺς ἔξω προκύπτοντας ἔχειν, ἀλλ' ὅλους αὐτοὺς ἔσω στέγειν· καὶ δῆλον ἐκ τοῦ, ἀμφηρεφέα φαρέτραν εἰπεῖν τὴν κύκλῳ ἐρεφομένην. *Videntur non parvæ Antiquis pharetræ fuiſſe, nec habuiſſe ſagittas extra prominentes, ſed totas eas intus clauſiſſe; Manifeſtum id ex eo, quod Homerus pharetram dixit* Ἀμφηρεφέα, h. e. *undique tectam*. PERIZ.

2 Δαρεῖος, δούλης υἱὸς] Δοῦλος ſcribendum arbitror. Plutarchus *lib. de fort. Alexandri.* Δαρεῖον ἐκ δούλου καὶ ἀστάνδου βασιλέως, κύριον Περσῶν ἐποίησας. Firmat conjecturam noſtram MS. C. at in MS. B. eſt δῆμος. At Diodorus Siculus *lib.* XVI. Arſanum parentem ſcribit habuiſſe, qui Artaxerxis Perſarum regis frater fuit. Quanquam hoc priori non adverſum putet Raderus, quem vide *ad Curtium lib.* III. *cap.* 3. ver. *in eodem habitu.* SCHEFF. Δούλης υἱὸς. eleganter & pro more hujus linguæ ſubintelligitur υἱός. KUHN.

Δούλης ἦν] Etiamſi pro more linguæ intelligi poſſit υἱὸς, quod ait Kuhnius, certum tamen, corrupta hæc eſſe. Nam & Hiſtoria repugnat, quæ Darium non ex *Serva*, proprie accepta, (nam ceteroquin omnes Perſæ, excepta Regina, habebantur pro Servis Regum) ſed ex illuſtri femina, Siſygambi, ex Hiſtoriis Alexandri notiſſimâ, tradit genitum, quæ vel ipſius Artaxerxis Mnemonis fuit filia, vel potius ex ejus fratre orta, Vide Curtium x. 5. 23. Refutant etiam hanc lectionem MSti, qui pariter legunt δοῦλος vel δῆμος, niſi quod Mediceus 1. habeat δούλιος. Repoſui itaque δοῦλος ex Sluisk. Pariſienſi Regio 3. & Mediceo 2. atque interpretor de Cive Regi ſubjecto, qui, ut dixi, Regum erant vel habebantur δοῦλοι. Ut taceam fuiſſe etiam Regis Ἀστάνδην, *Curſorem*, h. e. ut putem Ego, *Curſoribus illis præfectum*, quippe quum fuerit & ipſe ex Regia cognatione ſecundum Diodorum Siculum, *lib.* XVII. *pag.* 564. Accedit quod diſerte Plutarchus *de Fort. Alex.* dicat Darium ἐκ δούλου καὶ Ἀστάνδου βασιλέως Κύριον Περσῶν factum, ut jam monuit Schefferus. Lugd. tamen Codex, ut & Regius 2. habet δῆμος, unde lubens legerim minima mutatione, δήμου υἱὸς. Heſychius, Δήμου ἄνδρα, δημότην ἄνδρα, h. e. *vulgarem*, *plebejum hominem*. Homerus *Iliad.* B. 198. Ὃν δ' αὖ δήμου τ' ἄνδρα ἴδοι, *quem porro plebejum hominem vidit.* Alii enim tradunt. Darium hunc *non fuiſſe ex Regia cognatione*, *aut Gente*, veluti Strabo, qui *lib.* XV. *extr. Regem conſtituit* Δαρεῖον οὐκ ὄντα τοῦ γένους τῶν Βασιλέων. Sed & hinc apud Curtium III. 3. *initio*, ille *veſtis habitus*, quo Darius fuerat uſus ante Regnum, vocatur dein *Perſicus & Vulgaris habitus*. PERIZ. Ex veſtigiis Codicis Medicei, in quo corrupte ſcribitur δούλιος, ſuſpicor, Auctorem noſtrum dediſſe δούλου υἱός.

3 Ἀρχέλαος δούλης υἱὸς] Αἰπόλος ἦν ὁ Ἀρχέλαος. *caprarius fuit Archelaus*, inquit Diogenes Cynicus apud Dionem Chryſoſt. *orat.* IV.

de

χέλαος δὲ ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς δούλης υἱὸς ἦν τῆς Σιμίχης. 4 Μενέλαος ὁ Φιλίππου πάππος εἰς τοὺς νόθους ἐτέλει· ὁ δὲ τούτου υἱὸς, Αμύντας, ὑπηρέτης 5 Αερόπου, καὶ δοῦλος ἐπεπίστευτο. 6 Περσεὺς δὲ, ὃν καθεῖλε Παῦλος ὁ Ῥωμαῖος, Αρ-

fuerat. Archelaus autem Macedonum rex serva Simicha progenitus erat. Menelaus Philippi avus in nothis numerabatur: ejus vero filius, Amyntas, minister Aeropi, & servus esse creditus fuit. Perseus, quem Paulus Romanus de-

de Regno. idem de Cyro, οὐκ οἶδα, ὅτι λυχνοποιὸς ἦν ὁ Κῦρος Αστυάγους. in *de servit. & libert.* KUHN.

Ἀρχέλαος] Hic vere *Ancillæ* fuit filius, servientis apud Alcetam, Patruum Archelai. Nam Pater ejus fuit Perdiccas, qui Rex dein exstitit Macedonum, & cui successit Archelaus. Plato in *Gorgia pag.* 471. de ipso jam Rege, ὄντι ἐκ γυναικὸς, ἣ ἦν δούλη Αλκέτου, τοῦ Περδίκκου ἀδελφοῦ, καὶ κατὰ μὲν τὸ δίκαιον δοῦλος ἦν Αλκέτου, καὶ εἰ ἐβούλετο τὰ δίκαια ποιεῖν, ἐδούλευεν ἂν Αλκέτῃ, *qui fuit ex muliere, quæ serva erat Alcetæ, Fratris Perdiccæ, atque adeo jure quidem servus & ipse erat Alcetæ, & si vellet, quæ justa sunt, agere, serviret Alcetæ.* Sed & dein Alcetam vocat ideo illius δεσπότην καὶ θεῖον, *Dominum & Patruum.* Adde Athenæum *lib.* XI. *pag.* 506. PERIZ.

4 Μενέλαος] Hic ita appellatur etiam à Justino VII. 4. ubi & Frater dicitur Alexandri, Regis Macedonum tempore Xerxis, Filius Amyntæ, Regis tempore Darii Hystaspis, Pater Amyntæ, ex quo Philippus est ortus. At à Diodoro Siculo vocatur *Tharraleus.* Patrem enim Philippi is Αμύνταν Θαῤῥαλέου dicit *lib.* XV. *p. m.* 373. Regno autem exclusus videtur, quia Nothus fuit, neque Filius ejus Amyntas Regnum accepit hereditaria successione, sed per vim, occiso Pausania, proximo Rege, Aeropi Filio. Sed & ideo tam humili specie ac fortuna educatus fuit ille Amyntas Menelai, ut etiam *servus crederetur*, quod ait Noster. IDEM.

5 Αερόπης] Sluisk. & Regius Tertius prima manu, Αερόπου, quod sine dubio verum est. Nam *Aeropus* tempore Agesilai, (Vide Polyænum II. I. 17.) Rex fuit Macedonum ante hunc Amyntam, occiso pupillo suo, Oreste, Archelai Regis Filio. Sed vicissim *Aeropi* Filium, Pausaniam, postquam per unum regnasset annum, occidit *Amyntas*, & regnum ejus occupavit. Vide Diodorum *lib.* XIV. IDEM.

6 Περσεὺς] Adde Plutarchum in *Artax.* in *Æmilio*, in *Arato.* mater fuit Sartrix, nomine *Gnathænium.* KUHN.

7 Αδόξου δέ τινος υἱὸς] Habitus & dictus est Philippi Filius, Regis Macedonum, atque ideo ei successit in regnum, sed ex vulgari puella & corpus publicante genitus extra matrimonium A quibusdam tamen credebatur ab alio genitus, & Philippo suppositus. Plutarchus in *Arato extr.* ὃν οὐ γνήσιον, ἀλλ' ὑποβλητὸν εἶναί φασιν, ἐκ Γναθαινίου τινὸς ἀκεστρίας γενόμενον, *quem non genuinum* ex Philippo, *sed suppositum esse ajunt, ex Gnathænio quadam sartrice natum.* Livius XXXIX. 53. de Perseo & Demetrio Filiis Philippi, *Illum, ut ex Vulgato corpore genitum, nullam certi Patris notam habere, Hunc insignem Philippi similitudinem præ se ferre.* Respexit eo & Auctor, quem tamen, nisi hic semper nominarentur *Filii*, crederem ceteroqui scripsisse υἱωνὸς, *Nepos*, per Matrem. Sed nihil eo opus. Quin immo ipsa hæc Mater rectius hisce verbis intelligitur, quippe vere ἄδοξός τις οὖσα ἀκέστρια, ut paulo ante ostendi. PERIZ.

8 Εὐμένης] Plutarchus in *vita ejus.* Εὐμένη δὲ τὸν Καρδιανὸν ἱστορεῖ Δοῦρις πατρὸς μὲν ἁμαξεύοντος ἐν Χεῤῥονήσῳ διὰ πενίας γενέσθαι. SCHEFF.

Εὐμένης δὲ &c.] Cardianus fuit, ex Chersoneso Thraciæ: atque ideo à Macedonibus & Græcis vilior habitus, *quod alienæ erat Civitatis*, ut ait Nepos, qui tamen Eum *Domestico summo genere fuisse* natum tradit. Ex invidia itaque Macedonum & calumnia ortum putem, quod Duris scripsit, teste Plutarcho, qui tamen id non credidit, Patrem ejus fuisse *Aurigam*, ἁμαξεύοντα, *inopiæ causa.* Similiter Dio Chrysost. *Orat.* LXIV.

Ευ-

Ἀργεῖος μὲν γένος ἦν, [7] ἀδόξου δέ τινος υἱός. [8] Εὐμένης δὲ πατρὸς ἀπόρου καὶ [9] τυμβαύλου πεπίστευται γενέσθαι. Ἀντίγονος ὁ Φιλίππου, [10] ὁ καὶ ἑτερόφθαλμος, καὶ ἐκ τούτου [11] Κύκλωψ προσαγορευθεὶς, [12] αὐτουργὸς ἦν· [13] Πολυσπέρχης δὲ ἐλῄστευε. Θεμιστοκλῆς δὲ, ὁ τοὺς βαρβάρους

debellavit, natione quidem Argivus erat, filius vero ignobilis cujusdam. Eumenes vero patre inope & siticine natus creditur. Antigonus, Philippi *filius*, qui & unoculus erat, & ex eo Cyclops appellatus, agricola fuit: at Polysperches latrocinia exercuit. Themistocles

Εὐμένης ἦν ἁμαξέως υἱὸς, ἀλλ' ὅμως Βασιλεὺς ἐγένετο. *Eumenes Aurigæ fuit Filius, sed tamen Rex evasit.* Satis Oratorie. Nam *Rex* nunquam fuit, sed Satrapa, & Dux copiarum. Noster vero, *fuisse inopem* ait Patrem ejus, & Τυμβαύλην, h. e. *Siticinem.* Erant enim τυμβαῦλαι vilissimi homines, qui vulgaribus & crassioribus tibiis cantabant ad funera, & τύμβους, *sepulcra.* Hinc Dio Chrysost. *Orat.* XLIX. ait Veterem quendam Philosophum, ut significaret, non omnes esse Philosophos, qui eam speciem præ se ferant, dixisse ergo per similitudinem quandam, Ἰσμηνὸν (lege Ἰσμηνίαν, celebrem Tribicinem) τοῦτο μάλιστα ἀγανακτεῖν, τὸ καλεῖσθαι Αὐλητὰς τοὺς τυμβαύλας, *Ismeniam id maxime solitum indignari, quod etiam siticines appellentur Tibicines.* Vides vilitatem hominum, quibus æquiparari nolebant reliqui Tibicines. Sed sequitur istic, οὐ παντελῶς εἶπον ὄν, ἐμοὶ δοκεῖ. Corrupta sunt hæc verba & asterisco notata. Casaubonus *indubitate scribendum* ait, οὐ παντελῶς δεινὸν ὄν, quasi diceretur, *non omnino gravem esse* hanc indignationis causam. At Ego legendum pene censeam, οὐ παντελῶς ὅμοιον, ἐμοὶ δοκεῖν. hoc sensu, *non esse hoc* de tibicinibus *prorsus simile* rei de Philosophis dictæ. Nam certe, ut pergit, viles illos *siticines nihil nocere mortuis, quum mali philosophi multa mala faciant,* οὐ γὰρ βλάπτουσιν οὐδὲν οἱ τυμβαῦλαι τοὺς νεκροὺς, οὐδ' ἐνοχλοῦσι· τῶν δὲ προσποιουμένων φιλοσοφεῖν ἔνιοι καὶ πολλὰ χαλεπὰ ἐργάζονται. Ceterum, ut de Eumene hoc addam, Suidas turpiter confudit hunc Eumenem Cardianum cum Eumene Pergameno Rege, quæ diversorum erant, ad unum referens. Forte & Dio Chrysost. quando hunc Eumenem, ut modo videmus, *Regem factum* dixit. PERIZ.

9 Τυμβαύλου] Interpres retinet vocem. olim τυμβαύλαι dicti *Siticines:* Nonius ex Attejo Capitone: *Siticines, qui apud funeratos vel vita functos aut sepultos, hoc est, jam sitos canere soliti erant honoris causa cantus lamentabiles.* Quomodo Apulejus vertat nomen, patebit ex iis, quæ subjiciam. *Is*, (Antigenidas), *cum esset in tibicinio apprime nobilis, nihil æquè se laborare & animo angi & mente dicebat, quam quod monumentarii ceraulæ, tibicines dicerentur.* Posses quoque interpretari, *bustuarii tibicines.* KUHN.

10 Ὁ καὶ ἑτερόφθαλμος &c.] Hinc Polybius V. 67. Ἀντίγονον τὸν Μονόφθαλμον. Sed minus recte, si fides habenda Phrynicho *Ecl. Att. p. m.* 22. cujus interpretem agere videtur Thomas Magister, qui Μονόφθαλμον ait dici de iis, qui ab natura unum tantum oculum habent, ut habuisse dicuntur Cyclopes. Apelles vero, Pictor ille celebris, ea gratia pinxit faciem Antigoni obliquam. Plinius XXXV. 10. *Pinxit & Antigoni Regis imaginem, altero lumine orbam, primus excogitata ratione vitia condendi. Obliquam namque fecit, ut quod corpori deerat, picturæ potius deesse videretur, tantumque eam partem è facie ostendit, quam Totam poterat ostendere.* Adde Plutarchum περὶ παίδων ἀγωγῆς. *Philippi Filium* etiam Strabo sæpius cognominat, & Arrianus. *Philippi* autem plures fuerunt inter Macedonas, adeo ut Arrianus *lib.* I. in prœlio ad Granicum Tres Duces hujus nominis memoret. PERIZ.

11 Κύκλωψ] Plutarchus *de educat. puerili.* SCHEFF. Vide Dionem Chrysostom. *orat.* II. *de fortunâ.* KUHN.

12 Αὐτουργὸς ἦν Πολυσπέρχου &c.] Hic vero egregiam nobis operam navant MSti. Nam quid

ρους καταναυμαχήσας, καὶ [14] μόνος συνιεὶς τὰς τῶν Θεῶν ἐν τοῖς χρησμοῖς φωνὰς, Θράτλης υἱὸς ἦν, καὶ ἐκαλεῖτο ἡ μήτηρ αὐτοῦ [15] Ἀβρότονον. Φωκίων δὲ, ὁ Χρηστὸς ἐπικλη-

ſtocles vero, qui barbaros navali prœlio fudit, ſolusque Deorum voces in oraculis intellexit, Threſſæ cujusdam filius erat, & appellabatur Mater ejus Abrotonum. Phocion

quid tandem ſibi volunt hæc verba? Αὐτουργὸς eſt, ut ait Heſychius, ὁ δι᾽ ἑαυτοῦ ἐργαζόμενος, *qui per ſe opus facit.* Diſertius etiam Thucydides I. 141. & ejus Scholiaſtes. Suadet ibi Pericles Athenienſibus, ut bellum Lacedæmoniorum non metuant, aut refugiant, etiam hac ratione, αὐτουργοί τε γάρ εἰσι Πελοποννήσιοι, καὶ οὔτε ἰδίᾳ, οὔτε ἐν κοινῷ χρήματά ἐστιν αὐτοῖς. *Peloponneſii enim ipſi per ſe opus faciunt, neque privatim, neque publice opes habent.* Ubi Schol. exponit αὐτουργοί, δι᾽ ἑαυτῶν τὴν γῆν ἐργαζόμενοι σπάνει δούλων, *per ſe terram colentes, inopia ſervorum*, ſeu, *quod ſervos non habeant.* Eſt ergo Αὐτουργὸς, homo liber, verum pauper, qui ſuum opus ipſe facit, ſed ſibi, non alteri, atque ita nemo eſt alterius Αὐτουργὸς, & ideo ea vox etiam *Servis* opponitur à Scholiaſte. Varie itaque hærent in loco hoc exponendo Interpretes. Vultejus vertit *famulus Polyſperchæ*. Kuhnius in Indice maluit, *unus ex ſervis ejus operariis.* Mihi, antequam veram hujus loci lectionem ex Codd. cognoviſſem, jam tunc tamen diſplicebat omnis illa interpretatio vel *Famuli* vel *Servi.* Abſurdum enim videbatur, illo ſenſu non dici ſimpliciter ὑπηρέτην, vel θεράποντα, vel δοῦλον, ſed αὐτουργὸν, *per ſe opus facientem*, quod *famulos* vel *ſervos* facere, quis dubitet, aut notandum putet? Malebam itaque (Vide Me *ſupra ad* I. 31.) interpretari hunc locum de *Libero Colono, qui in agro alterius habitaret, eumque mercede conductum ſibi ipſe coleret.* Sed æquum eſt retractare nunc illa, & veram ex conſentientibus MStis reponere lectionem. Ἀντίγονος &c. αὐτουργὸς ἦν. Πολυσπέρχης δὲ ἐλῄστευε. *Antigonus* ergo olim victum ſibi quæſiverat αὐτουργῶν, h. e. *agricola, qui ipſe opus ſuum facit*, ut ſolebant vulgares & tenuioris fortunæ Homines. Hinc de M. Flavoleio, Centurione primipili, Dionyſius Hal. IX. *p. m.* 567. conjunctim ἀνὴρ δημοτικὸς, *vir plebejus*, καὶ αὐτουργός.

Polyſperchon vero *latrocinando* ſibi victum comparaverat, à quo genere vitæ ingenium ipſius perfidum & crudele non abhorrebat, ut vel ex infanda patet Herculis, qui Alexandri & Barſines Filius, cæde ab illo inter cœnam perpetrata. Vide Plutarchum περὶ δυσωπίας. Vulgata Lectio Πολυσπέρχου orta forſan ex eo, quod ſcriptum fuit Πολυσπέρχων, ut ſcriptum eſt in Regio Secundo, & quo modo appellatur ab aliis, non Πολυσπέρχης. Hoc autem errore admiſſo, mutari debuit οὐ in καὶ, ut Syntaxis conſtaret. Utcunque de eo ſit, repugnat Vulgatæ Lectioni etiam Hiſtoria, quæ ſemper Antigonum in exercitu Alexandri & poſt ejus mortem majore in loco & dignitate conſtituit, quam Polyſperchontem, quod aliter haud dubie ſe haberet, ſi ille hujus fuiſſet *famulus.* Sed extra controverſiæ aleam ſunt omnia per Codd. noſtrorum & Pariſienſium conſenſum. PERIZ.

13 Πολυσπέρχου] Boſius ὁ μακαρίτης in poſteriori editione Nepotis putat Πολυσπέρχοντος legendum. vide *ipſum ad* XIX. 5. 1. SCHEFF.

14 Μόνος συνιεὶς &c.] Reſpicit Hiſtoriam *Themiſtoclis* interpretantis feliciter Oraculum de *Divina Salamine*, & *Muris ligneis*, in quo reliqui Athenienſes hærebant majorem in modum. Ille vero promittebat eis victoriam ad Salamina, ſi in Naves, h. e. muros ligneos, ſe conferrent. Vide omnino Herodotum VII. 142. 143. & Polyænum I. 30. PERIZ.

15 Ἀβρότονος] Auctor diſtichi veteris apud Plutarchum in *Themiſtocle.*

Ἀβρότονον Θρῇσσα γυνὴ γένος, ἀλλὰ τεκέσθαι
Τὸν μέγαν Ἕλλησιν φημὶ Θεμιστοκλέα.

Scribendum igitur Ἀβρότονον pro Ἀβρότονος. quod & Faber cenſuit. Phanias & Neanthes Cyzicenus Euterpen ipſius matrem nominatam ſcribunt. SCHEFF.

κληθεὶς, πατρὸς μὲν [16] δοίδυκας ἐργαζομένου ἦν. [17] Δημήτριον δὲ τὸν Φαληρέα οἰκότριβα γενέσθαι λέγουσιν ἐκ τῆς οἰκίας Τιμοθέου, καὶ Κόνωνος. [18] Ὑπερβόλου δὲ, καὶ [19] Κλεοφῶντος, καὶ [20] Δημάδου, καί τοι προστατῶν γενομένων τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, οὐδεὶς ἂν εἴποι ῥαδίως τοὺς πατέρας. [21] Καλλικρατίδας γε μὴν, καὶ Γύλιππος, καὶ [22] Λύσανδρος [23] ἐν Λακεδαιμονίᾳ Μόθακες ἐκαλοῦντο.

cion cognominatus Bonus, patrem habuit artificem cochlearium. Demetrium Phalereum, è familia Timothei & Cononis vernam fuiſſe ferunt. Hyperboli vero, Cleophontis & Demadæ, tametſi defenſores populi Athenienſium extiterint, parentes haud facile quis dixerit. Callicratidas autem, Gylippus, & Lyſander Mothaces in Lacedæmonia vocabantur. Nomen hoc imponebatur

Ἀβρότονος] Reſtitui Ἀβρότονον, quod Auctoris eſt. Et voluit jam ita legi Schefferus & Faber. Sluisk. vulgatum præfert, at Regius Secundus, & certe Lugd. per compendium Ἀβρότονον videntur ſcripſiſſe. Nomen hoc fuit herbæ. Heſych. Ἀβρότονον, πόα τις. Plinius XXI. 21. *Abrotonum duorum traditur generum* &c. Hinc ergo mulieribus inditum. Vide Lucianum *Dial. Meretr.* I. Sed & Nomen hujus ipſius, quæ Mater Themiſtoclis, fuit revera Ἀβρότονον, ut liquet ex his verſibus, qui apud Plut. in *Themiſtocle* occurrunt, & Athenæum XIII. 5.

> Ἀβρότονον Θρήϊσσα (ſic lege apud Plutarchum ex Athenæo, ut verſus ſibi conſtet) γυνὴ γένος, ἀλλὰ τεκέσθαι
> Τὸν μέγαν Ἕλλησι φημὶ Θεμιστοκλέα.

Reſpicit hanc Themiſtoclis Matrem quoque Plutarchus ἐρωτικῷ, quando ait *p.* 753. Ἆρ᾽ οὖν κράτιστον ἐξ ἀγορᾶς γαμεῖν Ἀβρότονόν τινα Θρῇσσαν. *An igitur optimum eſt ex foro ducere Abrotonum quandam Threſſam?* Alii tamen *Themiſtocli* matrem tribuunt *Halicarnaſſeam.* Sic Nepos. Vide & Plutarchum ac Athen. *d. l.* PERIZ.

16 Δοίδυκας ἐργαζομένου] Hoc ex Idomeneo ſumptum videtur. A quo paululum diſſentit Plutarchus. Φωκίωνα, inquit, τεκμαίρομαι μὴ παντάπασιν εἶναι γένους ἀτίμου καὶ καταπεπτωκότος. SCHEFF.

Δοίδυκας ἐργαζομένου] Δοιδυκοποιοῦ πατρὸς ait Idomeneus apud Plutarchum, ſed qui id rejicit & refutat hoc argumento, quod Glaucippus Hyperidis F. qui omnia contra Phocionem collegit, illud tamen prætermiſit, quod, ut putat Plutarchus, non feciſſet, ſi verum id fuiſſet. Δοίδυξ Heſychio eſt ἀλετρίβανος, *cochlear*, vel *piſtillum.* Pollux VI. 13. inter μαγειρικὰ σκεύη, *vaſa coquina*, refert. PERIZ.

17 Δημήτριον] Vide Laërtii *Demetrium*, ibique Menagium. SCHEFF. Suidas patrem ejus nominat *Phanoſtratum.* KUHN.

Δημήτριον &c.] De eo Vide *ſupra ad* III. 17. Humilitatem generis ejus prodidit etiam Laertius in *ejus Vita.* Dubitem tamen, an legendum hic ſit οἰκότριβος, ut ita Pater ipſius, Phanoſtratus, fuerit οἰκότριψ ἐκ τῆς οἰκίας Τιμοθέου καὶ Κόνωνος, quod veriſimilius eſt, quam ipſum Demetrium id fuiſſe, qui tamen vel ſic erat & ipſe profectus ἐκ ταύτης οἰκίας. PERIZ.

18 Ὑπερβόλου] Plebejus hic erat homo, λυχνοποιὸς & λυχνοπώλης, ut ait Scholiaſtes Ariſtoph. *ad Equites pag.* 332. Vide & ipſum Ariſtoph. in *Nubibus pag.* 183. & ibi Schol. Sed ſimul turbulentiſſimus Demagogus, unde paſſim ab Ariſtophane, immo & ab aliis Comicis, teſte Plutarcho in *Alcibiade*, exagitatus illo nomine fuit. Celebris eſt vel maxime ex eo, quod ultimus omnium relegatus eſt per oſtraciſmum, qui tamen oſtraciſmus credebatur dehoneſtatus, quia tam vilis & improbus homo fuerat eo affectus vel honoratus, atque idcirco abrogatus deinde eſt, quum inſtitutus fuiſſet, ut Homines tantum illuſtres & meritis ſuis potentes, atque

το. Ὄνομα δὲ ἦν ἄρα τοῦτο [24] τοῖς τῶν εὐπόρων, οὓς [25] συνεισέπεμπον αὐτοῖς οἱ πατέρες συναγωνιουμένους ἐν τοῖς γυμνασίοις. Ὁ δὲ συγχωρήσας τοῦτο Λυκοῦργος, τοῖς ἐμμείνασι τῇ τῶν παίδων ἀγωγῇ πολιτείας Λακωνικῆς μεταλαγχάνει. Καὶ Ἐπαμινών-

batur *comitibus* locupletiorum *puerorum* iis, quos patres in gymnaſia exercitatum ſimul cum illis mittebant. Qui vero id conceſſit Lycurgus, eos qui in puerorum cura & comitatu permanerent, reipublicæ Lacedæmoniæ participes facit.

que ideo periculoſi publicæ libertati, illud exilium paterentur. Vide omnino Plutarchum in *Nicia*, *pag*. 530. In hoc exilio interfectus eſt à Samiis, Thucyd. VIII. 73. Vide & Suidam. PERIZ.

19 Κλεοφῶντος] Ludit hunc Ariſtophanes identidem, tanquam peregrinum & barbarum, *cujus in garrulis labiis vehementer ſtrepat Thracia hirundo*, *quaſi in barbaro ſedens folio*. Vide Eum in *Ranis pag*. 244. ubi Schol. illum ait *Thracem*, & τυροποιὸν, *qui caſeos conficit*. Vide & in extremo plane Ejuſdem Comœdiæ, ubi ait Ebrium veniſſe in concionem, & diſſuaſiſſe pacem cum Lacedæmoniis. Hinc ergo Iſocrates in *Or. de Pace p*. 412. *Miltiaden* ait *& Themiſtoclem longe meliores fuiſſe viros*, *quam Hyperbolum & Cleophontem*, *& reliquos*, *qui nunc concionari ſint ſoliti*. Ubi vides hos duos itidem conjungi. Liquet autem ex his, quam non fuerint hi Homines *Principes in Rep. Athenienſium*, ut hic vertebatur. Demagogi populares erant, cauſamque populi in Concionibus agebant, & illuſtres ſæpe viros accuſabant. Ideo hic dicuntur προστάται τοῦ δήμου. De *Demade* alia paulo res eſt, de quo Vide *ſupra* V. 12. Tenuitatem fortunæ ejus ac dein opulentiam apud Plutarch. in *Phocione pag*. 755. Prælatum aliquando Phocioni teſtatur Noſter XIV. 10. IDEM.

20 Δημάδου] Ipſe non negavit. Nam filio ſplendidas nuptias ſortito, ἐμοῦ μὲν, inquit, ὦ παῖ, τὴν σὴν μητέρα γαμοῦντος οὐδὲ ὁ γείτων ᾔσθετο· τοῖς δὲ σοῖς γάμοις καὶ βασιλεῖς καὶ δυνάσται συγχορηγοῦσι, *me uxorem ducente matrem tuam*, *ô fili*, *ne vicinus quidem id olfecit*. *Tuis vero nuptiis & reges pariter & dynaſtæ ſubminiſtrant neceſſaria*. Plut. in *vita Phocion*. KUHN.

21 Καλλικρατίδας] Caſaubonus *lib*. VI. *ad Athen*. *cap*. 20. *Deſunt hic manifeſto verba quædam*. *Scribo*, ὄνομα δ' ἦν ἄρα τοῦτο τοῖς τῶν εὐπόρων παίδων δούλοις κείμενον, οὓς. &c. Mügius, eruditiſſimus Nobilis, cujus alio loco feci mentionem, tantum probat δούλοις inſerendum, quod probo. SCHEFF. Nihil deeſt. vide *Indic*. in ὅς. KUHN.

Καλλικρατίδας &c.] Clariſſimi hi fuere inter Spartanos, Duces Exercituum, ejuſdem ferme temporis. *Callicratidæ* complura refert Apophthegmata Plutarchus in *Apoph. Laconicis*. Vide & Ciceronem *de Officiis* I. 24. & Xenophontem *de rebus geſtis Græc. lib*. I. *Gylippus* vicit Athenienſes in Sicilia, ſubſidio miſſus Syracuſanis. *Lyſander* ex Nepote, & Plutarcho, atque omni Græcorum Hiſtoria, eſt notiſſimus. PERIZ.

22 Λύσανδρος] Vide Athenæum, *loco*, *quem mox ſubjicio*. SCHEFF.

23 Μόθακες] In MSS. B. & C. eſt Μέθρακες. Ineptè. SCHEFF. Athenæus *lib*. VI. *Deipn*. *Quos Lacedæmonii vocant mothaces*, *liberi quidem ſunt*, *ſed non Lacedæmonii*. *De illis Plutarchus lib*. XXV. *hiſtor*. *hæc prodidit: Sunt Lacedæmoniorum coalumni Mothaces*. *Nam una cum ſingulis civium filiis*, *quantum ſufficit res familiaris*, *unum*, *duos*, *pluresve educandos Lacedæmonii curant Mothacas*, *liberos ſane diſciplinæque ac inſtitutionis univerſæ participes*. *Ex illorum numero Lyſandrum ajunt fuiſſe*, *qui Athenienſibus navali prælio victis*, *ob fortitudinem adſcriptus eſt civibus*. SCHEFF.

Ἐν Λακεδαιμονίᾳ Μόθακες &c.] Sluisk. ἐν Λακεδαίμονι. Med. I. ἐκ Λακεδαίμονος. Lugd. vulgatum tuetur, ſed legit dein Μέθρακες æque ac Paris. B. & C. Male. Μόθακες fuere liberi homines ex oppidis haud dubie, Laconicæ Reip. ſubjectis, qui Spartanorum filiis jungebantur, perpetui eorum comites & ſoda-

 les,

μινώνδας δὲ 26 πατρὸς ἦν ἀφανοῦς. 27 Κλέων δὲ ὁ Σικυωνίων Τύραννος, 28 καταποντιστὴς ἦν.

facit. Sed & Epaminondas patrem habuit ignobilem. Cleon vero Sicyoniorum tyrannus pirata erat.

les, etiam in Gymnasticis exercitiis. Vide Athenæum *lib.* VI. *cap.* 20. Alii eos appellant Μόθωνας. Sic Harpocratio, Hesychius, Suidas, & Schol. Aristoph. *ad Plutum* & *Equites*. Sine dubio à Μοθώνη oppido Laconicæ. PERIZ.

24 Τοῖς τῶν εὐπόρων &c.] Variis modis & locis hæc & sequentia tentant Eruditi. Casaubonus *ad Athen. d. l.* interserit παίδων δούλοις κείμθμον. Meursius in *Misc. Lacon.* II. 6. citat simpliciter ex Æliano, τοῖς τῶν εὐπόρων παίδων δούλοις, οὓς &c. inde probat, etiam ab Æliano illos dici *servos*. Negligenter prorsus. Kuhnius nihil hic putat deesse, sed in seqq. legit αὐτῶν τοῖς παισὶ. Ego vero itidem arbitrer excidisse hic aliquid, sed unicam tantum vocem, nempe παιδαγωγοῖς, & hanc potissimum, quia sequitur, τοῖς ἐμμείνασι τῇ τῶν παίδων ἀγωγῇ. Ex quo etiam patet, quam male faciant, qui δούλοις interserunt, quum isthæc locutio *manendi*, suo scil. arbitrio, minime conveniat in *Servos*. Adde Athenæum, quem diligentissime legit, & sequi solet Noster, diserte dicere, fuisse Liberos Homines. Id ergo fuerunt haud dubie primitus. At vero postea, quin etiam servos οἰκογενεῖς, seu Vernas, ad hunc usum adhibuerint, nullus dubito, quum Grammatici, Hesychius, & Etymol. Μόθακας diserte δούλους dicant. Vide Meursium *d. l.* sed qui quid discriminis videat inter Μόθωνας & Μόθακας, non perspicio. In seqq. vero integer est sensus, si hic inseratur illud παιδαγωγοῖς, atque ideo nihil istic mutandum, nisi tamen aliquid vitii hæreat in illis ὁ δὲ συγχωρήσας . . . μεταλαγχάνειν. Certe rarior est significatio Activa istius Verbi. Atque idcirco probaverim facile Ego Conjecturam Doctissimi Jensii, qui existimat excidisse συνεχώρησε, quod librarii neglexerint repetere: & hoc modo locum hunc tentat, ὁ δὲ συγχωρήσας τοῦτο Λυκοῦργος, συνεχώρησε καὶ τοῖς ἐμμείνασι τ. τ. π. α. π. Λακωνικῆς μεταλαγχάνειν. *Concessit etiam illis, qui in puerorum &c. ut Reip. Lac. participes dein fierent.* Speciose prorsus & optimo certe sensu, quo melius nihil habeo, quod ad hunc locum conferam. PERIZ.

25 Συνέπεμπον αὐτοῖς οἱ πατέρες] Quinam sunt illi αὐτοῖς? nihil si præcedit, ad quod possit referri. legendum videtur συνεισέπεμπον αὐτῶν υἱοῖς οἱ πατέρες. SCHEFF. Malim αὐτῶν τοῖς παισὶν. Sequitur enim παίδων paulo post. KUHN.

26 Πατρὸς ἦν ἀφανοῦς] Nepos tamen *honesto genere* ortum ait, sed *pauperem à majoribus relictum*. Vide ibi Gebhardum. PERIZ.

27 Κλέων] Helladius *Orthagoram* ait ex coquo Tyrannum Sicyoniorum evasisse, *Bradyllum* Illyriis præfuisse, carbonaria relicta, *Porum* Tonsorem Indiarum Regem creatum, *Dionysium* agasone prognatum quadraginta annos, duobus demptis, Siciliam in potestate habuisse. His addit *Agathoclem* ex figulo Siciliæ Tyrannum, & *Hermeam*, Atarnensium dominum ex servo & eunucho. vide quoque Libanium *Tom.* II. *p.* 621. huc facit illud Gellii: *Multi in vetere memoria altissimum dignitatis gradum ascenderunt, ignobilissimi prius homines & despicatissimi.* in exemplum eat *Ventidius Bassus*, qui primus de Parthis triumphavit, in quem hi versus per urbis vias jacti.

Concurrite omnes augures, aruspices:
Portentum inusitatum conflatum est recens.
Nam mulos qui fricabat, Consul factus est.

in *N. A. lib.* XV. *cap.* 4. Scitè etiam Ptolemæo, primo Regi Ægyptiorum, ignobilitas exprobrata à quodam Grammatico; interrogaverat eum Rex, τίς ὁ τοῦ Πηλέως πατήρ· *quinam fuit Pelei pater*? Grammaticus nihil cunctatus regessit, *dicam, si tu prius dixeris*, τίς ὁ Λάγου, *quis Lagi sit Pater*? τὸ δὲ σκῶμμα τῆς δυσγενείας τοῦ βασιλέως ἥπτετο. *dictum illud regis perstrinxit ignobilitatem.* Plutarch. περὶ ἀοργησίας. *& quot quæso servi tantum non cum laureatis fascibus eò remissi sunt, unde cretatis pedibus advenerant*? KUHN.

Κλέων] Fuit inter ultimos Sicyoniorum Tyrannos, paulo ante Arati tempora, qui patriam ty-

tyrannide liberavit. Vide Plutarchum in *Arato*, & Pauſaniam in *Corinthiacis cap.* 8. Alius fuit *Cleo* in Aſia minore tempore Antonii & Auguſti, itidem ex prædone Opulentiſſimus Sacerdos & Dynaſta, de quo Strabo *lib.* XII. *pag.* 574. Periz.

28 Καταποντιστὴς] *Catapontiſta*, forte *carnifex*. Gesner.

ΚΕΦ. μδʹ.

Περὶ τῶν ἐν λιθοτομίαις τῆς Σικελίας πολὺν χρόνον διατριψάντων.

[1] Αἱ ἐν Σικελίᾳ λιθοτομίαι [2] περὶ τὰς Επιπολὰς ἦσαν σταδίου μῆκος, τὸ εὖρος δύο πλέθρων. Ησαν

δὲ

CAP. XLIV.

De quibuſdam longo tempore verſatis in Siciliæ lapicidinis.

In Sicilia lapicidinæ juxta Epipolas erant, longitudine unius ſtadii, latitudine duorum plethrorum.

Erant

1 Αἱ ἐν Σικελίᾳ λιθοτομίαι &c.] Celebres hæ fuerunt lapicidinæ Syracuſanorum, proprie Λατομίαι dictæ, & pro carcere adhibitæ, licet olim non fuerint tectæ. Nam homines in iis expoſiti erant ſoli & pluviæ, æſtui & frigori, διὰ τὸ ἀστέγαστον, *propterea quod apertæ, non tectæ, eſſent*, ut docet nos Thucydides *lib.* VII. *cap. ult.* Et tamen vel ſic erat hæc ἀσφαλεστάτη τήρησις, *tutiſſima cuſtodia*, ut Idem *cap. ſup.* ait. Sed elegantiſſime Cicero *Verrina* V. *cap.* 27. *Opus eſt ingens, magnificum, Regum ac Tyrannorum, totum eſt ex ſaxo in mirandam altitudinem depreſſo, & multorum operis penitus exciſo. Nihil tam clauſum ad exitus, nihil tam ſeptum undique, nihil tam tutum ad cuſtodias, nec fieri, nec cogitari poteſt. In has lautumias, ſi qui publice cuſtodiendi ſunt, etiam ex ceteris oppidis Siciliæ deduci imperantur.* Sed quid hoc, quod Idem dein *cap.* 55. ait? *Carcer ille, qui eſt à crudeliſſimo Tyranno Dionyſio factus Syracuſis, quæ lautumiæ vocantur, in iſtius imperio domicilium civium Romanorum fuit.* Nam quomodo *à Dionyſio* demum dicitur *factus*, in quem jam antea aliquot millia Athenienſium fuerunt à Syracuſanis demiſſa? Nempe, quia locus erat profundus & multos capere poterat homines, ideo Syracuſani in eum dejecerunt, quos bello ceperant. Sed tamen necdum tunc erat ad ordinarium carceris uſum ſatis accommodatus, nec adeo longus & latus, ac poſtea fuit. Nam querebantur captivi de *anguſtia loci*, & jacebant eodem in loco vivi & mortui, inter excrementa ſua. Dionyſius ergo magis redegit in formam carceris idoneam, & varias cellas, ac ſimul reddidit latiorem, exciſis quotidie per captivos pluribus lapidibus Hinc Lucianus *de Mercede conductis p.* 494. alludens ad Philoxeni Hiſtoriam in Latomias has conjecti, quia laudare nolebat carmina Dionyſii, ἐὰν μὴ ἐπαινῇς, ἐς τὰς λιθοτομίας τοῦ Διονυσίου εὐθὺς ἀφίξῃ, *niſi laudaveris, in lapicidinas Dionyſii ſtatim devenies.* Illud vero exemplum alii quoque ſecuti ſunt Reges vel Tyranni. Unde & Cicero dixit eſſe *Regum ac Tyrannorum opus, multorum operis penitus exciſum.* Romani etiam ſuum carcerem appellarunt *lautumias* ex Græco Λατομίας, haud dubie, quia & ipſe ex Capitolino monte ex parte erat exciſus. Liv. XXVI. 27. de incendio quod circa forum noctu erat ortum, *comprehenſæ & lautumiæ*, ſcil. illo incendio. Periz.

2 Περὶ τὰς ἐπιπολὰς] Intellige partem illam Syracuſarum, quam *Epipolas* vocabant. Scribe ἐπιπολὰς, & intellige quintam partem Syracuſarum ita dictam, quod & Faber notat. Scheff. Επιπολὰς rectè ſe habet. *Lapidicinæ erant Syracuſis circa Epipolas*, ἐπιπολαὶ autem, tradente Thucydide *lib.* VI. *p.* 477. χωρίον ἀπόκρημνόν τε καὶ ὑπὲρ τῆς πόλεως εὐθὺς κείμε-

νον,

δὲ 3 ἐν αὐτῷ, τοῦ χρόνου τοσοῦτον διατρίψαντες ἄνθρωποι, ὡς καὶ γεγαμηκέναι ἐκεῖ, καὶ παιδοποιῆσαι. Καί τινες τῶν παίδων ἐκείνων, μηδεπώποτε πόλιν ἰδόντες, ὅτε εἰς Συρακούσας ἦλθον, καὶ εἶδον 4 ἵππους ὑπεζευγμένους, καὶ βόας ἐλαυνομένους. ἔφευγον βοῶντες· οὕτως ἄρα ἐξεπλάγησαν. Τὸ δὲ κάλλιστον τῶν ἐκεῖ σπηλαίων ἐπώνυμον ἦν 5 Φιλοξένου τοῦ ποιητοῦ, ἐν ᾧ φασι διατρίβων τὸν 6 Κύκλωπα εἰργάσατο, τῶν ἑαυτοῦ μελῶν τὸ κάλλιστον, παρ' οὐδὲν θέμενος 7 τὴν ἐκ Διονυσίου

Erant autem homines, qui in eo loco tantum temporis egerant, ut ibi etiam matrimonia contraxerint, & liberos genuerint. Et quidam ex illis liberis, quum Urbem nunquam vidiffent, quando venerunt Syracufas, & equos jugo junctos, & boves agitatos viderunt, fugiebant cum clamore: adeo exterriti erant. Pulcherrima autem earum, quæ iftic erant, fpelunca Philoxeni poëtæ cognomentum habebat, in qua quum verfaretur, Cyclopem, (ut ferunt) fuorum poëmatum præftantiffimum,

νον, *locus eft præruptus & fuper ipfa urbe fitus* &c. ὠνόμασθαι ὑπὸ τῶν Συρακουσίων διὰ τὸ ἐπιπολῆς τῆς ἄλλης εἶναι (ἐπιπολὰς,) *dicta à Syracufanis* ἐπιπολαὶ, *quia refpectu alius loci erant* ἐπιπολῆς, *in fummo*, quid clarius pro Noftri ἐπιπολὰς dici poffet? Cæterum operæ pretium fuerit hunc Thucydidis locum ex aliis illuftrare. Cicero igitur IV. *Verrin.* de Syracufis, *ea tanta eft urbs*, inquit, *ut ex quatuor urbibus maximis conftare dicatur, quarum una eft ea, quam dixi Infula* &c. *Altera autem eft urbs Syracufis, cui nomen Achradina eft: in qua forum maximum* &c. *Tertia eft urbs, quæ, quod in eâ parte fortunæ fanum antiquum fuit, Tycha nominata eft* &c. *coliturque ea pars & habitatur frequentiffimè. Quarta autem eft urbs, quæ, quia poftrema ædificata eft, Neapolis nominatur: quam ad fummam theatrum eft maximum* &c. Strabo *lib.* VI. ex quinque urbibus Syracufas conflatas fcribit. Sine dubio quinta urbis pars fuerunt αἱ ἐπιπολαὶ, in quibus latomias Nofter agnofcit. KUHN.

Περὶ τὰς Ἐπιπολὰς] Quinta pars Urbis Syracufanæ dicebatur Ἐπιπολαί. Vide Cluverium *Siciliæ Antiquæ lib.* I. *cap.* II. ubi & de *Latomiis* agit. PERIZ.

3 Ἐν αὐτῷ] Legendum prorfus ἐν αὐτοῖς. FABER. Autor διάνοιαν refpicit, non præcedens ἐπιπολὰς. Subintellige igitur τόπῳ. KUHN.

4 Ἵππους ὑπεζευγμένους] Abeft caput hoc ab Lugd. Codice, & Regio Secundo, quod fane nollem. Nam Sluisk. & Regius Tertius, hifce verbis continuo addit, καὶ βόας ἐλαυνομένους, ἔφευγον &c. h. e. *& boves actos*, feu *agitatos*. Nec dubitem, quin, ficut fæpe in poftremis Edd. ex duobus eodem modo definentibus alterutrum eft prætermiffum, fic vel in Perufci Codice à Librario, vel in ejus Editione ab Typographo, & ita etiam in feqq. Aliorum Editionibus, hæc verba male fint neglecta. Ceterum res ipfa etiam de Regiæ Familiæ Adolefcente, Eduardo Plantageneta, ultimo Eboracenfium, in Anglorum Annalibus traditur. Nam & ille à puero in cuftodia habitus fub Richardo III. & Henrico VII. nulla dein noverat animalia, quia nulla unquam viderat. PERIZ. Ex Sluisk. & Reg. & Mediceo recepi, καὶ βόας ἐλαυνομένους.

5 Φιλοξένου τοῦ ποιητοῦ] Satyrici. vide Cuper. *lib.* III. *Obferv. cap.* 15. SCHEFF. Scholia Ariftoph. *in Plutum* eum ajunt Poëtam Tragicum & Dithyrambicum, quæ vide *p. m.* 17. KUHN.

Φιλοξένου τοῦ ποιητοῦ] De *Philoxeno* Vide quæ *fupra ad* X. 9. notavi, & quæ hic Schefferus. Fabula *Cyclopis* agebat de Eo amante Galateam, & pfallente, fed ifto nomine de-

σίου τιμωρίαν, καὶ καταδίκην, [8] ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ συμφορᾷ μουσουργῶν ὁ Φιλόξενος.

ſimum, elaboravit, parvi pendens illud à Dionyſio *irrogatum* ſupplicium & condemnationem, verum etiam in ipſa illa calamitate muſicam artem exercens Philoxenus.

deſignabat tacite Dionyſium ipſum. Periz.

6 Κύκλωπα εἰργάσατο] Meminit non ſemel hujus carminis Athenæus & Suidas. Scheff.

7 Τὴν ἐκ Διονυσίου τιμωρίαν] Qui eum ideo in lapidicinas fertur conjeciſſe, quod carmina ejus laudare nollet. Vide Strabonem, Suidam in ἄπαγέ με εἰς τὰς λατομίας, & in Λατομίας. Nicolaum Damaſcenum apud Stobæum *ſerm.* 13. Helladium in *Chreſtom.* apud Photium. Plutarchum *de Tranq. Animi.* Diſſentit tamen Phanias, cujus apud Athenæum *lib.* I. hæc ſunt verba: Ἐπεὶ δὲ τὴν ἐρωμένην Γαλάτειαν ἐφωράθη διαφθείρων, εἰς τὰς λατομίας ἐνεβλήθη, ἐν αἷς ποιῶν τὸν Κύκλωπα συνέθηκε τὸν μῦθον εἰς τὸ περὶ αὐτὸν γενόμενον πάθος. Adde Diodorum *lib.* XIV. Scheff. Et Euſtath. *in Odyſſ. pag* 1691. ubi refert, quo pacto Philoxenus ambigua voce eluſerit Tyranni rabiem: & Scholia Ariſtophanis *l. c.* Kuhn.

8 Μουσουργεῖ] Scribe ἐμουσούργει. Faber. mallem μουσουργῶν. Scheff. τὸ μουσουργεῖ lectori ſignificantius quaſi præſentem & coram μουσουργοῦντα ſiſtit Philoxenum. ita *infra cap.* 47. ἐλαύνει in præſenti ait, quaſi non rem factam dicat, ſed ipſe dicendo eam facere videatur, vide Servium *ad Eclog.* VI. Fruſtranea itaque & ibi erit correctio. Cæterum de *Nævio*, qui *Ennio* antiquior, Gellius *lib.* III. *N. A. cap.* 3. tradit, quod ille etiam in carcere ſcripſerit fabulas, *Hariolum* & *Leontem*, *cum ob aſſiduam maledicentiam & probra in principes civitatis, de Græcorum Poëtarum more dicta, in vincula Romæ à Triumviris conjectus eſſet* &c. Kuhn. Mediceus, ut Schefferus conjecerat, μουσουργῶν, quod participium melius reſpondet præcedentibus παρ' οὐδὲν θέμενος.

Ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ συμφορᾷ μουσουργεῖ] Faber ἐμουσούργει. At Schefferus μουσουργῶν, malunt, reluctante Kuhnio. Nemo advertit vim voculæ ἀλλ', quæ hic vertenda erat ἐμφατικῶς *Etiam*, non *Sed*, ut factum. Sic paſſim in medio Orationis. *Supra* III. 47. ἐπεὶ δὲ ἔδοξεν ἁμαρτεῖν, ἡ φθάνουσα αὐτὸν ἀνδραγαθία ἀλλ' οὐδὲ ὀλίγον ἔσωσεν. IX. 41. ἐπεὶ δὲ ἦν πρὸς τῇ χαλκιοίκῳ, ἀλλὰ τηνικαῦτα ἐμνήσθη &c. Vide & *infra* XIII. I. 22. Maximus Tyr. *Diſſ.* VIII. ὁ δὲ ὑπ' ὀργῆς ἀλλά τε ἀμφοτέρους προυπηλάκισε, καὶ ἀδελφὴν Ἁρμοδίου &c. *Ille vero* Hipparchus *præ ira etiam utrumque exagitavit, & ſimul Harmodii ſororem* &c. Lubens autem in proximis ſuperioribus interpoſuerim voculam γοῦν, legendo, παρ' οὐδὲν γοῦν θέμενος &c. Periz.

ΚΕΦ. με'.

Περὶ Μίδου, Πλάτωνος, καὶ Πινδάρου, νηπίων.

Φρύγιοι καὶ ταῦτα ᾄδουσι λόγοι· [1] Μίδου τοῦ Φρυγὸς ἔτι νηπίου καθεύδοντος, μύρμηκας εἰσέρπειν εἰς τὸ

CAP. XLV.

De Mida, Platone, & Pindaro, infantibus.

Phrygiæ fabulæ etiam hæc tradunt: infante adhuc Mida Phryge dormiente, formicas in os

1 Μίδου τοῦ Φρυγὸς] Valerius Maximus *lib.* I. *cap.* 10. Cicero *lib.* I. *de divinat.* ubi & ſequentem invenies hiſtoriam. Scheff.

Μίδου τοῦ Φρυγὸς] De Eo Vide me *ſupra ad* III.

τὸ στόμα, καὶ πάνυ φιλοπόνως καὶ φιλέργως εἰσφέρειν τοὺς πυρούς. [2] Πλάτωνος δὲ μέλιτται εἰς τὸ στόμα κηρίον ἐργάζεσθαι. Καὶ [3] Πινδάρῳ τῆς πατρῴας οἰκίας ἐκτεθέντι μέλιτται τροφοὶ ἐγένοντο, ὑπὲρ τοῦ γάλακτος [4] παρατιθεῖσαι μέλι.

os ejus irrepſiſſe, magnoque ſtudio & ſedulitate triticum ingeſſiſſe. Platonis vero in ore apes favum effeciſſe. Pindaro etiam, extra paternam domum expoſito, apes fuerunt nutrices, pro lacte mel præbentes.

III. 18. Fabulam narrat etiam Cicero *de Divin.* I. 36. & II. 31. ut & Valer. Max. I. 6. qui ea re opulentiam ejus ſignificatam, credi tradunt. PERIZ.

2 Πλάτωνος] Val. Max. *prædicto loco.* Plinius *lib.* XI. *cap.* 17. SCHEFF.

Πλάτωνος &c.] Hoc prodigium habuimus jam *ſupra* X. 21. Legitur etiam apud Ciceronem & Valer. Max. *dd. ll.* PERIZ.

3 Πινδάρῳ] Habet Pauſan. *Bœoticis.* Philoſtratus in *Icon. lib.* II. & Antipater Poëta *lib.* IV. *Anthol.* εἰς ποιητὰς, ex Notis Codicis Bigotiani. SCHEFF.

Πινδάρῳ τῆς πατρῴας &c.] *Pindarum* à parentibus *expoſitum* aut abjectum non legi. Sed & Philoſtratus in *Iconibus lib.* II. refert à Patre puerum in lauri & myrti ramis depoſitum, & ita tunc advolaſſe apes. Pauſanias vero in *Bœoticis* jam adoleſcenti in via dormienti id accidiſſe refert. Sed forte erravit Auctor, & *expoſitum* credidit, qui tantum caſu quodam depoſitus erat à parentibus ſub dio, ut Plato fuit ſic depoſitus *ſupra* X. 21. Simile prorſus exemplum de Hierone Syracuſano refert Juſtinus XXIII. 4. *Sed parvulum & humanæ opis egentem apes, congeſto circa jacentem melle, multis diebus aluere.* PERIZ.

4 Παρατιθεῖσαι] Scribe παραθεῖσαι. FABER. Legendum omnino, παραθεῖσαι, quod jubet Sluisk. & poſtulat ſenſus, qui Activæ ſignificationis, neutiquam Paſſivæ, requirit vocem. Id vero quum etiam Faber animadverterit, miror, nullam ejus rationem haberi à Scheffero aut Kuhnio. PERIZ.

ΚΕΦ. μϛ'.

Περὶ σημείου, μοναρχίαν τῷ Διονυσίῳ δηλώσαντος.

CAP. XLVI.

De prodigio, Dionyſio monarchiam portendente.

[1] Διονύσιον δὲ [2] τὸν Ἑρμοκράτους λέγουσι ποταμὸν διαβαίνειν. Ἔφερε δὲ αὐτὸν ἵππος, καὶ ὁ μὲν ἵππος [3] κατὰ τοῦ τέλματος ὠλίσθανεν· ὁ δὲ ἀποπηδήσας,

τὸ

Dionyſium Hermocratis filium, ajunt, flumen trajeciſſe. Ferebat autem eum Equus, & Equus quidem iſte in luto eſt collapſus: ille

1 Διονύσιον δὲ] Cohærent hæc antecedentibus. porro auctor hujus rei eſt Philiſtus, docente Cicerone *lib.* I. *de Divin.* & Plinio *lib.* VIII. *cap.* 42. SCHEFF.

2 Ἑρμοκράτους] ὀνηλάτου, ait Helladius apud Photium, h. e. agaſonis. IDEM.

Τὸν Ἑρμοκράτους] Ὀνηλάτην, *Aſinorum Paſtorem & agaſonem* oportet hunc Hermocraten fuiſſe, ſiquidem talis Viri Filium fuiſſe Dionyſium ait Helladius in *Chreſtomathia* apud Photium *pag.* 1580. Et hinc Iſocrates in *Orat. ad Philippum*, Dionyſium hunc πολλοστὸν dicit, ſeu *plebejum, inter Syracuſanos, & genere, & gloria, & aliis rebus.* Alterius Hermocratis Syracuſani, Viri Nobiliſſimi, qui Athenienſes in Sicilia vicit, Filiam dein duxit

Uxo-

τῆς ὄχθης ἐλάβετο, καὶ ἀπήει, ὡς οὐκ ἔτι τὸν ἵππον ὄντα αὐτοῦ ἀπολιπών. Ὁ δὲ ἠκολούθησε, 4 καὶ χρεμετίσας ὑπέστρεψεν αὐτόν· καὶ ἐκεῖνος ἐλάβετο αὐτοῦ τῆς χαίτης, καὶ ἔμελλεν ἀναβαίνειν· καὶ τῇ χειρὶ αὐτοῦ περιπίπτει μελιττῶν πλῆθος. Ἔφασαν οὖν 5 οἱ Γαλεῶται πρὸς τὸν Διονύσιον ἐρόμενον ὑπὲρ τούτων, ὅτι ταῦτα μοναρχίαν δηλοῖ.

ille vero desiliens, ripam attigit, atque abiit, equo, tanquam non amplius suo, *istic* relicto. Equus autem sequutus est, & hinniens, reverti eum fecit: & ille apprehendit ejus jubas, & adscensurus erat: tum vero manum ejus circumdat apum multitudo. Itaque de his consulenti Dionysio responderunt Galeotæ, monarchiam hæc significare.

ΚΕΦ. CAP.

Uxorem idem Dionysius. Vide Diodorum Siculum *lib.* XIII. *pag.* 216. PERIZ.

3 Κατὰ τοῦ τέλματος ὠλίσθαινεν] MSti pariter ὠλίσθανεν, in Aoristo, ut ἐλάβετο, ἠκολούθησε &c. Sed & ita Edd. Primæ. Romana & Basil. Sensus autem est, *in cœno subsidens collapsus est.* Cicero *de Divinat.* I. 33. eandem rem narrans ait, *submersus equus voraginibus non exstitit.* IDEM.

4 Καὶ χρεμετίσαντος ὑπέστρεψεν αὐτὸν] Errores duo: lege καὶ χρεμετίσας ἐπέστρεψεν αὐτὸν, id est, *& cum hinnisset, illum advertit* & apud elegantiores scriptores, *ea res advertit animum.* Hic vero stuporem certorum hominum nequeo mirari satis. FABER. Dudum ita legit Petrus Victorius *lib.* XII. *cap.* I. quem vide sis. KUHN.

Καὶ χρεμετίσαντος ὑπέστρεψεν αὐτὸν] An accipiendum hoc, quasi scriptum esset, χρεμετίσαντος ἑαυτοῦ? An vero legendum est χρεμετίσας? ut volunt sane Petrus Victorius, tum Faber, Aliique. Atque ita etiam secunda manus Sluisk. Codicis, in quo quum scriptum esset χρεμετίσαντα, æque ac in Regio Primo & Tertio, exaravit illa supra tres ultimas literas solum ς. In Lugd. postrema syllaba non est expressa. Legitur enim χρεμετίσαν cum Τ supra scripto. Ὑπέστρεψεν autem cur mutetur contra Codd. auctoritatem in ἐπέστρεψεν, quod item voluit Faber, id vero non satis video, quum utrumque recte dici possit. Certe Homerus, quem sedulo legit Auctor, *Iliad.* E. 581. de Auriga dicat, ὁ δ' ὑπέστρεφε μώνυχας ἵππους. *ille vero retro vertebat Equos solidis ungulis præditos.* PERIZ. Mediceus quoque legit χρεμετίσας.

5 Γαλεῶται] Ita Siculis Interpretes portentorum dicebantur. Cicero *ante dicto libro. Huic interpretes portentorum, qui Galeotæ tum in Sicilia nominabantur, responderunt* &c. Adde Stephanum in γαλεῶται. Hesychio sunt Γαλεοί. Γαλεοὶ, inquit, μάντεις οὗτοι κατὰ τὴν Σικελίαν ᾤκησαν. SCHEFF. vide Bochart. I. *Chanaan cap.* 27. KUHN.

Οἱ Γαλεῶται] Vates erant Γαλεοὶ & Γαλεῶται in Sicilia sic dicti. Habitabant maxime in oppido Hyblæ, *Galeotis* inde dictæ. Rationem appellationis ex Hebræo גלה *Galâ, revelavit*, repetit Bochartus *Canaanis lib.* I. *cap.* 28. Sed tamen & Græci Belluam marinam, quæ frequens erat apud Siciliam, sic vocant. Vide Strabonem *lib.* I. *pag.* 24. Ut & Stellionem, animalculum terrestre. Vide Stephanum Byzant. in Γαλεῶται & Suidam in Γαλεός & Ἀσκαλαβώτης. PERIZ.

ΚΕΦ. μζ'.

Περὶ Ἀριστομάχης, Δίωνος γυναικός.

Διονύσιος [1] ἐλαύνει τῆς Σικελίας Δίωνα, τὴν δὲ [2] γυναῖκα αὐτοῦ Ἀριστομάχην, καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ παῖδα, ἐφύλαττεν. Ὕστερον δὲ τὴν γυναῖκα ἄκουσαν δορυφόρῳ αὐτοῦ πάντων μάλιστα θεραπευτῇ, [3] Πολυκράτει, γυναῖκα δίδωσι· Συρακούσιος δὲ τὸ γένος ἦν. Δίων δὲ παραλαβὼν Συρακούσας, ἀποδράντος εἰς Λοκροὺς Διονυσίου, [4] ἐνταῦθα ἡ μὲν Ἀρήτη, ἡ τοῦ Δίωνος ἀδελφή, προσεῖπεν

CAP. XLVII.

De Ariſtomache, Dionis uxore.

Dionyſius è Sicilia Dionem expulit, uxorem vero ejus Ariſtomachen, & ipſius filium, cuſtodivit. Poſtea vero uxorem ejus repugnantem ſatelliti ſuo, qui omnium maxime ipſum colebat, Polycrati, conjugem dedit: erat vero genere is Syracuſanus. Dion autem quum, fugiente Locros Dionyſio, Syracuſas cepiſſet, tum vero Arete, ſoror Dionis,

1 Ἐλαύνει] Scribe ἤλαυνε. FABER. Vide *ſupra dicta ad finem cap.* 44. KUHN.

2 Γυναῖκα αὐτοῦ Ἀριστομάχην] Quomodo αὐτοῦ? cum fuerit uxor Dionyſii. Cicero *lib.* V. *Tuſcul. quæſt. Tyrannus Syracuſanorum fuit Dionyſius, qui cum duas uxores haberet, Ariſtomachem, civem ſuam, Doridem autem Locrenſem* &c. Legendum puto non Ἀριστομάχην, ſed Ἀρήτην. Arete enim uxor Dionis, Arete à Dionyſio alii in matrimonium tradita, ut apparet ex Plutarcho, cujus locum mox ſubjiciam. SCHEFF. Bene. FABER.

Ἀριστομάχην] Nihil mutant MSti. Atque ideo non dubito, Auctorem ipſum in his Feminis erraſſe. Certe enim Nepos, Plutarchus, Aliique, Dionis ſororem eandemque Dionyſii Majoris Uxorem *Ariſtomachen* vocant, at Dionis Uxorem, & Dionyſii ex Ariſtomache Filiam *Areten*. Sed & ipſe Auctor XIII. 10. Dionis ſororem *Ariſtæneten* appellat, haud dubie pro *Ariſtomachen*. PERIZ.

3 Πολυκράτει] Imo Τιμοκράτει. Plutarchus in *Dione*: τὴν Ἀρήτην ἄκουσαν ἑνὶ τῶν φίλων Τιμοκράτει δίδωσιν. SCHEFF.

Πολυκράτει] Etiam in hoc nomine videtur vel Auctor ipſe, vel Librarius erraſſe: ſiquidem Plutarchus in *Dione pag.* 980. eandem rem referens, eum appellat *Timocraten*. PERIZ.

4 Ἐνταῦθα ἡ μὲν Ἀρήτη] Confunduntur iterum hæc nomina. Locus ſic legendus eſt: ἐνταῦθα ἡ μὲν Ἀριστομάχη, ἡ τοῦ Δίωνος ἀδελφή, προσεῖπον αὐτόν, ἡ δὲ Ἀρήτη εἵπετο &c. Plutarchus in *Dione*. Ἡ μὲν Ἀριστομάχη τὸν υἱὸν ἄγουσα τοῦ Δίωνος. ἡ δὲ Ἀρήτη κατόπιν εἵπετο δακρύουσα, καὶ διαποροῦσα, πῶς ἀσπάσηται καὶ προσείπῃ τὸν ἄνδρα, κοινωνίας αὐτῇ πρὸς τὸν ἕτερον γεγενημένης. Ariſtomachen porro non *Areten* Dronis ſororem fuiſſe etiam Diodorus teſtis eſt *lib.* XVI. Adde quæ notamus *infra lib.* XIII. *cap.* 10. SCHEFF. *Arete* etiam dicta eſt ſoror, vel, ut alii volunt, filia *Ariſtippi* Socratici, de quâ Noſter in *Hiſtor. Anim. lib.* III. *cap.* 40. Μητροδίδακτον μὲν τὸ τῆς Ἀρήτης οἷον τὸ τῆς ἀδελφῆς τῆς Ἀριστίππου ὑμνοῦσιν οἱ πολλοί. ex verbis tam inquinatis nihil ſani ſenſus elici poterit. quid ſi ita corrigatur, μ. μ. τὸν τῆς Ἀρήτης υἱόν, τὸν &c. *Multi filium Aretes, quæ Ariſtippi ſoror erat, celebrant ut* μητροδίδακτον i. e. *à matre edoctum.* Themiſtius autem cum Strabone & Diogene filiam Ariſtippi *Areten* fuiſſe indigitat, *Orat.* I. τῷ δὲ Ἀριστίππῳ &c. Caſaubonus *notis in Laërt.* eodem modo hunc Æliani

πεν αὐτόν. Η δὲ Αριστομάχη εἵπετο, δι' αἰδοῦς ἐγκαλυπτομένη, καὶ οὐ τολμῶσα προσειπεῖν ὡς ἄνδρα, ἐπεὶ βιασθεῖσα τὸν θεσμὸν τῆς πρὸς αὐτὸν εὐνῆς οὐ διεφύλαξεν. Επεὶ δὲ ὑπὲρ αὐτῆς ἀπελογήσατο ἡ Αρήτη, τὴν ἐκ τοῦ Διονυσίου ἀνάγκην 5 καταλέξασα, ὁ Δίων προσηγάγετο τὴν γυναῖκα, καὶ τὸν παῖδα, καὶ εἰς τὴν οἰκίαν ἔπεμψεν.

nis, eum allocuta est. Ariſtomache verò ſequebatur, præ verecundia faciem ſuam velans, neque, tanquam maritum, audens eum alloqui: quoniam vi coacta connubii cum ipſo legem non ſervarat. Poſtquam autem pro ea cauſſam dixiſſet Arete, neceſſitatem illam à Dionyſio exponens, Dion amplexus eſt uxorem & filium, miſitque eos in domum ſuam.

ni locum correxit *p.* 42. niſi quod Αρίστης retinuit. confer etiam Euſeb. προπ. εὐαγγ. *p.* 764. KUHN.

Αρήτη] Plutarchus hoc nomen ſcribit Αρετὴ, & tribuit Dionis Uxori, quod faciunt & reliqui. Apud Græcos tamen etiam hoc Αρήτη, nomen eſt feminarum, ut ex Homeri *Odyſſea* conſtat. Lugd. Codex & Regius Secundus ſcribit hoc loco Αρίστη, at dein Αρήτη, ſicuti editur, & occurrit in Sluisk. Paulo ante, minus recte expreſſa erant illa, ἀποδράντος εἰς Λοκροὺς Διονυσίου. Vertebantur enim, *fugato ad Locros Dionyſio*, quaſi apud Locros (hoc enim ſignificant Latine iſthæc verba) victus & in fugam fuiſſet actus. Ille vero quum Dio rediiſſet in Siciliam armata manu, *aufugit* ex Sicilia *Locros*. PERIZ.

5 Καταλέξασα] Mediceus καταλλάξας ὁ Δίων.

ΚΕΦ. μη'.

Περὶ τῶν Ὁμήρου ποιημάτων.

CAP. XLVIII.

De poëmatibus Homeri.

Ὅτι [1] Ἰνδοὶ τῇ παρὰ σφίσιν ἐπιχωρίῳ φωνῇ τὰ Ὁμήρου μεταγράψαντες ᾄδουσιν οὐ μόνοι, ἀλλὰ καὶ οἱ

Indi vernacula ſibi lingua deſcripta Homeri poëmata cantant non *tamen* ſoli, ſed & Perſarum reges: ſi

1 Ἰνδοὶ] Hoc apud neminem alium mihi lectum. SCHEFF. Dion. Chryſoſt. id ipſum habet *Orat.* 53. de Homero. καὶ παρ' Ἰνδοῖς ᾄδεσθαί φασι τὴν Ὁμήρου ποίησιν, μεταβαλόντων αὐτὴν εἰς τὴν σφετέραν διάλεκτόν τε καὶ φωνήν. ὥστε καὶ Ἰνδοὶ τῶν μὲν ἄστρων τῶν παρ' ἡμῖν πολλῶν εἰσιν ἀθέατοι· τὰς γὰρ ἄρκτους οὔ φασι φαίνεσθαι παρ' αὐτοῖς. τῶν δὲ Πριάμου παθημάτων &c. οὐκ ἀπείρως ἔχουσι. *apud Indos etiam decantari ajunt Homeri poeſin in illorum vernaculam tranſlatam, adeoque Indos multa quidem aſtra, quæ apud nos videntur, urſas puta, ignorare ajunt: Sed Priami calamitates* &c. *diſcunt unius viri beneficio.* KUHN.

Οἱ Ἰνδοὶ] Idem de iis tradidit Dio Chryſoſtomus *Orat. de Homero*, ut recte monuit Kuhnius. De *Perſis* videmur idem colligere ex Dinone, & ejus *Perſicis*, apud Athenæum *lib.* XIV. *cap.* 8. Nam apud Eos, æque ac Græcos, cantari ſolebant maxime Heroum & Virorum Illuſtrium facta. *Homeri* autem carmina Heroas & fortes Viros maxime celebrant. PERIZ.

2 Τοῖς ὑπὲρ τούτων ἱστοροῦσι] Accipiebantur

hæc

οἱ Περσῶν βασιλεῖς· εἴ τι χρὴ πιστεύειν [2] τοῖς ὑπὲρ τούτων ἱστοροῦσι.

si quid credere oportet illis, qui de his *populis* scribunt.

hæc ita, ut intelligeretur ὑπὲρ τούτων πραγμάτων: atque ideo etiam in Indice exponebatur ἱστορεῖν ὑπέρ τινος, *recensere aliquid.* At vero intelligenda hæc sunt de Populis, ὑπὲρ τούτων, scil. Ἰνδῶν καὶ Περσῶν. Nec dubito quin Auctor respexerit Ctesiam, qui *Indica* & *Persica* scripsit: forte & Dinonem, qui sæpe in rebus *Persicis* laudatur, etiam à Nostro. Vide *supra* VII. I. PERIZ.

ΚΕΦ. μθ'.

Ὅτι ἀμνησίκακος ὁ Φωκίων.

[1] Φωκίων ὁ τοῦ Φώκου, πολλάκις στρατηγήσας, κατεγνώσθη θανάτῳ, καὶ ἦν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, καὶ ἔμελλε πίεσθαι τὸ κώνειον. Ἐπεὶ δὲ [2] ὤρεξεν ὁ δήμιος τὴν κύλικα, οἱ προσήκοντες ἤροντο, εἴ τι λέγοι πρὸς τὸν υἱόν· ὁ δὲ, ἐπισκήπτω αὐτῷ, μηδὲν Ἀθηναίοις μνησικακήσειν ὑπὲρ τῆς παρ' αὐτῶν φιλοτησίας, ἧς νῦν πίνω. Ὅστις δὲ οὐκ ἐπαινεῖ καὶ ὑπερθαυμάζει τὸν ἄνδρα, δοκεῖ μοι μέγα ὁ τοιοῦτος ἐννοεῖν οὐδέν.

CAP. XLIX.

Quod Phocion haud fuerit vindictæ studiosus.

Phocion Phoci *filius*, quum sæpe Prætor fuisset, morti adjudicatus est, eratque in carcere, idque jam agebatur, ut cicutam biberet. Quum vero porrigeret jam calicem lictor, necessarii ejus rogarunt, num quid mandaret ad filium: ille vero, præcipio ei, ne infestus aut vindictæ cupidus sit in Athenienses propter hanc ab ipsis propinationem, quam nunc bibo. Quicunque vero virum in hisce non laudat & majorem in in modum admiratur, is mihi nihil egregium intelligere videtur.

ΚΕΦ. CAP.

1 Φωκίων] Plutarchus in *Apophtheg. Imper.* SCHEFF.

2 Ὤρεξεν ὁ Δήμιος τὴν κύλικα] Cum hac *Phocionis* morte in Carcere conferri debet illa Socratis apud Platonem in *Phædone in extr.* Liquet enim ex eo loco tota ratio hujus supplicii, & vis cicutæ, quæ facilem & placidam hominibus mortem inferebat, pedes primum frigore suo, dein superiora corporis, invadens. Sed & eodem pene modo, ut hic, dicitur primum ὁ μέλλων δώσειν τὸ φάρμακον, ἐν κύλικι τετριμμένον, *qui daturus est venenum, in calice contritum.* Et dein, ὤρεξε τὴν κύλικα τῷ Σωκράτει. Homo iste, qui dabat venenum, hic vocatur δήμιος, h. e. *carnifex*, minister suppliciorum. Sic apud Lucian. *Dial. Meretr. pag.* 733. ὃν κάκιστα ἐπίδοιμι ἀπολέμενον, ἑλκόμενον τοῦ πώγωνος ὑπὸ Δημίου, *quem utinam viderem pessime pereuntem, barba à carnifice tractum.* Et *pag.* 748. Meretrix de Milite, qui cædes suas narrabat, & cum quo ideo concumbere nolebat, οὐδὲν οὗτος ἀμείνων τοῦ δημίου, *talis homo nihilo melior est carnifice.* Max. Tyrius *Diss.* 9. τὸ ξίφος τὸ αὐτὸ ὂν, ἀλλοιότερον μὲν φαίνεται τῷ ἀριστεῖ, ἀλλοιότερον δὲ τῷ Δημίῳ, *Gladius idem, alius tamen videtur Viro Forti, alius Carnifici.* Responsum autem hoc Phocionis habet etiam Plutarchus in *Apophth.* PERIZ.

ΚΕΦ. ν'.

Περὶ Λακεδαιμονίων μὴ ἐσπουδασμένως περὶ παιδείας ἐχόντων.

1 Λακεδαιμόνιοι μουσικῆς ἀπείρως εἶχον. Ἔμελε γὰρ αὐτοῖς γυμνασίων,

CAP. L.

De Lacedæmoniis nullam operam liberalibus disciplinis impendentibus.

Lacedæmonii Musicæ imperiti erant. Ipsis enim curæ erant gymnasia,

1 Μουσικῆς ἀπείρως εἶχον] Intellige in aliorum Græcorum & Atheniensium inprimis comparatione. Nam alias certum, literis in tantum operam dedisse, in quantum iis sibi ad virtutem exercendam opus esse putarunt. Plutarchus in *Lycurgo*. Γράμματα μὲν ἕνεκα τῆς χρείας ἐμάνθανον. ἡ δὲ ἄλλη πᾶσα παιδεία πρὸς τὸ ἄρχεσθαι καλῶς ἐγίνετο. Adde eundem in *Instit. Lacon.* ubi disertim γράμματα à παιδεύμασι distinguit; ait enim τῶν δὲ ἄλλων παιδευμάτων ξενηλασίαν ἐποιοῦντο. SCHEFF. Μουσικῆς ἀπείρως εἶχον, hic in sensu proprio de ipsa Musica, non de literis in genere accipiendum. male igitur Interpres, *literarum omnino rudes erant*, cum debuisset reddere *Musicæ rudes erant.* Idque ex Athenæo *lib.* XIV. discere licet, ubi ait: Λακεδαιμόνιοι μὲν, εἰ μὲν ἐμάνθανον τὴν μουσικὴν, οὐδὲν λέγουσι· ὅτι δὲ κρίνειν δύνανται καλῶς τὴν τέχνην, ὁμολογεῖται παρ' αὐτῶν. καὶ φασὶ τρὶς ἤδη σεσωκέναι διαφθειρομένην αὐτήν, *Lacedæmonii equidem quod didicerint Musicam non dicunt, quod autem bene de arte illa judicent, in confesso apud illos est, ajuntque se jam tertium eam à corruptelis vindicasse:* At in *fine capitis* demum περὶ παιδείας in genere mentio fit. His adde illa Aristot. *lib.* VIII. *Polit. cap.* 5. οἱ Λάκωνες οὐ μανθάνοντες. ὅμως δύνανται κρίνειν ὀρθῶς, ὥς φασι, τὰ χρηστὰ τῶν μελῶν, *Lacedæmonii etiamsi non didicerint, recte tamen, ut ajunt, judicare de bonis malisque canticis possunt.* vel etiam conjunge utramque significationem. KUHN.

Λακεδαιμόνιοι μουσικῆς &c.] Verti *Musicæ*, ut voluit Kuhnius, nec tamen *in sensu proprio de ipsa Musica* accipi velim, ut ille item velit, sed de omni eo, quod Græci μουσικῆς vocabulo designabant. Res manifesta ex seqq. in quibus agitur non modo de Musicis proprie dictis, sed & de Poëtis, & facultate dicendi. Sic *supra* IV. 15. Gelo Syracusarum Rex, horum omnium imperitus, ἄμουσος vocatur. Alienos autem ab his omnibus fuisse Laconas, res notissima est. Xenophon in *Rep. Laced.* comparationem instituens inter educationem puerorum apud reliquos Græcos, & apud Lacedæmonios, Illos ait mittere pueros εἰς διδασκάλων, μαθησομένους καὶ γράμματα, καὶ μουσικὴν, καὶ τὰ ἐν παλαίστρᾳ, *ad præceptores ut discant & literas, & Musicam, & exercitia palæstræ.* Hos vero præficere iis Virum Illustrem, qui eos convocet, inspiciat, puniat, *si ignavi sint & segnes*, atque ita doceat eos *multam verecundiam & obedientiam*, πολλὴν αἰδῶ καὶ πειθώ, non ergo *Literas* & *Musicam.* Disertius longe Isocrates in *Panathen. p.* 658. τοσοῦτον, ait, ἀπολελειμμένοι τῆς κοινῆς παιδείας καὶ φιλοσοφίας εἰσὶν, ὥστ' οὐδὲ γράμματα μανθάνουσιν: *Illi vero adeo destituti sunt communi eruditione & philosophia, ut neque literas discant.* Similiter apud Platonem in *Hippia majore pag.* 285. ubi quum dixisset, *leges ipsorum non permittere peregrinam disciplinam*, subjicit tandem, οὐδ' ἀριθμεῖν ἐκείνων γε (ὡς εἰπεῖν) πολλοὶ ἐπίστανται, *ne numerare quidem, ut ita loquar, plerique eorum sciunt.* Quid vero dicemus igitur de eo, quod idem Plato in *Protagora pag.* 342. *Sophistas plurimos in Creta & Lacedæmone esse, sed illos se dissimulare, & fingere se indoctos, ne pateat, eos sapientia potissimum vincere alios Græcos*; addens dein, *Lacedæmonii* πρὸς φιλοσοφίαν καὶ λόγους ἄριστα πεπαίδευνται, *omnium optime ad philosophiam & eloquentiam eruditi sunt:* idque intelligi jam à multis, ὅτι τὸ λακωνίζειν πολὺ μᾶλλόν ἐστι φιλοσοφεῖν ἢ φιλογυμναστεῖν, *Laco-*

nicam

νασίων, καὶ ὅπλων. Ει δέ ποτε ἐδεήθησαν τῆς ἐκ Μουσῶν ἐπικουρίας, ἢ νοσήσαντες, ἢ [2] παραφρονήσαντες, ἢ ἄλλό τι τοιοῦτον δημοσίᾳ παθόντες, μετεπέμποντο ξένους ἄνδρας, [3] οἷον ἰατροὺς, ἢ κατὰ Πυθόχρηστον· μετε-

naſia & arma. Si quando autem Muſarum auxilio, vel morbo laborantes, vel mente capti, aut aliud quid ſimile publice paſſi, indigerent, arceſſebant homines peregrinos, tanquam *malorum iſtorum* medicos, aut ex

nicam vitam vivere multo magis eſſe philoſophari. quam ſtudioſe in gymnaſiis exerceri. Nempe omnia hæc intelligenda de naturali ſapientiæ moralis ſcientia, eamque brevibus præceptis, quæ ſunt illorum λόγοι, ut ex ſeqq. liquet, explicandi ratione. Ceteroquin enim *Orator* inter eos *nemo fuit*, ut diſerte teſtatur Cicero in *Bruto*: ſed & *artem dicendi* apud eos plane neglectam ex Thucydide probat Noſter. Immo ejectos ex Civitate Rhetores, & punitos cives, qui Rhetoricam foris didiciſſent, docet nos Sextus Empir. *adv. Mathemat. lib.* II. *pag.* 68. Denique omnis doctrina, ſive Academiæ, ſive Lycei, prorſus ab illis aberat. Hinc Maximus Tyr. *Diſſert.* 9. cohibere ſuum amorem, ait, non eſſe adeo difficile, nec ſolius Philoſophi, ſiquidem & Ageſilaus id fecerit, Rex Spartanus, ἐκ ἐν Λυκείῳ τραφεὶς, ἐδὲ ἐν Ακαδημίᾳ γυμνασάμενος, ἐδὲ ἐν φιλοσοφίᾳ πεπαιδευμένος, *neque in Lyceo educatus, neque in Academia exercitus, neque in philoſophia eruditus.* Admiſerunt tamen in ſuam Urbem peregrinos Poetas, atque alios Scriptores, quos recenſuit Meurſius in *Laconicis* IV. 17. Immo & tandem publicas Homeri Recitationes. Unde Max. Tyr. *Diſſ.* 7. multas quum dixiſſet Civitates bene conſtitutas exiſtere, quæ Homerum ignorarent, ſubjicit, ὀψὲ γὰρ ἡ Σπάρτη ῥαψῳδεῖ, h. e. *ſero Sparta publicas Recitationes carminum Homeri admiſit.* Similiter vero, quod ad *Muſicam* proprie dictam, ſe res habuit. Neque enim ipſi eam diſcebant aut norant: Sed tamen admittebant, ut vel ex feſto Carniorum liquet, in quo certabant Muſici; & in quo feſto *Terpander* hic primus vicit. Vide Athenæum XIV. 9. Adde *Inſtituta Laconica* Plutarchi. PERIZ.

2 Παραφρονήσαντες] *Mente capti furoreque correpti.* Alluſum ad hiſtoriam, quam ex Theopompo Scholiaſtes Ariſtoph. in *Pace* conſervavit. Θεόπομπος, inquit, ἐν τῇ θ' τῶν Φιλιππικῶν, ἄλλα τε πολλὰ περὶ τέτε τῷ Βάκιδος ἱστορεῖ παράδοξα, καὶ ὅτι ποτε τῶν Λακεδαιμονίων τὰς γυναῖκας μανείσας ἐκάθηρεν, Απόλλωνος τέτοις τῦτον καθαρτὴν δόντος. *Theopompus libro nono Philippicorum inter alia miranda de hoc Bacide tradit, quod aliquando Spartanas mulieres, furore correptas expiarit, Apolline hunc ipſis expiatorem annuente.* hanc notam Suidas in ſuum Lexicon bonâ fide tranſtulit in *voce* Βάκις. & in κάθαρσις γυναικῶν μαινεσῶν. vid. *Indic.* in παραφρονεῖν. KUHN.

3 Οἷον ἰατρὲς ἢ κατὰ Πυθόχρηστον] Lubens valde deleverim illud, ἢ, & omnia conjunxerim. Nam qui ſequuntur *Terpander*, *Thales*, *Tyrtæus*, ſimul οἷον ἰατροὶ, ſimul κατὰ Πυθόχρηστον, arceſſiti ſunt. De *Terpandro* Vide Suidam in Μετὰ Λέσβιον ᾠδόν: de *Thaleta* Plutarchum *de Muſica in extr.* de *Tyrtæo* res eſt notiſſima vel ex Juſtino. Ιατρὲς autem cave proprio accipias ſenſu, ut certe fecit Cragius in *Rep. Lacedæm. lib.* III. *Tab.* 8. *Inſtit.* I. ubi ex hoc loco Æliani ait, *Lacedæmonios fuiſſe literarum rudes, atpue aliunde ſolitos arceſſere Medicos, vel Alios, quum opus eſſet.* At vero ſenſus Æliani eſt, Laconas, ſi quando indigerent Muſico vel Poeta, ſive ad depellendum inſaniæ quendam morbum, ſive ad ſeditionem exſtinguendam, aut alia etiam de cauſa, arceſſiviſſe tunc peregrinos, quia ipſi non habebant, non Medicos, ſed Muſicos & Poetas, *tanquam Medicos* ſibi iſtorum malorum futuros, idque ex oraculo Apollinis. Sic certe Plutarchus *d. l.* καὶ Θαλήταν τὸν Κρῆτα, ὅν φασι κατά τι πυθόχρηστον Λακεδαιμονίες παραγενόμενον διὰ μεσικῆς ἰάσασθαι, ἀπαλλάξαι τε τῦ καταχόντος λοιμῦ τὴν Σπάρτην *Et Thaletam Cretenſem, quem ferunt ex oraculo quodam advenientem ſanaſſe per muſicam Lacedæmonios, & liberaſſe à peſtilentia, quæ Spartam invaſerat.* PERIZ.

4 Τέρπανδρον] Ut coortam Spartæ ſeditionem

τεπέμψαντό γε μὴν [4] Τέρπανδρον, καὶ [5] Θάλητα, καὶ [6] Τυρταῖον, καὶ τὸν Κυδωνιάτην [7] Νυμφαῖον, καὶ [8] Αλκμᾶνα;

ex oraculo Apollinis. Arcessiverunt autem Terpandrum, Thaleta, Tyrtæum, Cydoniatam Nymphæum,

nem comprimeret, quod & fecit. Plutarchus *lib. de Musica prope finem.* Suidas in μετὰ Λέσβιον ᾠδόν. Legesque ipsorum carmine complexus est. Clemens *Strom.* I. SCHEFF. Athenæum vide sis *lib.* XIV. *p.* 635. KUHN.

Τέρπανδρον] *Terpander* hic fuit patria Lesbius, ex oppido Antissa. Vide Stephanum *de Urbibus* in Αντισσα. Vixit vel tempore Lycurgi ipsius, cujus etiam Leges in metrum redegisse & cantilenas dicitur à Clemente Alex. *Stromat.* I. *pag.* 308. vel paulo post. nam certe Carniorum certamine, quod refertur ad Olympiadem XXVI. primus vicit. Vide Athenæum *lib.* XIV. *cap.* 9. Apud Clementem etiam *Stromatum* I. *pag.* 333. Hellanicus refert Terpandrum ad tempora Midæ, Phaneas vero Lesche Lesbio & Archilocho facit seriorem, quo antiquiorem statuit Glaucus Italus apud Plutarch. *de Musica init.* Vocatus vero fuit à Lacedæmoniis *ex oraculo*, ut ex Suida docuimus. Ad eum ergo referendum est, quod Heraclides *de Politiis* ait, Λακεδαιμόνιοι τὸν Λέσβιον ᾠδὸν ἐτίμησαν. Τούτου γὰρ ἀκούειν ὁ Θεὸς χρησμῳδουμένους ἐκέλευσε, *Lacedæmonii Lesbium cantorem honorarunt; Illum enim audire Deus oraculum consulentes jussit.* Sedavit autem *seditionem*, seu, ut Plutarchus *de Musica* ait *in extr.* τὴν γενομένην ποτὲ παρὰ Λακεδαιμονίοις στάσιν κατέλυσε. PERIZ.

5 Θάλητα] Cretensem. Hunc Pratinas scribit monitu oraculi Pythii Apollinis accersitum, ad sedandam pestem, qua tunc civitas laborabat. Auctor is, quem modo dixi, & Pausanias in *Atticis*. SCHEFF. Bene Simsonius *P.* III. *Chronici p.* 77. legit pro Θάλητα Θαλήταν. Nam nomen Musici illius non Θάλης fuit, sed Θαλήτας. error fluxit à Romana editione in omnes alias. Hunc Suidas *Gnossium*, Pausanias vero in *Atticis*, *Gortynium* facit. vide & Plutarchum in *de Musica* & Athenæum *Deipnos. lib.* XV. KUHN.

Θάλητα] Sic Romana Editio, non ex *Errore*, qui inde fluxerit in alias, ut ait Kuhnius, sed ex MStis, qui ita scriptum hoc nomen exhibent. Veteres autem promiscue modo Θαλήτας, Θαλήταν scribunt, atque ita Suidas & Plutarchus *de Musica:* modo Θαλῆς, Θάλητα, sic Noster, & Pausanias in *Atticis cap.* 14. ipse Plutarchus in *lib. Philosophum cum Ducibus agere potissimum debere.* Sed & antiquior ille *Thaletas* Cretensis, cujus consilio & doctrina multum usus est Lycurgus, à Sexto Empir. *d. l.* & à Strabone *lib.* X. *pag.* 480. & 482. Θαλῆς, ab Aliis etiam Θαλήτας dicitur. Ceterum hic *Thaletas* Gortynius fuisse dicitur, & serior Terpandro ac Archilocho, sed non multum. Vide Plutarchum *de Musica.* Adhibitus fuit à Lacedæmoniis *ex oraculo* ad pestilentiam musica sedandam, teste *ibidem* Plutarcho in *extr.* & Pausania *d. l.* At Idem Plut. in altero libello, modo dicto, eum ait τὴν Λακεδαιμονίων στάσιν παύειν ἐπᾴδων καὶ παραμυθούμενος, *Seditionem Lacedæmoniorum composuisse cantando & exhortando.* Dubitem vero, an non idem fuerit ille Antiquior, & hicce *Thaletas*, &, prout à diversis diversa homini ætas fuit adscripta, ita ex uno ipsi Veteres fecerint duos, qualis error in tempore tam antiquo facillime evenire potuit. PERIZ.

6 Τυρταῖον] Ut carmine laudaret egregios eorum bello viros. Plato *lib.* I. *de Legibus*, Plutarchus. SCHEFF.

Τυρταῖον] De hoc Vide Pausaniam in *Messenicis cap.* 15. & 18. & Justinum V. 5. atque ibi Notas. Qui sequitur *Nymphæus Cydoniates* non tam cognitus est. Lugd. Codex itidem, ut Parisienses B. & C. legit Κλυδωνιάτης. Sed rectum est, quod vulgatur, & reperitur in aliis Codd. Vide Stephanum in Κυδωνία, quæ Urbs est Cretæ. Adde autem his ex Theopompo Bacin Bœotium, qui item ex oraculo Apollinis Lacænas furentes lustravit sanavitque. Vide Schol. *Aristoph. p.* 588. Sed emendandus est hic locus ex eodem Scholiaste *ad Pacem p.* 703. & ex Suida simul in *v.* Βάκις. legendumque ex iis, περὶ τούτου τοῦ Βάκιδος, h. e. *de illo Bacide*, Arcade scil. qui proxime nominatus erat utroque in loco, pro περὶ τοῦ Βοιωτοῦ Βάκιδος. Ceterum

 Ar-

μᾶνα, 9 αὐλῳδὸς γὰρ ἦν. Καὶ 10 Θουκυδίδης δὲ ὁμολογεῖ, ὅτι μὴ ἐσπουδασμένως περὶ παιδείας εἶχον, ἐν

phæum, & Alcmanem, tibicen enim erat. Et Thucydides teſtatur, doctrinas non diligenter eos curaſſe, in iis

Arcas ille *Bacis*, qui Lacænas luſtravit ex oraculo Apollinis, fuit ἐκ πόλεως Καφύης, καὶ ἐκαλεῖτο Κύδας, ut ex Phileta Epheſio uterque tradit: atque ideo nullus jam dubitem, quin etiam hic pro Κυδωνιάτην Νυμφαῖον, qui unus ex his omnibus eſt obſcurus adeo, immo ignotus plane, legendum ſit Κύδας ὁ Καφυαῖος, h. e. Bacis ille Κύδας dictus, & ex oppido Arcadiæ, Caphya, ortus, quem certe heic prætermittere neutiquam debuerat Auctor, quia & ille τῷ Πυθόχρηστον, οἷον ἰατρὸς luſtravit Lacænas μανείσας, ſeu, ut Noſter ait, παραφρονησάσας. PERIZ.

7 Νυμφαῖον] De hoc mihi nil compertum. Videant alii. In MSS. B. & C. eſt Κλυδωνιάτην Νυμφαῖον. SCHEFF.

8 Αλκμᾶνα] Ille vero *Lacedæmonius* à pleriſque dicitur, Vide Meurſium in *Laconicis* IV. 17. & Voſſium *de Poetis Græcis*. Suidas etiam inſuper dicit eſſe Λάκωνα ἐκ Μεσσόας, h. e. ex certa Urbis parte, ſic dicta. Sed tamen diſerte Vellejus I. 18. *Lacones* ait *falſo ſibi vindicare Alcmanem*. Et apud Eundem Suidam, Crates eum fuiſſe *Lydum* ac *Sardianum* tradidit. Nempe videtur puer adhuc, quocunque tandem modo, ex Lydia raptus, & in ſervitutem venditus, atque ita educatus Lacedæmone. Certe *ſervus fuit Ageſidæ* Lacedæmonii, *ſed manumiſſus ob ingenium, Poeta evaſit*, teſte Heraclide *de Politiis*. Ο δὲ Αλκμὰν, ait, οἰκέτης ἦν Αγησίδου, εὐφυὴς δὲ ὢν, ἠλευθερώθη, καὶ ποιητὴς ἀπέβη. Male iſtic οἰκέτης vertitur *Verna*, quod non fuit. Sed pejus etiam apud Suidam ἀπὸ οἰκετῶν, quod de hoc *Alcmane* dicitur, Portus accepit, & vertit, *quum ex ſervilibus, ſerviſque parentibus eſſet natus*. At Suidæ mens eſt, Alcmanem hunc fuiſſe ipſum prius ſervum, & ex ſervitute manumiſſum. Sic ἀπὸ δούλων, *Libertus*, qui dein etiam Απόδουλοι dicebantur. Vide Gloſſarium Græcum Cangii in *hac Voce*. Res tota liquet ex Epigrammate, de *Alcmane*, quod exhibet Plutarchus *de Exilio*, *init*. In quo Alcman dicere fingitur, ſi educatus fuiſſet in patria ſua, *Sardibus*, futurum ſe Gallum Matris Deum, vel ſimile quid, at nunc evaſiſſe ſe Spartanum, & didiciſſe artes Muſarum, quæ præſtantiorem ſe fecerint ipſis Tyrannis. Epigramma illud emendatum Vide in *Plinianis* Salmaſii *p*. 825. Ceterum patet ex his, quam male Meurſius ergo Vellejum inſimulet *Laconicis* IV. 17. quod Alcmana *male neget Lacedæmonium*. Illis qui negarunt, etiam Noſter addi debet, quippe qui eum quoque inter *peregrinos*, & aliunde *arceſſitos* hic memorat. Quapropter repoſui quidem, ut voluerunt Scaliger & Kuhnius, αὐλῳδὸς, quia αὐλῴδης nihili erat, nec Græcis auribus uſitata vox. Sed tamen nullus dubito, quin longe aliter curandus ſit hicce locus. Nam quæ tandem commoda ſatis dabitur cauſa, quare Alcmani ſoli ſubjiciatur hæcce ejus memorandi ratio, quod Αυλῳδὸς fuerit? Certe enim vereri non potuit Auctor, *Alcmanem* hunc minus forte notum fore Lectoribus ſuis, quam vel *Terpandrum*, vel *Thaletam*, vel *Nymphæum:* nedum dubitaturum quenquam, an recte & ille inter Muſicos & Poetas ſit relatus: quum utique longe omnium iſtorum fuerit ſemper celeberrimus, & ejus carmina omnium in manibus eſſent, ac ſæpe ideo ab Aliis citentur. Dein neque ab Aliis Alcman Αυλῳδὸς dicitur, ſed vel Λυρικὸς, ut à Suida, vel Μελῶν ποιητής, ut à Plutarcho; neque opus erat *Tibicines* aliunde arceſſere, quum ipſi Lacones diſcerent omnes αὐλεῖν, teſte Athenæo IV. *cap. ult.* Quid plura? Manifeſtum puto, altius & gravius vitium in corrupto hoc vocabulo ſedere. Legendum cenſeo, καὶ Αλκμᾶνα αὖ, (vel δ' αὖ) Λυδὸς γὰρ ἦν. Optimo profecto ſenſu, & leviſſima mutatione. Nempe quum plerique vulgo *Lacedæmonium* dicerent Alcmana, Noſter rationem dare voluit, quare eum inter ξένους ἄνδρας numerarit. Ea autem ratio erat, quod Alcman non eſſet *Lacedæmonius*, ut vulgo ferebatur, ſed *Lydus*. Voculæ αὖ, & δ' αὖ, & αὖτε, inſerviunt etiam tranſitioni, & connexioni ſimpliciter faciendæ, quod monuit jam Budæus, & male negavit Devarius.

ἐν οἷς λέγει [11] περὶ Βρασίδου. [12] Λέγει γοῦν, ὅτι [13] ἦν ἀδύνατος εἰπεῖν, ὡς Λακεδαιμόνιος, οἷον, ὡς ἂν ἰδιώτης.

ΚΕΦ.

iis, ubi loquitur de Brasida. Ait ergo, eum dicendi imperitum fuisse, utpote Lacedæmonium, quasi diceret, tanquam idiotam quendam.

CAP.

rius. Nihil enim certius, quam poni sæpissime pro *vero*, *porro*, *sed*, &c. Videatur tantum *Catalogus Navium* Homeri *Iliad.* B. ubi *v.* 369. Φόρκυς αὖ Φρύγας ἦγε &c. *Phorcys porro Phrygas ducebat.* *v.* 371. Μῄοσιν αὖ Μέσθλης τε καὶ Ἄντιφος ἡγησάσθην. *v.* 374. Νάστης αὖ Καρῶν ἡγήσατο. Sic passim illic. Pindarus *Pythiis Od.* IV. 255. τερτάτοισι δ' ἐν γενεαῖς Ἄμμες αὖ κείνων φυτευθέντες, *tertiis autem generationibus Nos etiam ab illis sati.* Lycophron *Cassandra v.* 168. per ænigmata sua enumerans Priami Filios, Τὸν δ' αὖ τέταρτον, *Sed & quartum*, sequente mox *Quinto.* PERIZ.

9 Αυλῳδῆς γὰρ ἦν] Scribo, Μελῳδὸς, non, ut Scaliger, αὐλῳδὸς, & miror hoc ei in mentem non venisse; neque enim Alcman &c. satis est indicasse. FABER. Scaliger *ad Num. Euseb.* MCCCCVIII. monet αὐλῳδὸς legendum esse, & sic reddendum; *canebat ad tibiam* &c. Nam αὐλῳδῆς ait *est vox nihili*, *quæ docto interpreti fraudi fuit.* Fabro contra μελῳδὸς legendum videtur. & sane Suidas etiam de eo: εἰσήγαγε τὸ μὴ ἑξαμέτροις μελῳδεῖν. SCHEFF. In Editione Basil. Suidæ lego, π. εἰσήγαγε τ. μὴ ἑ. &c. Scaligeri lectio à textu propius abest. Ideoque accedo sententiæ ejus. αὐλῳδὸς enim non est, qui ipse tibias inflat, sed inflanti accinit μέλος. unde Pausan. in *Phocicis* αὐλῳδίαν discernit ab ipsis αὐλοῖς, *tibiis p.* 322. adeoque αὐλῳδῷ cum μελῳδῷ benè convenit. KUHN.

10 Θουκυδίδης] *Libro* IV. SCHEFF.

11 Περὶ Βρασίδου] Celebris Lacedæmoniorum dux, qui fortiter pro Amphipoli dimicans occubuit, Plutarch. in *Apophth. Lacon.* Suidas. IDEM.

12 Λέγει γοῦν &c.] Reperiuntur hæc apud Thucydidem IV. 84. sed ita, ἦν δὲ οὐδὲ ἀδύνατος, ὡς Λακεδαιμόνιος, εἰπεῖν. *Erat autem non indisertus*, *ut Lacedæmonius*, qui scil. ceteroqui non erant diserti. Codices Æliani omittunt οὐδὲ, incertum, utrum Auctoris culpa, an librariorum. Ego, ubi attendo ad interpretationem, quam subjicit Auctor, crediderim ejus hoc esse ἁμάρτημα. PERIZ.

13 Ην ἀδύνατος] Imo Thucydides: ἦν δὲ οὐδὲ ἀδύνατος. Ergo fallit Noster, aut alia in ejus codice, quam hodie in vulgatis fuit scriptura. Notavit hoc ipsum Enenkelius *ad prædictum Historici locum*, quem vide. SCHEFF. Lego, ut alio, οὐκ ἦν ἀδύνατος. *Il ne parloit pas mal pour un Lacedæmonien.* FABER. Quod sibi Auctor ex Thucydide probandum putavit, id omne, à τῷ, ὡς Λακεδαιμόνιος arcessendum. ὡς Λακεδαιμόνιος Thucydidi est idem quod οἷον αὖ ἰδιώτης, *tanquam illiteratus & idiota.* Ergo Brasidas pro Lacedæmonio, i. e. pro idiota, non fuit in dicendo plane rudis, atque adeo inter cæcos Spartanos quantum ad eloquentiam, luscus regnavit. Quo satis indicata est Lacedæmoniorum ἀπαιδευσία. Insuper, qui *non indisertus*, οὐκ ἀδύνατος εἰπεῖν dicitur, frigide satis & jejune laudatur, quod turpius est quam graviter vituperari. Gellius in *Noct. Attic. lib.* XIX. *cap.* 3. vide & Hieronymum *commentar. in epist. ad Titum cap.* II. Sive igitur legas ἀδύνατος εἰπεῖν, sive οὐδὲ ἀδύνατος εἰπεῖν, perinde fuerit. utrinque enim apparet, non esse, quod admodum laudes eloquentiam in Brasida, utpote Lacedæmonio: quæ natio manu promptior fuit quam lingua. Cum hæc ita sint, nihil Noster Thucydidis sententiæ decedere existimavit, etiamsi τὸ οὐδὲ omitteret. Forsan etiam pleonasmo Attico οὐδὲ supervacaneum judicavit, de quo pleonasmo alibi. Henricus Valesius *notis in excerpta Polybii* ait, ambiguitatem subesse dicto Thucydidis de Brasida, & Ælianum id ita explicare, quasi dicere voluerit Thucydides, dicendi imperitos fuisse Spartanos, ac Brasidam fuisse, ut inter Spartanos, facundum. Ergo Brasidas cum suis civibus comparatus οὐκ ἀδύνατος εἰπεῖν, *non imperitus dicendi* fuit, sed extra hanc χώραν ἀδύνατος utique fuerit. KUHN.

ΚΕΦ. να΄.

Περὶ τοῦ τύφου Μενεκράτους, καὶ πῶς ὁ Φίλιππος ἐγέλασεν αὐτόν.

[1] Μενεκράτης ὁ ἰατρὸς εἰς τοσοῦτον προῆλθε τύφου, ὥστε ἑαυτὸν ὀνομάζειν Δία· [2] ἀπέστειλε δέ ποτε ἐπιστολὴν [3] Φιλίππῳ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ τοιαύτην· Φιλίππῳ Μενεκράτης ὁ Ζεὺς εὖ πράττειν. Αντέγραψε δὲ καὶ ὁ Φίλιππος· Φίλιππος Μενεκράτει ὑγιαίνειν. Συμβουλεύω σοι προσάγειν σεαυτὸν ἐπὶ τοῖς κατὰ [4] Αντίκυραν τόποις. Ηινίττετο δὲ ἄρα διὰ τούτων, ὅτι παραφρονεῖ ὁ ἀνήρ.

Εἰστία

CAP. LI.

De oſtentatione Menecratis, & quomodo Philippus eum deriſerit.

Menecrates medicus eo ſuperbiæ elatus fuit, ut ſe ipſum Jovem appellaret: miſit autem tales aliquando litteras ad Philippum Macedonum regem: Philippo Menecrates Jupiter felicitatem. Ad ea reſcripſit Philippus: Philippus Menecrati ſanitatem. Suadeo tibi, ut ad loca Anticyræ te conferas. Significabat autem per iſta, hominem non eſſe ſanæ mentis.

Lau-

1 Μενεκράτης] Syracuſanus erat hic homo. In eam autem inſolentiam & arrogantiam prolapſus eſt, quia curabat optime ἱερὰς νόσους, *morbos comitiales*. Neque vero ſe tantum appellabat *Jovem*, tanquam *Vitæ datorem aliis hominibus*, ὡς μόνον αἴτιον τοῦ ζῆν τοῖς ἀνθρώποις διὰ τῆς ἰατρικῆς αὐτοῦ, ſed & curatis à ſe imponebat nomina & inſignia aliorum Deorum, Apollinis, Herculis, *&c.* eoſque adigebat ad id, ut ſe comitarentur iſthoc ornatu & titulo per Urbes Græciæ, tanquam Minores Dii, hanc unam ab iis mercedem pactus. Vide Athenæum *lib.* VII. *cap.* 10. PERIZ.

2 Απέστειλε] Mallem ἐπέστειλε. FABER. Απέστειλε omnino retinendum, quia ſequitur ἐπιστολὴν. at ἐπιστέλλειν ſimpliciter venit hoc ſenſu, nec, ut addatur ἐπιστολή, opus habet. KUHN.

3 Φιλίππῳ Μενεκράτης] Habes eandem hiſtoriolam apud Athenæum *lib.* VII. ſed ut apud ipſum reſponſio Philippi deſideratur, ita hic epiſtola Menecratis. Ut igitur integer ſit Noſter, eam exſcribam. Sic autem habet: Μενεκράτης Ζεὺς Φιλίππῳ χαίρειν. Σὺ μὲν Μακεδονίας βασιλεύεις, ἐγὼ δὲ ἰατρικῆς, καὶ σὺ μὲν ὑγιαίνοντας δύνασαι, ὅταν βουληθῇς, ἀπολλύναι· ἐγὼ δὲ τοὺς νοσοῦντας σώζειν, καὶ τοὺς ἀῤῥώστους ἀνόσους, οἵ ἐμοὶ πείθονται, παρέχειν, μέχρι γήρως ζῶντας. τοιγαροῦν σὲ μὲν Μακεδόνες δορυφοροῦσιν, ἐμὲ δὲ καὶ μέλλοντες ἔσεσθαι. Ζεὺς γὰρ ἐγὼ αὐτοῖς βίον παρέχω. Adde ad meliorem rei intellectum, quæ habet Suidas in Μενεκράτης. Tetigit & Clemens in *protreptico.* itemque Antiſthenes in *Epiſt. ad Ariſtippum*, quæ eſt inter Socraticas ab Allatio editas. Ubi plane conferenda, quæ Allatius obſervavit. Cæterum quod Noſter aliique tribuunt *Philippo*, id Plutarch. *Ageſilao.* vide in *Apophth.* SCHEFF.

Φιλίππῳ] Hinc hominis ætas cognoſcitur Plutarchus etiam ad *Ageſilaum* talem ſcripſiſſe Epiſtolam refert in *Apophth. Regum & Ducum.* Dubitem, an recte, quum Athenæus *d. l. Archidamum*, Ageſilai Filium, Regem *Philippi* regno æqualem, nominet, ut ad quem talia Menecrates quoque ſcripſerit. PERIZ.

4 Αντίκυραν] Ita quoque Julianus Imper. *Orat.* VII. ad quendam. Αντικύρας σοι δεῖ.

Salſa

Εἱστία ποτὲ μεγαλοπρεπῶς ὁ Φίλιππος, καὶ δὴ καὶ τοῦτον ἐπὶ θοίνην ἐκάλεσε, καὶ ἰδίᾳ κλίνην αὐτῷ ἐκέλευσε παρεσκευάσθαι, καὶ κατακλιθέντι θυμιατήριον [5] παρέθηκε. Καὶ ἐθυμιᾶτο αὐτῷ· οἱ δὲ λοιποὶ εἱστιῶντο, καὶ ἦν μεγαλοπρεπὲς τὸ δεῖπνον. Ὁ τοίνυν Μενεκράτης τὰ μὲν πρῶτα ἐνεκαρτέρει, καὶ ἔχαιρε τῇ τιμῇ· ἐπεὶ δὲ κατὰ μικρὸν ὁ λιμὸς [6] περιῆλθεν αὐτῷ, καὶ ἠλέγχετο, ὅτι ἦν ἄνθρωπος, καὶ ταῦτα εὐήθης, ἐξαναστὰς ἀπιὼν ᾤχετο, καὶ ἔλεγεν ὑβρίσθαι, ἐμμελῶς πάνυ τοῦ Φιλίππου τὴν ἄνοιαν αὐτοῦ ἐκκαλύψαντος.

Lautissimum aliquando convivium instruxerat Philippus, atque adeo & illum ad epulas vocavit, seorsimque lectum ei jussit apparari, & accumbenti apposuit acerram. Et ita suffitus ei fiebat: reliqui vero epulabantur, eratque magnificum illud convivium. Menecrates itaque primum ferebat *illa*, gaudebatque honore: postquam vero paulatim fames ei obrepebat, & homo esse convincebatur, isque stolidus, consurgens discedebat, seque injuria affectum dicebat, festivissime Philippo ita stultitiam ejus detegente.

ΚΕΦ.

CAP.

Salsa autem ac festiva hæc Philippi est responsio, constat nempe insanientibus ac mente captis helleborum à priscis datum. Id vero natura sua violentum ac exitiabile nusquam melius, quam in insula Anticyra sumi poterat, quippe cujus incolæ id certa ratione miscere noverant, vimque ejus ad legitimum modum temperare. Plinius *lib.* xxv. *cap.* 5. de helleboro: *Drusum constat hoc medicamento liberatum comitiali morbo in Anticyra insula. Ibi tutissime sumitur, quoniam sesamoides admiscent.* vide Horat. *serm.* 1. *sat.* Consule quoque Ptolemæum Hephæstionis apud Photium, qui inventorem medicinæ hujus facit *Anticyreum*, temporibus Herculis. Scheff.

Αντίκυραν] Urbs fuit Phocidis, ubi vel optimum nascebatur, vel optime temperabatur, helleborum, quo cerebrum purgabatur, & ita mentis insania tollebatur. Hercules omnium primus ab *Anticyreo* quodam, qui usum hellebori invenerit, sanatus traditur. Quem Ego, Hominem istius oppidi jam ab Homero memorati fuisse existimo, quum Gentile oppidi sit id ipsum Αντικυρεὺς, quamvis non ignorem, Pausaniam in *Phocicis cap.* 36. illud Hominis istius Nomen Proprium putasse. De *Anticyra* & ejus *Helleboro*, Vide Strabonem *lib.* IX. *pag.* 418. Ptolem. Hephæstionem apud Photium *pag.* 474. Gellium XVII. 15. Suetonium *Calig.* 29. Notissimum est illud Horatii *Satyr.* II. 3. *Naviget Anticyram.* Periz.

5 Παρέθηκε, καὶ ἐθυμιᾶτο αὐτῷ. Οἱ δὲ λοιποὶ &c.] Ita distinguebatur, eademque distinctio etiam in Versione servabatur. At longe elegantius in unam jungitur Periodum oppositio illa αὐτῷ, & τῶν λοιπῶν, prout à me factum. Sluisk. legit, καὶ ἐθυμιᾶτο αὐτὸς, οἱ δὲ λοιποὶ &c. Periz. Nec aliter Mediceus a manu secunda.

6 Περιῆλθεν αὐτῷ] Reposui illud ex superioribus Edd. & MStis. In Kuhnianam irrepserat nulla auctoritate, sed incuria Operarum haud dubia, παρῆλθεν. Periz.

ΚΕΦ. νβʹ.

Τίσι τὰς Ἀθήνας εἴκασεν ὁ Ἰσοκράτης.

Ἰσοκράτης ὁ ῥήτωρ ἔλεγεν ὑπὲρ τῆς Ἀθηναίων πόλεως, ὁμοίαν εἶναι ταῖς ἑταίραις. [1] Καὶ γὰρ ἐκείνους τοὺς ἁλισκομένους ὑπὸ τῆς ὥρας αὐτῶν βούλεσθαι συνεῖναι αὐταῖς, ὅμως δὲ μηδένα εὐτελῶς [2] οὕτω † περιφρονεῖν, ὡς ὑπομεῖναι ἂν συνοικῆσαι τινὶ αὐτῶν. Καὶ οὖν καὶ τὴν Ἀθηναίων πόλιν ἐνεπιδημῆσαι μὲν εἶναι ἡδίστην, καὶ κατά γε τοῦτο πασῶν τῶν κατὰ

† αὐτοῦ πέρι φρονεῖν.

CAP. LII.

Quibus ſimiles dixerit Athenas Iſocrates.

Iſocrates rhetor de Athenienſium civitate dicere ſolebat, eam meretricibus ſimilem eſſe. Etenim qui illarum venuſtate capiuntur, velle rem cum ipſis habere: neminem tamen abjecte adeo ſentire, ut matrimonium cum illarum quapiam inire ſuſtineat. Atque ita & Athenienſium civitatem ad peregrinandum quidem in ea jucundiſſimam eſſe, omni-

De hoc capite vide, quæ notantur Viro ſummo Joh. Henr. Bœclero in *Not. ad Cornel. Nep.* I. 8. 4. SCHEFF.

1 Καὶ γὰρ ἐκείνους] Quinam illi ἐκεῖνοι. nam viros non nominavit. Itaque pro ἐκείνους τοὺς ἁλισκομένους, reſtituendum ἐκείνων ἐραστὰς ἁλισκομένους, *eorum enim forma captos amatores*. FABER. Non video, quid exigat illud ἐραστὰς, quippe quod ex ſequentibus intelligitur. an ſcripſit? καὶ γὰρ ἐκείναις τοὺς ἁλισκομένους. SCHEFF. Non reſpuit Atticiſmus ἐκείνους, utut ſequatur αὐταῖς. KUHN.

Καὶ γὰρ ἐκείνους τοὺς ἁλ.] Non eſt neceſſe forſan, ut hæc mutentur, quum illud ἐκείνους videatur definiri & exponi per ſequentia. Sed tamen, ſi quid mutandum, acceſſerim Scheffero, legenti ἐκείναις, ſcil. ἑταίραις. Tanto magis, quia Lugd. Codex ac Regius 2. habet ἐκεῖναι. Neque obſtat, quod ſequitur αὐταῖς, quin immo id ipſum forte librariis cauſam errandi dedit. Similis plane Pleonaſmus *ſupra* V. 3. Ἀριστοτέλης τὰς νῦν Ἡρακλείους στήλας καλουμένας, πρὶν ἢ κληθῆναι τοῦτο, φησὶ Βριάρεω καλεῖσθαι αὐτάς. Sic *Actor.* XIII. 17. πάντα τὰ ἔθνη, ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτούς. *Pſalmo* CXLVI. 5. Μακάριος, οὗ ὁ Θεὸς Ἰακὼβ βοηθὸς αὐτοῦ. *Joſuæ* II. 10. τοῖς δυσὶ βασιλεῦσιν, οὓς ἐξωλοθρεύσατε αὐτούς. PERIZ. pro ἐκείνους Parenti legendum videbatur νεανίσκους.

2 Οὕτω περιφρονεῖν] Videtur locus ille in nullo mendo cubare, niſi quis loco περιφρονεῖν, παραφρονεῖν malit, ut ſit ſenſus. *neminem tam ſordide & inepte deſipere.* vide *Indicem* in παρακάμπτω & παραλαμβάνω. Interpr. legiſſe videtur, π. ἑαυτοῦ φρονεῖν. KUHN.

Εὐτελῶς οὕτω περιφρονεῖν] Nihil mutant MSti, neque opus eſt ulla mutatione. Voluit Auctor, *neminem adeo abjecte ſentire, cogitare, ut ſuſtineat* &c. Περιφρονεῖν enim non tantum notat, *contemnere, ſupra aliquem cogitare*, aut *ſapere*, ſed etiam *circumſpecte cogitare, undique rem conſiderare.* Et ita paſſim apud Homerum & Heſiodum περίφρων ſignificat hominem prudentem. Θεογον. v. 894.

Ἐκ γὰρ τῆς εἵμαρτο περίφρονα τέκνα γενέσθαι.

Ex Ea enim fatum erat prudentes liberos naſci. Hinc περιφρονεῖν Ariſtoph. Νεφ. *Actu* I. *Sc.* 3. Ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν Ἥλιον, *per aerem incedo, & undiquaque conſidero Solem.* PERIZ.

3 Συκοφάντας] Vide ſimilem de his hominibus querelam Ariſtotelis fugientis ex Urbe At-

τὰ τὴν Ελλάδα διαφέρειν· ἐνοικῆσαι δὲ, ἀσφαλῆ μηκέτι εἶναι· ἠνίττετο δὲ διὰ τούτων τοὺς ἐπιχωριάζοντας αὐτῇ [3] συκοφάντας, καὶ τὰς ἐκ τῶν δημαγωγούντων ἐπιβουλάς.

omnibuſque totius Græciæ *civitatibus* in ea re præſtare: ad inhabitandum vero neutiquam tutam eſſe: innuebat autem his verbis, habitantes in ea ſycophantas, atque eorum, qui populum dicendo regunt, inſidias.

Attica, *ſupra* III. 36. Adde Senecam *de Otio Sapientis cap. ult. Interrogo ad quam remp. ſapiens acceſſurus ſit? Ad Athenienſium, in qua Socrates damnatur, Ariſtoteles ne damnaretur, fugit, in qua opprimit invidia virtutes?* Idem.

ΚΕΦ. νγ'.

Περὶ τῶν μεγίστων πολέμων προφάσεων.

Ἐμὲ δὲ οὐ λέληθεν, ὅτι τῶν μεγίστων [1] πολέμων αἱ ἀρχαὶ δοκοῦσί

CAP. LIII.

De maximorum bellorum cauſis.

Me vero non latet, maximorum etiam bellorum contemnendas

1 Πολέμων αἱ ἀρχαὶ] Verum eſt, ex leviſſimis cauſis bella oriri graviſſima. Res uxoria Delphos olim graviſſimis turbis implicuit, & hæreditatis paternæ diviſio Heſtiæam, civitatem Eubœæ, variis motibus concuſſit. Plinius Autor eſt *lib.* XXXIII. *cap.* I. inter *Cæpionem* & *Druſum* ex annulo in auctione venundato inimicitias natas, unde origo belli ſocialis extiterit. Ita quondam Ætoli & Arcades mutuis bellis propter unum Apis (legendum fortè *Apri*) caput ſe confecerunt invicem. Carthaginienſes & Byzantini propter myoparonem, Picti & Scoti propter ereptos canes, Helvetii & Carolus Burgundus propter currum pellibus onuſtum bella geſſerunt funeſtiſſima. Anton. Æmilius *orat.* 12. memorat Indorum reges abhinc non multis annis ob Elephantem candidum gravi & cruento bello conflictatos. confer Nazianzen. *carmin. elog.* 14. Konig.

2 Περσικὸν] Mutilum hunc locum cenſeo. Quæ enim Perſis cauſa belli ex eo, quod Athenienſes Samiuſque aliquis inter ſe contendunt? Noſter ipſe *lib.* XI. *cap.* 27. de Perſarum bello aliter. *Darii,* inquit, *uxor Atoſſa, quod ancillas Atticas & Jonicas habere deſideraret, Perſis ad bellum Græcis inferendum occaſionem præbuit.* Sane *Perſicum* dictum, quia à Perſis incœptum, etiam Pauſanias docet in *Meſſen.* Euſtathius quoque meminit *in Iliad.* B. Scheff.

3 Μαιανδρίου] Mæandrii alicujus meminit Herodot. *lib.* III. ſed hiſtoriam ejus huc pertinere non puto. Mæandrius Polycratis ſcriba & ſucceſſor, à Perſis Tyrannide exutus, Lacedæmonem cum maximis opibus profugit, ibi quoque cives muneribus corrumpere ſatagens, ut contra Perſas ſecum proficiſcerentur. Re comperta magiſtratus Mæandrium præconio Spartâ ejecerunt. Hactenus vetus hiſtoria apud Herod. *lib.* III. *cap.* 43. *& ſeq.* Num vero Athenas deinde migrarit, & quo pacto diſſidium inter Athenienſes ipſumque Mæandrium obortum ſit, quo prima belli Perſici ſemina jacta ſint, id obſcurum & tacente hiſtoria planè incertum eſt, eritque. Kuhn.

Μαιανδρίου &c.] *Mæandrius* hic Polycratis Samii fuit Scriba & miniſter, atque eo cruci ſuffixo ab Orœte Cambyſis Satrape, tyrannidem Sami obtinuit, ſed æquis adminiſtravit modis. Ea vero depulſus ab Dario Hyſtaſpis,

σί πως εὐκαταφρόνητοι γεγονέναι. Τὸν μὲν γὰρ [2] Περσικὸν ἐκ τοῦ [3] Μαιανδρίου τοῦ Σαμίου πρὸς Ἀθηναίους διαφορᾶς τὴν ἀρχὴν [4] λαβεῖν φασι· τόν γε μὴν Πελοποννήσιον διὰ [5] τὸ Μεγαρέων πινάκιον· [6] τὸν δὲ Ἱερὸν καλούμενον, ἐκ τῆς εἰσπράξεως τῶν δικῶν

das quodam modo videri fuiſſe origines. Perſicum enim ex Mæandrii Samii cum Athenienſibus ſimultate ortum duxiſſe perhibent: Peloponneſium vero propter *plebiſciti* in Megarenſes tabellam: Sacrum vero quod vocabatur, ab exactione mulctarum *ex ſententia* Amphyctionum: Chæ-

ſpis, qui Syloſontem Polycratis fratrem patriæ ſuæ impoſuit, contulit ſe ad Græcos, & primum quidem ad Lacedæmonios. Qui cum illi non auſcultarent, convertiſſe ſe videtur ad Athenienſes, neque ab iis quidquam impetraſſe, ſed è contrario ſimultate inter ipſum & illos exorta, tranſiiſſe tandem ad Darium, eumque incitaſſe contra Athenienſes, maxime poſtquam illi ſe junxerant Ariſtagoræ & Jonibus in Perſas rebellantibus, & Sardes Lydiæ Urbem incenderant. Poſteriora colligimus ex hoc loco, priora tradunt Herodotus III. 142. &c. Plutarchus *Apophth. Lacon.* Lucianus in *Necyomantia pag.* 336. & in *Contempl. pag.* 336. Ceterum Ælianus Noſter in *Hiſtor. Anim.* ſimile habet caput, in quo itidem bella ex leviſſimis initiis orta refert, Vide Eum XI. 27. Sed iſtic Perſicum hoc bellum ortum ait ex eo, quod *Atoſſa*, *Darii Uxor*, *deſideraverit ancillas habere Atticas & Jonicas.* PERIZ.

4 Λαβεῖν] an ἥκειν? quære hiſtoriam. GESN.

5 Τὸ Μεγαρέων πινάκιον] Idem Noſter loco antea laudato. Intelligit autem per tabellam, picturam Minervæ à Phidia elaboratam (nam & pictorem fuiſſe docet Plinius *lib.* XXXV. *cap.* 9.) vel ejus deæ ſtatuam, quam Pericles fieri curavit, vide Diodor. Sic. *lib.* XII. *hiſt.* ubi ab operis Phidiæ Periclem ſacrilegii inſimulatum, ſcribit hoc bellum ſuſcepiſſe, ne cauſam ejus rei dicere cogeretur. SCHEFF. Quomodo pictura Minervæ *&c.* vel ejus Deæ ſtatua, quam Pericles à Phidia fieri curavit, dici poſſit πινάκιον Μεγαρέων, *tabella Megarenſium*, ingenuè fateor, me non videre. Eſt potius tabella illa, cui inſcriptum contra Megarenſes decretum, quo arcebantur finibus, portu, & foro Athenienſium, publicè proſtabat. πινάκιον, inquit Plutarchus in *vita Periclis*, ἐν ᾧ τὸ ψήφισμα γεγραμμένον ἐτύγχανε, *tabella, in qua ſcriptum extabat decretum, Pericles lege lata refigi prohibuit.* Miſerant enim Lacedæmonii, qui decretum contra Megarenſes abolendum curarent ſuaderentque Athenienſibus. Quidam ex legatis, ad Periclem, qui lege id vetitum eſſe dicebat, σὺ δὲ μὴ καθέλῃς, inquit, ἀλλὰ στρέψον εἴσω τὸ πινάκιον· οὐ γάρ ἐστι νόμος ὁ τοῦτο κωλύων. *Tu vero non tollas licet, at inverte modo tabellam. Non enim lex eſt, quæ id etiam vetet.* Scholiaſt. *Ariſtoph. in Pacem*, Περικλῆς ἔγραψε τὸ κατὰ Μεγαρέων πινάκιον &c. *Pericles Auctor fuit tabellæ contra Megarenſes propoſitæ.* Mitto alia loca ex iſtis Scholiis. Cum itaque Athenienſes tabulam, qua Megarenſes ſuis finibus ſuoque commercio prohibebant, tollere nollent & obliterare, hinc bellum ſtatim exarſit Peloponneſiacum. Hanc explicationem Noſter ſuppeditat, in *Hiſt. Anim. lib.* XI. *cap.* 27. καὶ τοῦ μακροῦ πολέμου ὑπόθεσις τοῖς Ἕλλησι τὸ πινάκιον τὸ κατὰ τῶν Μεγαρέων, Interpres vertit, *Tabella cauſam attulit Græcis longiſſimi belli gerendi cum Megarenſibus.* contra mentem Auctoris, qui huc ibat, *tabella contra Megarenſes propoſita Græcis materia exſtitit belli diuturni.* i. e. *Peloponneſiaci*, qui μακρὸς πόλεμος, vel, ut Diodorus ait, μακρότατος τῶν ἱστορημένων, ὧν ἴσμεν hic intruſum pertinet ad *p.* 226. Diodori, jure merito Græcis dicitur, quia duravit viginti ſeptem annos. Ergò tanti belli cauſa externa (ἡ ἐς φανερὸν λεγομένη,) fuit tabula Megarenſes Attico prohibens commercio, quam Pericles omni-

δικῶν τῶν Ἀμφικτυόνων· τὸν δὲ κατὰ Χαιρώνειαν, φιλονεικησάντων Ἀθηναίων πρὸς Φίλιππον, 7 καὶ λαβεῖν οὐ θελησάντων.

Chæronense, Athenienſibus cum Philippo litigantibus, nec accipere volentibus *Halonesum*, *sed recipere*, *ut suam.*

omnibus modis ratam voluit, ut populus bello diſtentus alia potius omnia ageret, quam rationem à ſe exigeret pecuniæ, quam ipſe ſub ſacro nomine in ſuos uſus averterat. vid. Ariſtoph. *Pace* & ibi Schol. *p.m.*456. *Edit. Baſil.* Poſſit autem ſuſpicio oboriri alicui, an non ex textu hic loci exciderit τὸ, κατὰ vel περὶ. Non enim temere legas τὸ Μεγαρέων πινάκιον, ſed τὸ κατὰ vel περὶ Μ. π. vid. Hermog. *de Invent. cap* 1. & 3. KUHN.

Διὰ τὸ Μεγαρέων πινάκιον] Recte hunc locum, quem Schefferus neutiquam intellexerat, explicuit Kuhnius, cui etiam aſſentiar ſuſpicanti excidiſſe Præpoſitionem κατὰ, legendumque τὸ κατὰ Μεγαρ. πιν. Tum quia id poſtulare videtur ſenſus, ſeu loquendi ratio, quando quis iſtum vult exprimere ſenſum, tum quia de hac tabella, & plebiſcito, cum Alii, tum ipſe Auctor ita loquitur in *Hiſt. An. d. l.* τὸ πινάκιον τὸ κατὰ τῶν Μεγαρέων. Niſi tamen iſta loquendi ratio vel defendi poſſit, ea loquendi ratione, qua Noſter *ſupra* v. 21. dixit ὑπὲρ τοῦ τολμήματος τῶν παίδων. *de facinore* Corinthiorum *in liberos Medeæ.* Sic *largitione vulgi* apud Tacitum *Hiſtor.* I. 46. pro *in vulgus.* vel ſumpta ſit per incuriam, ex eo, quod nonnulli, veluti Plutarchus *Pericle pag.* 168. dixerunt, πινάκιον, vel ψήφισμα Μεγαρικὸν, quod facile quis non ſatis in promptu habens Hiſtoriam, accipere ita poſſit, quaſi eſſet ψήφισμα Μεγαρέων. Intelligit autem *ſcitum* populi Athenienſis *contra Megarenſes*, quo arcebantur portubus, foris, & finibus Atticæ, ſupplicio mortis. Vide Ariſtoph. *Acharn. p.* 396. & ibi Scholiaſten. Thucyd. I. 67. & ibi quoque Schol. Plutarchum in *Pericle.* Hinc ortum forſan alicui videatur, ut de Megarenſibus diceretur, eos nullo haberi in numero aut ratione. Plutarchus *Sympoſ.* V. 7. τῶν δὲ Δημοκριτείων εἰδώλων, ὥσπερ Αἰγιέων, ἢ Μεγαρέων, ἀριθμὸς οὐδεὶς, οὐδὲ λόγος, *Democriteæ imagines*, *ut Æginetæ*, *aut Megarenſes*, *nullo ſunt in numero*, *nulla eorum eſt ratio.* Sed tamen legendum iſtic Αἰγιέων, & referenda ergo hujus locutionis origo potius ad oraculum, quod nonnulli Veterum *Ægienſibus* in Achaia, alii *Megarenſibus* tradidere datum. Vide omnino Suidam in Ὑμεῖς &c. PERIZ. Optime hunc locum explicuit Cl. Perizonius. Μεγαρέων πινάκιον enim eodem modo dictum eſt, quo Μεγαρέων ψήφισμα apud Thucydiden *lib.* I. *cap.* 140. ὑμῶν δὲ μηδεὶς νομίσῃ περὶ βραχέος ἂν πολεμεῖν, εἰ τὸ Μεγαρέων ψήφισμα μὴ καθέλοιμεν, ὅπερ μάλιστα προὔχονται. cujus periodi poſtremam partem allegavit Suidas in Προὔχονται. ubi perperam editur καθέλοιεν contra fidem MSS. & Thucydidis.

6 Ἱερὸν καλούμενον] Duris *lib.* II. *Hiſtor.* ſcribit ſuſceptum hoc bellum ob raptum â Phocenſi quodam mulieris Thebanæ, cujus nomen Theano fuit. Vide Athen. *lib.* XIII. Suidas duo bella ſacra commemorat, unum adverſus Bœotos, qui oraculum auferre Phocenſibus voluere: alterum adverſus Lacedæmonios propter templum Delphicum. Poſterioris meminit etiam Euſtathius *Il.* B. At hujus Noſtri neminem adhuc legi. SCHEFF. At vero Diodorus *lib.* XVI. *Bibl. p.* 425. prolixe tradit, exactionem mulctæ, quæ Phocenſibus à conſeſſu Amphictyonum irrogata erat, quod agros Deo ſacratos Delphico coluiſſent, bello, quod vocant, ſacro Græcos inter ſe colliſiſſe. Ni enim mulctam Phocenſes ſolverent, tota ditione Deo conſecrata, extorres agere, patriaque pelli debebant. Phocenſes nec pecuniam ſolvere nec agris Deo cedere, & judicium Amphictyonum ut iniquiſſimum reſcindere, & duce Philomelo ad arma decurrere. Lacedæmoniis clam pecunia & milite juvantibus. Ita bellum illud ſacrum eſt conflatum, quod & Φωκικὸν dicitur Straboni *lib.* IX. *p.* 291. confer Euſebium *p.* 392. *Præpar. Evangel.* KUHN.

Τὸν δὲ Ἱερὸν &c.] Notiſſimum eſt hoc Bellum, *Sacrum* dictum, quia fingebatur ſuſceptum in vindictam Apollinis, cujus templum Delphicum à Phocenſibus erat occupatum, quum damnati eſſent operâ Thebanorum ab Amphictyonibus in ingentem pecuniæ ſummam. Vide hic Kuhnium, & præter Diodorum ab illo allegatum, etiam Pauſaniam *Phocic. cap.*2. & 3. ac Juſtinum VIII. I. PERIZ.

7 Καὶ λαβεῖν οὐ θελησάντων] Adde omnino ἀλλ' ἀπολαβεῖν, quæ verba e textu Æliani exciderunt.

derunt. FABER. Suaſerat Athenienſibus Demoſthenes. cum lis inter eos eſſet ac Philippum de Haloneſo Samothraciæ inſula, ut acciperent, ſi reddere eam vellet, contra vero, ſi dare vellet, non acciperent. Hinc bellum & mox pugna Chæronenſis, qua Philippus victor univerſam Græciam imperio ſuo ſubjecit. Vide Athenæum *lib.* VI. Cæterum poſt θεληϲάντων Faber putat addendum, ἀλλ' ἀπολαβεῖν. Mihi neceſſe non videtur, licet interpres etiam adjecerit. Brevitatis namque Noſter ubique ſtudioſus eſt. SCHEFF. Vide ipſius Philippi *Epiſtolam in fine Orat.* IV. *contra Philippum.* & inprimis Plutarch. in *vita Demoſth.* Paul. Leopard. *lib.* XII. *Emend. cap.* 6. Philon. περὶ ὀνείρων, ubi ait: ἡ ἀπόδοσις ἐπ' ἀλλοτρίοις γίνεται, *in alienis eſt* ἀπόδοσις. Voluit igitur Demoſthenes Philippum non dare ut ſuam, ſed reddere ut alienam, vique ademptam Athenienſibus inſulam. KUHN.

Καὶ λαβεῖν οὐ θελησάντων] Minime integer in his eſt ſenſus, neque juvant nos quidquam MSti. Conſidera, an malis λαθεῖν, *latere*, ſcil. in illis turbis Græciæ, quas undique excitabat Philippus. Quia enim Athenienſes libertatem Græciæ aſſerere tentabant, videri poſſunt voluiſſe hiſce contentionibus & armis contra Philippum magis adhuc inclareſcere. Sed tamen vix dubito, quin recte conjecerint Doctiſſimi Interpretes, reſpici ab Auctore negotium Haloneſi, Inſulæ prope Thraciam, quam Athenienſes poſſederant, ſed occupaverant dein Piratæ, & his iterum ademerat Philippus, qui Athenienſibus eam repetentibus, non *reddere*, tanquam inſulam Athenienſium, ſed, tanquam jam ſuam, *dare* volebat: quum è contrario Demoſthenes ſuaderet Athenienſibus, inſulam iſtam μὴ λαμβάνειν, *non accipere*, ſi eam dare quaſi de ſuo vellet Philippus, ἀλλ' ἀπολαμβάνειν, *ſed recipere*, ſi eam redderet, tanquam Athenienſibus debitam. Vide Orationem *de Haloneſo*, quæ inter *Orationes* Dem. eſt *Septima*: ut & *Epiſtolam Philippi* ad Athenienſes, quæ in Orationibus illis eſt *Undecima.* Adde Stephanum *de Urbibus*, & Leopardum *Emend.* XII. 7. Sed pleraque jam allegavit Kuhnius. Ceterum ſi ita, tum ſane mentio hic quoque fieri debebat iſtius Inſulæ, ut & illius diſtinctionis, quæ in hoc negotio ab omnibus memoratur, & à Demoſthene orta eſt. Quocirca putem ſcripſiſſe Noſtrum, καὶ λαβεῖν οὐ θελησάντων τὴν Αλόννησον, ἀλλ' ἀπολαβεῖν. PERIZ.

ΚΕΦ. νδ'.

Πῶς ὁ Αριστοτέλης Αλέξανδρον ὀργιζόμενον πραΰναι ἐπείρασεν.

Αλέξανδρον Αριστοτέλης ὀργιζόμενον πραΰναι βουλόμενος, καὶ παῦσαι [1] χαλεπαίνοντα πολλὰ, ταυτὶ πρὸς

CAP. LIV.

Quomodo Ariſtoteles Alexandrum iratum ad manſuetudinem revocare conatus ſit.

Ariſtoteles Alexandrum iraſcentem mitigare volens, & tollere vitium animi, quo pleraque indigne fere-

1 Χαλεπαίνοντα πολλὰ, ταυτὶ &c.] Sluisk. & Regii 1, ac 3. χαλεπ. πολλοῖς, ταυτὶ &c. At Lugd. & Regius 2. χαλεπ. πολλὰ παντὶ, πρὸς &c. Sed diſcedendi ab eo, quod vulgatur, haud magnam equidem video cauſam: neque tamen refragabor illi, qui Sluiskianam lectionem amplectetur. Ceterum male hæc accipiuntur de ſingulari in quendam ira, quam his literis Ariſtoteles reprimere ſtuduerit, atque ideo male etiam vertebantur, *ſedare ſummam indignationem*, quum vocula πολλὰ vel πολλοῖς manifeſte ſatis declaret, agi hic de Vitio Animi iracundi, quod Ariſtoteles ideo generali quoque hac admonitione corrigere ſtuduit. PERIZ. Mediceus conſentit cum MS. Sluiskiano.

πρὸς αὐτὸν γέγραφεν. ² Ὁ θυμὸς καὶ ἡ ὀργὴ, ³ οὐ πρὸς ἴσους, ἀλλὰ πρὸς ⁴ τοὺς † κρείττονας γίνεται· σοὶ δὲ οὐδεὶς ἴσος.

Ἀριστοτέλης τὰ δέοντα συμβουλεύων Ἀλεξάνδρῳ, ⁵ πολλοῖς ὠφέλιμος γέγονεν, ἐξ ὧν καὶ ⁶ τὴν πατρίδα κατῴκισε κατεσκαμμένην ὑπὸ Φιλίππου.

ΚΕΦ.

† ἥττονας.

ferebat, hoc modo ad eum scripsit. Indignatio & ira non in pares, sed in superiores existere solet: tibi vero nemo par est.

Aristoteles suadens Alexandro, quæ fieri deceret, multis exstitit utilis, in quibus & patriam à Philippo dirutam exædificari denuo & incoli fecit.

CAP.

2 Ὁ θυμὸς] *Non decet regem sæva & inexorabilis ira: non multum enim supra eum eminet, cui se irascendo exæquat.* Seneca *de Clem. lib.* 1. *cap.* 51. SCHEFF.

3 Οὐ πρὸς ἴσους] Rutgersius *lib.* 1. *var. lect. cap.* 6. ita corrigit, ἡ ὀργὴ οὐ πρὸς ἥσσους ut sit sensus, irascimur superioribus, non inferioribus. Tibi autem adeo nemo superior, ut ne æqualis. SCHEFF. Explicandus est locus, non corrigendus. *Æqualibus nostræque conditionis viris*, inquit Philosophus, *non irascimur, sed majoribus fortioribusque, qui nos contemnere & indignis habere modis videntur. Nam* ἰσότης φιλότης, *proverbio dicimus. Cum ergo non habeas æqualem, nedum superiorem, non erit quod cuiquam vel tantillum succenseas.* Per κρείττους, Philosophus intelligit, τοὺς μὴ πολὺ ὑπὲρ ἡμᾶς τῇ δυνάμει, *eos, qui non longe nos superant potentia.* vid. Arist. *lib.* 1. *Rhetor. cap.* 11. KUHN.

Οὐ πρὸς ἴσους] Miris se modis mihi, quidquid tandem obloquatur Kuhnius, approbat conjectura Amplissimi Rutgersii, legentis *Variar. Lect.* 1. 6. οὐ πρὸς ἥσσους, *non adversus minores.* Partim quia justior est oppositio inter κρείττονας & ἥσσους, *majores & minores*, quam κρ. & ἴσους, *pares*; Deinde quia falsum est, iram non exerceri in *Pares*, quum inter eos maxime exerceatur, quod satis probat Latina Vox, *Simultas* pro Inimicitia, ex Similitas, ut *Facultas* ex Facilitas, formata. Et ratio ejus rei est, quia inter pares non statim datur copia, sed tamen spes est ulciscendi, quum minores semper ulcisci possimus, & ideo ira nostra vix dignos putemus, ut vel fabula Leonis Murem contemnentis nos docet. Denique quia major est vis argumenti in eo, si dicatur, *neminem irasci inferioribus*, sed potius *superioribus*. Sequeretur enim, eum ergo, qui alteri irascatur, videri hunc sibi saltem parem, si non superiorem, ducere: quod tanto magis indecorum Alexandro, qui ne *parem* quidem habebat inter homines quenquam. PERIZ.

4 Τοὺς κρείττονας] Gesnerus ἥττονας, male. SCHEFF.

5 Πολλοῖς ὠφέλιμος] Idem Ammonius testatur in *ipsius vita.* IDEM.

Ὠφέλιμος] Lugd. ὠφέλημα. Mox etiam ὑπὸ τοῦ φιλ. ut & κατῴκησε, quod & primæ habent Edd. Sed recte Sluisk. tuetur κατῴκισε, quod maluit Gesnerus, & receperunt posteriores. De Patria Aristotelis, *Stagira*, à Philippo eversa, & per Alexandrum ad preces Aristotelis restituta, vide *supra* III. 17. 21. PERIZ.

6 Τὴν πατρίδα κατῴκησε] Κατῴκισε Gesner. Historiam habes *supra lib.* III. *c.* 17. Gesnerianam emendationem firmat MS. C. quam etiam probo. SCHEFF.

ΚΕΦ. νέ.

Περὶ τῶν παρὰ Λίβυσιν ἢ ὑπὸ τ̃ ἐλεφάντων φονευθέντων, ἢ ἐν ταῖς θήραις, ἢ ἐν ταῖς μάχαις, ἀποθανόντων.

Τοὺς ὑπὸ τῶν ἐλεφάντων, ἢ ἐν ταῖς θήραις, ἢ ἐν ταῖς μάχαις, ἀποθανόντας, [1] οἱ Λίβυες θάπτουσι διαπρεπῶς, καὶ ὕμνες τινὰς ᾄδεσιν. Ἔστι δὲ τοῖς ὕμνοις ἡ ὑποθήκη ἐκείνη, ἀγαθοὺς ἄνδρας εἶναι λέγουσα τοὺς ἀντιπάλους γενομένους θηρίῳ τοσούτῳ. Λέγει γὰρ καὶ τὸ ἐνδόξως ἀποθανεῖν ἐντάφιον εἶναι τῷ θαπτομένῳ.

CAP. LV.

De iis, qui apud Libyes ab elephantis occiduntur, vel inter venandum pugnandumve intereunt.

Libyes eos, qui ab elephantis vel in venationibus, vel in præliis, interfecti ſunt, magnifice ſepeliunt, & hymnos quoſdam canunt. Eſt autem hoc argumentum hymnorum, fortes fuiſſe viros dicens eos, qui tantæ beſtiæ obviam ierint. Dicit vero etiam, gloriosè mori maximum eſſe funeris ornamentum ei, qui ſepelitur.

1 Οἱ Λίβυες] Meminit & Cælius *Antiq. Lect.* XVIII. 38. GESN. Ex profeſſo enim Libyes στρατεύονται, *proficiſcuntur* quaſi *in expeditionem* contra Elephantos, idque ut eorum dentes conſequantur, teſte ipſo Auctore in *Hiſt. Anim.* VI. 56. Nihil itaque mirum, ita ab illis celebrari homines, qui perierunt quaſi in prœlio contra Elephantes. Mox autem malim, Λέγει δὲ καὶ. PERIZ. MS. Sluisk. Λέγουσι γὰρ καὶ. Paulo ante pro λέγει MS. Mediceum ſecutus edidi λέγουσα.

ΚΕΦ. ϛ'.

Τί ἔλεγεν ὁ Διογένης περὶ Μεγαρέων.

Διογένης ὁ Σινωπεὺς ἔλεγε πολλὰ, τὴν [1] ἀμαθίαν καὶ τὴν ἀπαιδευσίαν τῶν Μεγαρέων διαβάλλων, καὶ ἐβούλετο Μεγαρέως ἀνδρὸς [2] κριὸς εἶναι

CAP. LVI.

Quid Diogenes de Megarenſibus pronuntiarit.

Diogenes Sinopenſis multa dicebat, inertiam & inſcitiam Megarenſium exagitans, volebatque Megarenſis alicujus aries potius eſſe,

1 Ἀμαθίαν καὶ ἀπαιδευσίαν] Plutarchus hæc ad avaritiam ipſorum refert *lib. de Cupid. Divit.* adde etiam Laërt. in *Diog.* SCHEFF.

2 Κριὸς εἶναι] Quia hi pellibus tegebantur, filii nudi incedebant. Laërtius. IDEM.

Κριὸς εἶναι &c.] Verbum hoc Diogenis de Me-

εἶναι μᾶλλον, ἢ υἱός. Ηἰνίττετο δὲ, ὅτι τῶν θρεμμάτων ποιοῦνται πρόνοιαν οἱ Μεγαρεῖς, τῶν παίδων δὲ οὐχί.

esse, quam filius: quo significabat, Megarenses pecorum curam gerere, liberorum vero neutiquam.

Megarensibus commemorat etiam Laertius, & Plutarchus *de studio Divitiarum*, ut jam monuit Schefferus. Sed veram ejus rationem reddit Noster, quod scil. pecora curarent, at liberorum suorum liberalem educationem negligerent, nec ullis eos bonis instruerent artibus. Similiter vero Augustus de Herode Judæorum Rege, sed alia de causa, apud Macrob. *Saturn.* II. 4. *Melius est Herodis porcum esse, quam filium.* PERIZ.

ΚΕΦ. νζ΄.

Περὶ τεράτων τοῖς Θηβαίοις προφαινομένων, Ἀλεξάνδρου ἐπ᾽ αὐτοὺς τὴν δύναμιν ἄγοντος.

Ἡνίκα Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου ἐπὶ τὰς Θήβας ἦγε τὴν δύναμιν, οἱ μὲν Θεοὶ σημεῖα αὐτοῖς καὶ τέρατα ἀπέστελλον, προσημαίνοντες τὰς περὶ αὐτῶν [1] ὅσον οὐδέπω τύχας· οἱ δὲ, [2] ὡς ᾤοντο ἐν Ἰλλυριοῖς Ἀλέξανδρον τεθνάναι, πολλὰ καὶ βλάσφημα εἰς αὐτὸν ἀπερρίπτουν. [3] Ἡ μὲν γὰρ ἐν Ὀγχηστῷ λίμνη φοβερὸν ἦχον ἀνέδωκε καὶ συνεχῆ, [4] καὶ ταύρου μυκή-

CAP. LVII.

De prodigiis, quæ Thebanis apparuerunt, Alexandro copias adversus eos ducente.

Quum Alexander Philippi filius exercitum contra Thebas duceret, signa prodigiaque Dii quidem ipsis miserunt, prænunciantes imminentem eis tam prope, quam nunquam alias, fortunam: illi vero, ut Alexandrum apud Illyrios defunctum putabant, multa & acerba in eum convicia conjiciebant. Nam lacus quidem apud Onchestum sonitum horribilem continuumque edidit, &

1 Ὅσον οὐδέπω] Sensus est, Dii per ista signa denunciaverunt Thebanis fata sua, tam propinqua jam ipsis, seu tam *juxta eos, quam nunquam alias* fuerunt. Sic Dio Chrysost. Τρωικῷ. τῶν νεῶν ἤδη καιομένων, καὶ ὅσον οὔπω ἐπ᾽ αὐτὸν ἥκοντος τοῦ δεινοῦ, *navibus jam ardentibus, & periculo quam proxime ad ipsum perveniente.* PERIZ.

2 Ὡς ᾤοντο ἐν Ἰλλυριοῖς &c.] Vide Justinum XI. 2. & 4 & Arrianum *de Exped. Alex.* *lib.* I. *pag.* 18. 19. IDEM.

3 Ἡ μὲν γὰρ] Eadem habet Diodorus Siculus *lib.* XVII. SCHEFF.

Ἡ μὲν γὰρ ἐν Ὀγχηστῷ λίμνη] *Onchestus* oppidulum est Bœotiæ apud *Copaidem lacum*, qui hic intelligitur. Ad eum enim sita aliquot oppida, Copæ, Onchestus, Haliartus, Alalcomenæ *&c.* Et *Lacus* iste primo quidem nullum habuit commune Nomen, sed in cujusque oppidi vicinia, erat illius ἐπώνυμος, ut juxta Copas, *Copais*, juxta Oncheston *Onchestius*, &c. diceretur. Sed quia Copæ sita erat ad præcipuum lacus sinum, hinc invaluit tandem, ut ab ea Urbe potissi-

mum

μυκήματι ἐῴκει. [5] Ἡ δὲ περὶ τὸν Ἰσμηνὸν καὶ αὐτὰ τὰ τείχη ῥέουσα κρήνη, καλουμένη Δίρκη, καθαρῷ καὶ ἡδεῖ ῥέουσα ὕδατι παρὰ πάντα τὸν πρόσθεν χρόνον, ἄφνω καὶ παρ' ἐλπίδα αἵματος ἀνεπλήσθη. [6] Μακεδόσι δὲ ἐπίστευον Θηβαῖοι ἀπειλεῖν τὸ δαιμόνιον.

Ἐν δὲ τῷ κατὰ πόλιν ναῷ τῆς Δήμητρος [7] ἀράχνη κατὰ τοῦ προσώπου τοῦ ἀγάλματος [8] ἐξύφαινε τὴν ἑαυτῆς τέχνην, καὶ τὸν ἱστὸν, ὃν εἰώθεν ἐργάζεσθαι. Τὸ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς, τῆς καλουμένης [9] Ἀλαλκομενηΐδος, ἀγαλ-

& similis is erat taurino mugitui. Fons vero qui circa Ismenum ipsaque mœnia fluit, Dirce dictus, quum superiore omni tempore pura suavique lympha fluxisset, repente & præter spem sanguine repletus est. Thebani autem Deum Macedonibus minitari credebant.

Tum in Urbe, in delubro Cereris, aranea in vultu statuæ suum opus pertexuit, telamque, quam facere solet. Simulacrum etiam Minervæ, Alalcomeneïdis cognominatæ, sponte inflammatum est, nullo

mum *Copais* diceretur. Vide Strabonem *lib.* IX. *pag.* 410. 411. Vertendum itaque ἐν Ὀγχηστῷ, *juxta Onchestum.* Sic VI. 11. Γέλων ἐν Ἱμέρᾳ νικήσας Καρχηδονίους. XII. 3. Ἐπαμινώνδας ὅτε ἐτρώθη ἐν Μαντινείᾳ. Vide & *supra ad* II. 25. PERIZ.

4 Καὶ τὰ ὁρμήματα] Forte μυκήματα legendum: hoc sensu, exauditos esse circa paludem sonos quosdam horribiles, mugituum instar. Vocantur autem hujusmodi soni ab Aristotele in *Problematibus* 25. 2. βέμηκοι, de quibus nos etiam in *Avium Hist.* in *Ardea stellari* scripsimus. GESNER.

Καὶ τὰ ὁρμήματα] Perplacet eruditissimi Rutgersii correctio, καὶ ταύρου μυκήματι. Hoc est, quæ taurino mugitui similis esse visa est. Nam & Diodor. prope in hunc modum. SCHEFF. FAB.

Καὶ τὰ ὁρμήματα ἐῴκει] Manifestis modis hæc sunt corrupta, & neque Syntaxin, neque sensum habent ullum. Neque versio Vulteji, *ita ut portus & stationes contremiscerent*, Græcis respondet. Retinuit tamen eam Gesnerus, quia Græca censebat corrupta, neque tamen aliud, quod reponeret, habebat. Et secuti sunt reliqui Ejus exemplum. Sed sicuti Schefferus & Faber, sic & Ego nullus dubito, quin pulcherrime hunc locum emendaverit Elegantissimus Rutgersius *Var. Lect.* III. 1. legens, καὶ ταύρου μυκήματι ἐῴκει, scil. ille ἦχος: *& sonitus ille similis erat taurino mugitui.* Optimo sensu, & quem postulat Historia. Nam ita quoque de hac ipsa re Diod. Siculus *lib.* XVII. *pag.* 494. τὴν ἐν Ὀγχηστῷ λίμνην μυκήματι παραπλήσιον φωνὴν ἀφιέναι, *lacum ad Onchestum emittere vocem proximam mugitui.* Quapropter quum certa sit Vulgatæ lectionis corruptio, quumque emendatio hæc speciosa adeo sit, & probetur ab omnibus, malui ea in Contextu legi, quæ commodum & Historiæ congruentem exhibent sensum, quam quæ nullum. MSti nihil nos juvant. Lugd. omisit καὶ, legitque καὶ συνεχῆ τὰ ὁρμήματα ἐῴκει. Neque aliter Regius 2. ac Prima Manus Tertii. PERIZ.

5 Ἡ δὲ περὶ τὸν Ἰσμηνὸν] *Ismenus* fluvius est Thebarum, unde frequens istic nomen Virorum *Ismenias.* Juxta est fons & rivulus, *Dirce*, in Ismenum delabens. Hinc Seneca *Oedip.* 234. *Si profugus Dircen Ismenida liquoris Hospes.* Sed & passim junguntur ideo, Vide *Ibid. v.* 42. & *Herc. Oet.* 140. Adde & Strabonem *lib.* IX. *pag.* 408. & Pindarum *Isthmiis* VI. 108. PERIZ.

6 Μακεδόσι] Ita homines vana portentorum interpretatione sibi ipsis blandiuntur, & hostibus exitium portendi credunt, cum petantur ipsi. *id omen* (de sanguinis rivis sub flammis existentibus) *in Macedonum metum verte-*

ἄγαλμα αὐτομάτως [10] κατεφλέχθη, πυρὸς μὴ προσαχθέντος, καὶ ἄλλα πολλά.

nullo igni admoto, atque alia multa *ejusmodi contigerunt.*

verterunt Tyrii, inquit Curtius *lib.* IV. *cap.* 2. & *cap.* 4. *Macedones* &c. Iosephus *de Capt. Jud.* VI. οἱ δὲ καὶ τῶν σημείων, ἃ μὲν ἔκρινον πρὸς ἡδονὴν, ἃ δ' ἐξουθένισαν, μέχρις ὅτε ἁλώσει τῆς πατρίδος καὶ τῷ σφῶν αὐτῶν ὀλέθρῳ διηλέγχθησαν τὴν ἄνοιαν. *illi vero* (Judæi) *signa partim pro lubitu interpretati sunt, partim susque deque habuerunt, donec patriæ excidio & ipsorum interitu confutata est hæc dementia.* KUHN.

7 Ἀράχνη &c.] De hoc prodigio Vide uberius id exsequentem Diodorum Sicul. *lib.* XVII. *pag.* 494. Mali autem ominis etiam apud Romanos erat, si araneæ telam in signis militaribus fecissent. Vide Dionem Cassium *lib.* XLVII. *init.* τὰ σημεῖα τοῦ στρατεύματος ἀραχνίων ἀνεπλήσθη, *signa exercitus aranearum telis repleta fuerunt.* Adde Obseq. *de Prodigiis cap.* 129. PERIZ.

8 Ἐξύφαινε] Lugd. ἐξέφηνε. Sed rectius Alii Codd. Anton. Lib. *fab.* 25. ἐδίδασκεν αὐτὰς ἱστοὺς ἐξυφαίνειν. Τέχνη notat hic ipsum opus factum. Vide *supra ad* II. 14. IDEM.

9 Ἀλαλκομενηΐδος] De hoc Minervæ cognomento consule Pausaniam in *Bœoticis.* Hesychius Ἀλαλκομενηΐς ἡ ἀλάλκουσα τῷ ἑαυτῆς μένει, ὅ ἐστι βοηθοῦσα. SCHEFF. De hac *Alalcomenicide* vide Scholia Homeri *p.* 106. & Etymologicum in Κύπρις. Cæterum de hujusmodi prodigiis Herodot. *lib.* VI. judicat, φιλέει δέ κως προσημαίνειν, εὖτ' ἂν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἢ πόλι ἢ ἔθνει ἔσεσθαι. *Solet* (Deus) *ante signis prænunciare, cum mala ingentia aut urbi aut genti imminent.* KUHN.

Ἀλαλκομενηΐδος] Antiquissimum fuit hoc templum & Cognomen Minervæ, atque ideo præcipua religione cultum. Vide Strabonem *lib.* IX. *pag.* 413. Pausan. in *Bœoticis cap.* 33. Homerum *Iliad.* Δ. *v.* 8. atque ibi Schol. ut & *ad Iliad.* E. 422. PERIZ.

10 Κατεφλέχθη] Verti *inflammatum est*, h. e. visum est ardere. Nam signum hujus Minervæ erat ex *Ebore*, ut diserte ait Pausanias *Bœot. d. l.* tribuens illius templo ἄγαλμα ἀρχαῖον ἐλέφαντος, *statuam antiquam ex Ebore.* Ita vero comburi plane non potuit. IDEM.

ΚΕΦ. νη'.

Περὶ Διωξίππου.

CAP. LVIII.

De Dioxippo.

[1] Διώξιππος Ὀλυμπιονίκης ἀθλητὴς ὁ Ἀθηναῖος, [2] εἰσήλαυνεν εἰς τὰς Ἀθήνας κατὰ τὸν νόμον τῶν ἀθλητῶν. Συνέρρει τοίνυν τὰ πλήθη, καὶ ἄλλος ἀλλαχόθεν [3] ἐκκρεμαν-

Dioxippus Olympionices athleta Atheniensis, more athletarum Athenas intrabat quadrigis. Confluebat itaque multitudo, atque alius aliunde suspensi avide spectabant

1 Διώξιππος] Plutarchus *lib. de Curiositate.* SCHEFF.

2 Εἰσήλαυνεν &c.] Vertebatur, *quum more Pugilum Athenas introiret Eques.* Sed minus intellexere Interpretes isti morem hunc pugilum Victorum. Nec enim patriam ingrediebantur *equo*, sed *quadrigis* vecti. Vitruvius *lib.* IX. *init.* *Nobilibus Athletis, qui Olympia, Pythia, Isthmia, Nemea, vicissent, Græcorum majores ita magnos honores constituerunt,* uti

μαννύμενος ἐθεῶντο αὐτόν· ἐν δὲ τοῖς καὶ γυνὴ κάλλει διαπρέπουσα ἀπήντησε τῇ θέᾳ. Ἰδὼν δὲ αὐτὴν ὁ Διώξιππος παραχρῆμα ἡττήθη τοῦ κάλλους, καὶ διετέλεσεν ἀποβλέπων τὴν ἄνθρωπον, καὶ ἐπιστρεφόμενος, καὶ εἰς πολλὰς τὸ πρόσωπον ἀλλάττων χροιάς. Ἐκ δὴ τούτων πολλοῖς ἐγένετο κατάφωρος, μὴ ἀργῶς ἰδὼν τὴν ἄνθρωπον. 4 Μάλιστα δὲ (δι') αὐτοῦ τὸ πάθος κατέγνω (χρυσοῦν κάτοπτρον Κορινθιουργὲς ἐπιπράσκετο) 5 Διογένης ὁ Σινωπεύς, καὶ πρὸς

bant eum: in iis vero & femina, forma excellens, occurrit ad ſpectaculum *pompæ*. Videns eam autem Dioxippus confeſtim pulchritudine illa eſt victus, & perſeverabat acriter intueri mulierem, converſuſque reſpicere, & vultum in multos colores mutare. Ex his vero à multis cognitus eſt, non oſcitanter féminam intuitus. Maxime vero hunc ejus affectum cognovit Diogenes Sinopenſis, & aureum ſpeculum operis Corinthii, quod

runt, uti non modo in conventu ſtantes cum palma & corona ferant laudes, ſed etiam cum revertuntur in ſuas civitates cum victoria, quadrigis in mœnia & in patrias invehantur. Quin illi etiam per dejectam partem muri invehebantur. Suetonius *Nerone* 25. *Reverſus è Græcia Neapolim albis equis introiit, disjecta parte muri, ut mos Hieronicarum eſt.* Vide etiam Fabri *Agoniſtica* II. 10. PERIZ. & Bulengerum *de triumpho cap.* 23.

3 Ἐκκρεμαννύμενος] Kuhnius in *Indice* interpretatur hoc verbum de rebus, quæ in Dioxippo ſpectabantur ab occurrentibus ei, quæque illorum oculos in ſe convertebant. Vultejus videtur de loco edito accepiſſe, unde ſtantes, quaſi ſuſpenſi, vel propenſi, ſpectaverint pompam. Et ſane quicquid in excelſo hæret ſimpliciter, aut conſiſtit, dicitur *Pendere* etiam à Latinis. Virgilius *Ecloga* I.

> *Non ego vos poſthac viridi projectus in antro*
> *Dumoſa pendere procul de rupe videbo.*

Phædrus *fab.* 88. de Tempore, vel Occaſione, *Curſu volucri pendens in novacula*, h. e. conſiſtens leviter in ea, & ita ut videatur avolare velle. Sed tamen prætulerim & Ego interpretationem Kuhnii, quum Græca phraſis iſtum maxime ſenſum habeat. Sic Plutarchus περὶ Πολυπραγμ. in fine, Ἡμεῖς δὲ τοῖς φορείοις τῶν γυναικῶν ὑποβάλλοντες τὰ ὄμματα, καὶ τῶν θυρίδων ἐκκρεμαννύντες. *Nos vero ſellis geſtatoriis feminarum oculos ſubjicientes, & à foribus earum pendentes.* PERIZ.

4 Μάλιστα δὲ] Videtur & hic & paulo poſt aliquid mutandum. GESNER. Locus mutilus eſt, nil certius; & alii viderunt. Facile ſupplere poſſim, ſed & me piget ſcribere, & quis verba ipſa Æliani reperire poſſit? hoc dicam tantum, Inverſas figuras in ſpeculis Corinthiacis apparere. Id vero eſt quod monitum oportuit. Sed abeo. FABER. Hic locus etiam mihi mutilus videtur. Puto ſcribendum. μάλιστα δὲ διὰ τοῦτο αὐτοῦ τὸ πάθος. SCHEFF.

Μάλιστα δὲ δι' αὐτοῦ &c.] Locus hic extra controverſiam corruptus eſt, atque ideo tentatus variis conjecturis à pleriſque Editoribus. Sluisk. ut & Regii 1. ac 3. non agnoſcunt illud δι', optime & veriſſime, ſi quid video. Sed & Vultejus nullam ejus rationem habuit in Verſione, quia ſenſum plane turbat vel deſtruit. Vellem & ſequentia de *ſpeculo aureo* abeſſent, cujus in hac Hiſtoria nullam omnino mentionem faciunt, neque Plutarchus περὶ Πολυπραγμοσ. neque Laertius in *Diogene*. Sed & unde tam cito in ſubito hoc caſu Diogenes ſpeculum hoc, & aureum quidem, ſibi comparavit, in quo prætervectum Athletam proxime adſtantibus ſtatim oſtenderet? Sine dubio vel aliena ſunt hæc verba ab hoc loco & hiſtoria, vel certe mutila, atque ideo uncis ea incluſi, quo facto reliqua optime cohærent. Si quis tamen reti-

πρὸς τοὺς πλησίον, ὁρᾶτε (εἶπε) τὸν ἀθλητὴν ὑμῶν τὸν μέγαν ὑπὸ παιδίσκης 6 ἐκτραχηλιζόμενον.

quod istic vendebatur, sumpsit, ac dixit ad proximos: Videte magno vestro Athletæ collum à puella obtortum.

ΚΕΦ.

CAP.

retineri ea velit, possit ita explere, Μάλιστα δὲ αὐτοῦ τὸ πάθος κατέγνω, καὶ χρυσοῦν κάτοπτρον Κορινθιουργὲς, ὃ ἐπιπράσκετο ἐκεῖ, ἔλαβε Διογένης &c. *maxime vero hunc ejus affectum cognovit, & aureum speculum Corinthii operis, quod istic vendebatur, sumpsit Diogenes* &c. PERIZ. Hunc locum Parens ita correxerat. μάλιστα δὲ αὐτοῦ τὸ πάθος κατέγνω διὰ χρυσοῦν κάτοπτρον Κορινθιουργὲς, ὃ ἐπιπράσκετο Διογένης ὁ Σινωπεύς.

5 Διογένης] Laërtius in *vita ejus* verba Diogenis sic refert: ἰδὲ κωλὸν ἀρειμάνιον, ὡς ὑπὸ τοῦ τυχόντος κορασίου τραχηλίζεται. SCHEFF.

Διογένης ὁ Σινωπεύς] Hic punctum alii, alii comma ponunt, ut sint juncta præcedentibus: unde oritur sententia, quasi speculum id emerit Diogenes, quod est absurdum. At ille monstrabat tantum effigiem athletæ in eo suspenso ad vendendum, eamque inversam. itaque mallem scribere hoc modo: ἐπιπράσκετο. Διογένης ὁ Σινωπεὺς δὲ πρὸς &c. SCHEFF. Mihi legendum videtur pro δὲ αὐτοῦ, δι' οὗ, sublata etiam interpunctione post κατέγνω, hoc pacto. μ. δὲ δι' οὗ τὸ πάθος κατέγνω, χ. κ. Κ. ἐπιπράσκετο, Διογένης Σινωπεύς. *inprimis per illud, quod venum erat expositum, speculum Corinthii operis, amorem ejus deprehendit Sinopensis Diogenes.* planior tamen esset hæc verborum constructio. μάλιστα δὲ δι' οὗ ἐπιπράσκετο. χ. κ. κ. τὸ π. κ. Δ. Σ. δι' οὗ pro διὰ τούτου ὃ ἐπιπράσκετο. KUHN.

6 Ἐκτραχηλιζόμενον] *Collo obtortum*, aut *respicientem*. Sic Plutarchus περὶ Πολυπρ. Τοὺς δὲ πολυπράγμονας ἴδοις ἂν ὑπὸ παντὸς ὁμοίως θεάματος τραχηλιζομένους καὶ περιαγομένους, *Curiosos autem videas similiter in omni spectaculo obtorquere & circumferre vultum.* Crediderim facile Fabro *Agon.* I. 11. & Cupero *Observ.* I. 12. hanc significationem è palæstra ortam, quamvis revera τραχηλίζειν sit quovis modo colli & capitis formam inflectere obtorquendo vel retorquendo: sed quod Auctor *Ep. ad Hebræos* IV. 13. πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, *omnia sunt nuda & resupinata oculis ejus*, id vero aliunde Ego repeto. Neque enim *obtortio colli* in lucta quidquam facit ad apertiorem visum. Nempe *resupinata* dicuntur, quæ omnium oculis sunt exposita, quia quorum faciem volebant visendam præbere aliis, veluti hominum, qui ad supplicium ducebantur, eorum capita resupinabant in Cervicem. Hinc Plinius *Panegyr.* 34. *Nihil tamen gratius, nihil sæculo dignius, quam quod contigit DESUPER INTUERI Delatorum SUPINA ORA RETORTASQUE CERVICES.* Sueton. *Vitell.* 17. *In forum tractus est, REDUCTO Coma CAPITE, ceu NOXII SOLENT, atque etiam mento mucrone gladii subrecto, ut VISENDAM præberet faciem.* Hi erant τετραχηλισμένοι, & omnium oculis expositi. At postea ἐκτραχηλίζειν notavit etiam *decollare*, si fides *Glossis* Philoxeni. Et ἐκτραχηλίζεσθαι *interire*, vel *deliquium pati.* Suidas ἐκτραχηλισθῶσι, τοὺς τραχήλους συγκλασθῶσι, *cervices confringant*, plane ut Belgæ, *den hals breken.* Subjicit dein verba Antiqui Auctoris, ἱππασίας μετὰ θορύβου γενομένης, πολλοὶ μὲν τῶν ἱππέων ἐκτραχηλισθῶσι, πλείους δὲ τῶν ἵππων ἐξαδυνατήσωσιν, οἱ μὲν ὑπερπνιγεῖς γενόμενοι, οἱ δὲ ὑπέρπονοι, *Equitatione cum tumultu facta, multi quidem Equitum interierunt*, vel *exanimati sunt*, tanquam ὑπερπνιγεῖς, nimio motu quasi *suffocati.* Atque hinc explicandus haud dubie Hesychius, qui ἐκτραχηλίζεσθαι exponit ἐκπεσεῖν, *excidisse.* Nempe qui ita exanimantur seu deliquio, seu morte, eorum caput excidit quasi gradu cervicis suæ, non amplius erectum, sed jam pendulum. PERIZ.

ΚΕΦ. νθ'.

Περὶ ἀληθείας, καὶ εὐεργεσίας.

Πυθαγόρας ἔλεγε, δύο ταῦτα ἐκ τῶν Θεῶν τοῖς ἀνθρώποις δεδόσθαι κάλλιστα, τό τε [1] ἀληθεύειν, καὶ τὸ [2] εὐεργετεῖν· [3] καὶ προσετίθει, ὅτι καὶ ἔοικε τοῖς Θεῶν ἔργοις ἑκάτερον.

CAP. LIX.

De veritate & beneficentia.

Pythagoras dicebat, hæc duo divinitus hominibus data esse pulcherrima, veritatem amplecti, & *aliis* bene facere: & addebat, utrumque cum Deorum operibus comparari posse.

1 Ἀληθεύειν] Memorat hoc ipsum Stobæus *serm.* XI. SCHEFF. confer vitam Pythagoræ apud Photium *p. m.* 712. KUHN.

2 Εὐεργετεῖν] Synesius *epist.* 31. τὸ δ' εὖ ποιεῖν ἓν τοῦτο μόνον ἔχουσι κοινὸν ἔργον ἄνθρωπος καὶ θεός. ἡ δὲ μίμησις οἰκείωσίς ἐστιν, καὶ συνάπτει πρὸς ὃ μιμεῖται τὸ μιμούμενον &c. *benè aliis facere hoc solum habent homines cum deo commune. imitatio porro conciliatio quædam est, idque quod imitatur cum eo conjungit, quod imitandum proponitur.* ut vertit Petavius. Philostratus *lib.* VIII. *cap.* 3. ὁ λόγος (Ἰνδῶν) τὸν μὲν τῶν ὅλων γενέσεώς τε καὶ οὐσίας θεὸν δημιουργὸν οἶδε· τοῦ δὲ ἐνθυμηθῆναι ταῦτα τὸ ἀγαθὸν εἶναι αὐτόν. ἐπεὶ τοίνυν συγγενῆ ταῦτα ἔχομαι τοῦ λόγου καί φημι, τοὺς ἀγαθοὺς τῶν ἀνθρώπων θεοῦ τι ἔχειν. *Philosophia Indorum Deum novit universi ejusque nativitatis & essentiæ architectum: ideo autem ei in mentem illa venisse (ajunt), quia bonus est. Cum igitur hæc cognata sint, inhæreo isti philosophiæ & dico, bonos homines aliquid à Deo trahere.* his adde quæ congessit Gattakerus *notis in M. Antoninum p.* 240. KUHN.

3 Καὶ προσετίθη] Reposui ex MSS. & Usu linguæ, προσετίθει: quod Lugd. liquido & integre exhibet. At in Sluisk. per compendium scriptionis ultima syllaba non est integre exarata. Mox Idem Sluisk. ἔοικε τοῖς Θεοῖς ἔργον ἑκάτερον. Sic Justinus IV. 3. *Facinus nulli tyranno comparandum.* de qua phrasi Vide Gron. P. *Obs.* IV. 8. PERIZ.

ΚΕΦ. ξ'.

Περὶ Διονυσίου, καὶ Φιλίππου.

Συνουσία ποτὲ ἐγένετο Διονυσίῳ τῷ δευτέρῳ καὶ Φιλίππῳ τῷ Ἀμύντου.

CAP. LX.

De Dionysio & Philippo.

Fuerunt aliquando unâ Dionysius junior & Philippus Amyntæ Filius.

1 Ὡς εἰκὸς] Mediceus ὡς τὸ εἰκός. quomodo Noster sæpius.

2 Ἤρετο ὁ Φίλιππος] Historiam hanc apud Plutarch. habes, omisso Philippi nomine. SCHEFF.

3 Οὐκ ἔξω μέλους] MSS. B. & C. οὐκ ἔξω λόγου, quod alterius glossa videtur. SCHEFF. Non Parisienses tantum B. & C. sed & Lugd. noster οὐκ ἔξω λόγου. Sed vulgatam præferunt reliqui, & recte. Sic ἐμμελῶς *eleganter. festive, supra cap.* 13. καὶ ἐμμελῶς διὰ τοῦ ὀνόματος κατεσίγασεν αὐτόν. Similiter *cap.* 51. Plutarchus

του. Πολλοὶ μὲν οὖν, [1] ὡς εἰκὸς, καὶ ἄλλοι λόγοι ἐπέῤῥευσαν, ἐν δὲ τοῖς καὶ ἐκεῖνο. [2] Ηρετο ὁ Φίλιππος τὸν Διονύσιον, πῶς τοσαύτην παρὰ τοῦ πατρὸς λαβὼν ἀρχὴν, εἶτα οὐ διεσώσατο αὐτήν; Ο δὲ ἀπεκρίνατο [3] οὐκ ἔξω μέλους· ὅτι τὰ μὲν ἄλλά μοι κατέλιπεν ὁ πατὴρ, τὴν δὲ [4] τύχην, ᾗ ταῦτα ἐκτήσατο καὶ διεφύλαξεν, οὐκ ἔτι.

lius. Multi itaque, ut verisimile, & alii oborti sunt sermones, in illis vero etiam iste. Philippus Dionysium rogabat, quomodo, quum tantum imperium accepisset à patre, illud non conservasset? At ille respondit non inepte: quoniam reliqua mihi quidem pater reliquit, fortunam vero, qua ea paraverat & servaverat, non item.

tarchus vero in *Apophth. Regum* eum etiam speciosius quid ad amoliendam ab se culpam respondisse tradit homini similiter eum interroganti; Nempe, *quia Pater cœpit rem publicam gerere, invisa tunc Democratia, ego vero invisa Tyrannide.* Sed quidquid responderit, vera erat causa rei, quod Pater illi non potuit relinquere ingenium & prudentiam, qua ipse rem gesserat, & tyrannidem sibi firmaverat. PERIZ.

4 Τύχην] Romanorum imperatores aureum fortunæ simulacrum in cubiculo servabant, quod morituri ad successorem transmiserunt, quasi fortunam suam hæreditariam eidem relinquerent. vide Capitolin. in *Anton. Pio* & Spartianum in *Severo.* Hujusmodi fortunæ paternæ successionem sibi negatam Dionysius dicit, quamvis Parens ipse pronuntiaverat, ei non fore filium Tyrannidis successorem, si sui similis esse pergeret. Plut. in *Apophthegm. Reg. & Imper.* KUHN.

ΚΕΦ. ξα΄.

Περὶ Βοῤῥᾶ ἀνέμου τιμῆς.

Θουρίοις ἐπέπλει Διονύσιος, καὶ τριακοσίας ἦγεν ἐπ᾽ αὐτοὺς ναῦς ὁπλι-

CAP. LXI.

De Boreæ venti honore.

Adversus Thurios navigabat Dionysius, contraque ipsos trecentas

1 Ἀντιπνεύσας] Non semel Dionysius senior plus damni à vento adverso & reflante, quam ab ipsis hostibus mari passus est. In Rheginorum littore, profligatis hostium navibus sexaginta, ortaque subito procella, septem naves cum militibus mille quingentis desideravit, vixque ipse quinqueremi vectus naufragium effugit. Diodorus *lib.* XIV. *pag.* 312. ubi male in textu legitur ἰσχυρῶς μαχεσθεὶς, pro ἰσχυρῶς χειμασθεὶς. videantur præcedentia. KUHN.

2 Τὴν δύναμιν αὐτοῦ] MSti mei pariter, ut & Regii duo, αὐτῶν, scil. νεῶν vel σκαφῶν. Neque ratio est ulla, quamobrem ille MStorum consensus negligatur, aut vulgatæ posthabeatur. PERIZ.

3 Κλῆρον ἀπεκλήρωσαν] Vertebatur *facultates.* Sed Mens Auctoris est, assignatum fuisse Boreæ, tanquam Civi, præter domum, etiam prædium ex agro publico, quod proprie κλῆρος dicebatur. Etenim quando Urbs condebatur, vel Terra quædam occupata erat, solebat tunc Totus Ager in æquales dividi κλή-

ὁπλιτῶν πεπληρωμένας. Βορρᾶς δὲ 1 ἀντιπνεύσας τὰ σκάφη συνέτριψε, καὶ 2 τὴν δύναμιν αὐτῶν τὴν ναυτικὴν ἠφάνισεν. Ἐκ δὴ τούτων οἱ Θούριοι τῷ Βορρᾷ ἔθυσαν, καὶ ἐψηφίσαντο εἶναι τὸν Ἄνεμον πολίτην, καὶ οἰκίαν αὐτῷ καὶ 3 κλῆρον ἀπεκλήρωσαν, καὶ καθ' ἕκαστον ἔτος ἐπετέλουν αὐτῷ. 4 Οὐκοῦν Ἀθηναῖοι μόνοι 5 Κηδεστὴν αὐτὸν ἐνόμιζον, ἀλλὰ καὶ Θούριοι Εὐεργέτην αὐτὸν ἐπέγραψαν. 6 Παυσανίας

tas naves militibus gravis armaturæ onuſtas ducebat. Boreas verò ex adverſo ſpirans navigia confregit, & navales copias exſtinxit. Propterea vero rem divinam Boreæ fecerunt Thurii, & decreverunt, ut Ventus ille ſuus ſit civis, domumque ei & agrum aſſignaverunt, ſingulisque annis ſacra ei fecerunt. Non igitur Athenienſes ſoli ipſum Adfinem declararunt, ſed etiam Thurii Beneficum

ρους vel *prædia*, ac ſingulis unum aſſignari. Hinc in *multis Civitatibus lege vetitum erat*, *priſtina* illa *prædia vendere*. Ariſtoteles *Polit.* II. 4. ἦν δὲ τό γε ἀρχαῖον ἐν πολλαῖς πόλεσι νενομοθετημένον, μηδὲ πωλεῖν ἐξεῖναι τοὺς πρώτους κλήρους. Sic II. 5. legem apud multos eſſe ait, τοὺς παλαιοὺς κλήρους διασώζειν. Qualem legem etiam Philolaum Corinthium tuliſſe ait Thebanis II. 10. ὅπως ὁ ἀριθμὸς σώζηται τῶν κλήρων, *ut numerus prædiorum*, quæ pleniſſimum jus civitatis dabant, *ſervaretur*. Lycurgus Laconicum Agrum diviſit εἰς τρισμυρίους κλήρους, *in Triginta millia prædiorum*. Ferebant autem illi κλῆροι tantum frugum, unde in annum vivere quis poſſet. Vide Plutarchum in *Lycurgo pag.* 44. Sed & ſi quis extrarius Laconico more viveret, civitate donabatur, & particeps fiebat τῆς ἀρχῆθεν διατεταγμένης μοίρας, *ſortis ab initio conſtitutæ*, ut Idem ait in *Inſtit. Laconicis*. Tali itaque modo & Thurii Boream non tantum *Civem* adſciverunt, ſed &, ut optimo id jure eſſet, *domum & agrum* ipſi aſſignarunt. PERIZ.

Αὐκ ἔξω μέλους] Hanc loquutionem inter adagia recenſet Eraſmus, qui ex vetaſtis Auctoribus eam illuſtrat.

4 Οὐκοῦν Ἀθηναῖοι μόνοι] Vide Herodotum *lib.* VII. & Libanium *Orat.* XI. quæ vocatur *Antiochus*. SCHEFF.

5 Κηδεστὴν] Male Interpres *Benefactorem ſuum & Fautorem*. Vertendum erat *Adfinem* vel *Generum*. Nam quia rapuiſſe fingitur Orithyiam, Erechthei Regis Athenienſium Filiam, adfinitatem cum Athenienſibus contraxiſſe videbatur, & διὰ τὸ κῆδος τοῦτο, *propter eam adfinitatem*, eos aliquoties in bellis adjuviſſe traditur, atque ideo Templum ab iis apud Iliſſum fluvium accepiſſe. Vide Herodotum VII. 189. & Pauſan. *Atticis* 19. Malui autem *Adfinem* vertere, licet Herodotus eum Γαμβρὸν Ἀθηναίων dicat, quod vulgo de *Genero* proprie accipitur. Sed vocabulis, Γαμβροῦ & Κηδεστοῦ, notari qualemcunque *Adfinem*, ſive *Generum*, ſive *Socerum*, ſive *Sororis Maritum*, monitum eſt jam à Doctis. Vide id præclare, ut ſolet, declarantem Illuſtriſſ. Spanhemium *ad Juliani Orat.* I. *pag.* 287, 288. Ceterum Ventos etiam pro Diis habitos & cultos à Græcis, ſatis notum eſt. Ovidius *Metam.* VI. 683. hunc ipſum Borean *Deum* vocat. Heſiodus Boream, Zephyrum, & Notum ex Diis ortos ait Θεογ. 871. at reliquos Ventos ex Typhœo. Lacedæmonii Ventis equum immolant & adolent in monte Taygeto, ut nos docet Feſtus in *v. October*. Sic in Titane, Sicyonii agri regione, *Ara Ventorum* erat, in qua quotannis noctu ſacra faciebat ſacerdos. Vide Pauſaniam *Corinth.* 12. Adde quæ hic notavit Kuhnius. PERIZ.

6 Παυσανίας δέ φησι &c.] Hæc ab Æliano non ſunt, ſed ab aliquo ſtudioſo, qui hanc παρεμβολὴν ad oram Codicis addiderat. FABER.

Παυσανίας] In *Arcadicis*. Ecce verba ejus: πεποίηται ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ Βορέου τοῦ ἀνέμου τέμενος, καὶ οἱ Μεγαλοπολῖται θυσίας θύουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος, καὶ θεῶν οὐδενὸς Βορέαν ὕστερον ἄγουσιν ἐς τιμὴν, ἅτε σωτῆρα

σανίας δέ φησιν, ὅτι καὶ Μεγαλοπολῖται.

ficum eum cognominarunt. Paufanias vero etiam Megalopolitas *id feciſſe tradit.*

τῆρα γενόμενον σφίσιν ἀπὸ Λακεδαιμονίων τε καὶ Ἄγιδος. Meminit & Philoſtratus *vita Apoll. lib.* IV. SCHEFF. Ventos à Gentilibus religioſe cultos etiam ex *Sapient. cap.* XII. conſtat. Herodotus *lib.* I. & Strabo *lib.* XV. ventorum cultum Perſis tribuunt. Euſeb. *lib.* I. *de Præp. Evangel.* refert *Uſonem* Phœnicem templum ventis poſuiſſe. Præterea Græcis quoque venti in Diis erant. Herod. *lib.* VII. confer & Pauſan. *lib.* II. Ipſe etiam *Auguſtus* Circio vento ſacrificavit, qua de re Seneca *lib.* V. *Natur. Quæſt. cap.* 17. hæc ex notis Konigianis. Adde ex Homero Achillem, qui Boream & Zephyrum precibus & libamentis propitiat, ut rogi ardentis flammam alant, augeant, ad Patroclum eo citius comburendum, & pro navata opera promittit hoſtias ſelectas, & Virg. *lib.* III. *Æneid.*

Nigrum hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam. (mactavit) Huc pertinet iſta vetus inſcriptio, Firmi in Piceno reperta:

HORITHYÆ.
L. BARBIUS L. LIB.
THEOPOMPUS
NAV. MERKAT.
V. S.

ubi Orithyæ nymphæ, Boreæ conjugi (Serv. *ad lib.* X. *Æneid.*) mercator navicularius, navigatione feliciter confecta votum ſolvit, quod pro ſecundo curſu conceperat. vid. Raines. *Epiſt.* 36. *ad Rupert* & Noſtr. *H. A.* VII. 27. KUHN. Bacchylides in *Anthol. Epig. Græc. lib.* VI. *cap.* 7.

Εὔδημος τὸν νηὸν ἐπ᾽ ἀγροῦ τόνδ᾽ ἀνέθηκε
Τῷ πάντων ἀνέμων πιοτάτῳ ζεφύρῳ.

Confer Præfat. Paternam *Tomo* IV. *Theſ. Antiq. Gr.* præfixam *pag.* 10.

Παυσανίας δέ φησιν &c.] Locus eſt in *Arcadicis cap.* 36. ut jam monuit Schefferus. Verba ſunt, Πεποίηται Βορέᾳ τῷ Ἀνέμῳ Τέμενος, καὶ οἱ Μεγαλοπολῖται θυσίας θύουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος, καὶ Θεῶν οὐδενὸς Βορέαν ὕστερον ἄγουσιν ἐς τιμήν, ἅτε σωτῆρα γενόμενόν σφισιν ἀπὸ Λακεδαιμονίων τε καὶ Ἄγιδος. *Factum eſt Templum Boreæ Vento, & Megalopolitani ſacra illi faciunt quotannis, nec quoquam Deorum minus venerantur Boream, quippe qui ſervaverat eos à Lacedæmoniis & Agide.* De quo Boreæ beneficio Vide *Ibidem cap.* 27. Quare autem hanc laciniam Æliano abjudicet Faber, nulla eſt ratio. PERIZ.

ΚΕΦ. ξϐʹ.

CAP. LXII.

Νόμος Περσικὸς περὶ τῶν συμβουλευόντων τῷ βασιλεῖ.

Lex Perſica de iis, qui Regi quid ſuadent.

Νόμος καὶ οὗτος Περσικός. Ἐάν τις μέλλῃ τι [1] τῶν ἀπορρητοτέρων καὶ τῶν ἀμφιλόγων συμβουλεύειν βασι-

Etiam illa Perſarum lex erat. Si quis de rebus jam vetitis ambiguiſque conſilium regi dare vellet, ſuper

1 Τῶν ἀπορρητοτέρων] Minus recte hoc acceperunt Interpretes, qui omnes verterunt, *de rebus obſcuris.* Geſnerus tamen in margine ſcripſit *ſecretioribus*, ſed nihilo melius: Senſus eſt, *de rebus quoquo modo vetitis*, ſive à præſenti Rege, ſive à ſuperiore. Manifeſtum

βασιλεῖ, ἐπὶ πλίνθου χρυσῆς ἕστηκε· καὶ ἐὰν δόξῃ παραινεῖν τὰ δέοντα, τὴν πλίνθον λαβὼν ὑπὲρ τῆς συμβουλῆς μισθὸν ἀπέρχεται· ² μαστιγοῦται δὲ ὅμως, ὅτι ἀντεῖπε βασιλεῖ. Ανδρὶ δὲ ἐλευθέρῳ, κατά γε τὴν ἐμὴν κρίσιν, ³ οὐκ ἀνταξίαν ἀντικρίνειν δεῖ ὑπὲρ τοῦ μισθοῦ τὴν ὕβριν.

ſuper aureo ille ſtabat latere: ac, ſi utilia ſuadere videretur, latere in conſilii præmium accepto abibat; nihilominus tamen flagris cædebatur, quod regi contradixiſſet. At hominem liberum non decet, meo judicio, minime æquabilem hanc contumeliam præmio anteponere.

ſtum id eſt ex ſeqq. ubi dicitur, licet utilia comperiantur ſuaſiſſe, tamen eos flagellari, quia ἀντεῖπον βασιλεῖ, h. e. *Regi*, & ejus Edicto, *contraria dixerunt & ſuaſerunt.* Quæ ceteroqui nihil habent in ſuperioribus, quo referantur. Ariſtophanes *Ranis p.* 229. τἀπόρρητ' ἀποπέμπει ἐξ Αἰγίνης, *vetita emittit ex Ægina*, Ubi Vide Schol. qui exp. τὰ ἀπειρημένα ἐξάγεσθαι, *quæ vetita ſunt efferri, emitti.* PERIZ. Mediceus ἀπορρήτων.

2 Μαστιγοῦται δὲ ὅμως &c.] Sluisk. μαστιγοῦνται δὲ ὅμως, ὅτι ἀντεῖπον βασιλεῖ, in plurali, illi ſcilicet homines, qui audent aliquid Regi perſuadere, quod vetitum jam erat. PERIZ.

3 Ου κατ' ἀξίαν &c.] h. e *non ex æquo*, aut quaſi *juſto pretio.* Sic Herodianus II. 3. 15. τὸ μὴ κατ' ἀξίαν ἀντιδοθὲν, *non ex æquo*, aut *merito, redditum* beneficium. Videtur tamen illud heic loci aliquantulum frigere, certe longe majorem habere vim lectio alia, quam ex Sluisk. Codice eruiſſe videor. Scribitur iſtic, ut & in Regio 3. à prima manu, οὐκ αὐταξίαν. Voluit οὐκ ἀνταξίαν, vel ἀντάξιον. Liquida & elegans eſt locutio ἀντάξιόν τινος, vel ὑπέρ τινος, ἀντικρίνειν τι. Diſerte id etiam confirmari intelligo ab Regio I. Secundus habet οὐκ ἀξίαν. Plutarchus Ερωτικῷ *pag.* 759. de amore, ταυτὸ τοῦτο τοῦ Ταντάλου λεγομένων Ταλάντῳ ἀντάξιον ἐποίησε, *illud ipſum* (jubar) *fecit æquabile Talentis, quæ dicuntur Tantali.* PERIZ. Mediceus quoque legit οὐκ ἀνταξίαν, quod adjectivum Auctori reſtitui.

ΚΕΦ. ξγ'.

Περὶ Αρχεδίκης ἑταίρας.

CAP. LXIII.

De Archedice meretrice.

¹ Αρχεδίκης τις ἠράσθη τῆς ἐν ² Ναυκράτει ἑταίρας. Η δὲ ἦν

Archedicen quidam deperibat meretricem Naucratidem. At illa

1 Αρχεδίκης] Meminit illius Herodotus *lib.* II. verum ipſi Αρχιδίκη eſt. Neque aliter ipſius nomen apud Athenæum reperit ſcriptum Dalecampius. quanquam Græcus textus Caſauboni cum Noſtro conveniat vide *lib.* XIII. *cap.* 17. SCHEFF. Hoc nomen Græcum à Græcis mulieri inditum, aliàs dicebatur Θωνὶς, ut Plutarchus in *Demetr.* indicat: apponam ejus verba, ut quæ ad rem faciunt. ἀπομνημονεύεται) δὲ τῆς Λαμίας καὶ πρὸς τὴν λεγομένην Βοκχόρεως κρίσιν ἀντίῤῥησις, ἐπεὶ γάρ τις ἐρῶν ἐν Αἰγύπτῳ τῆς ἑταίρας Θωνίδος, ᾐτεῖτο συχνὸν χρυσίον· εἶτα κατὰ τοὺς ὕπνους δόξας αὐτῇ συγγενέσθαι, τῆς ἐπιθυμίας ἐπαύσατο· δίκην ἔλαχεν ἡ Θωνὶς αὐτῷ τοῦ μισθώματος. ἀκούσας δὲ τὸν λόγον ὁ Βόκχορις, ἐκέλευσε τὸν ἄνθρωπον, ὅσον ᾐτήθη χρυσίον ἠριθμημένον ἐν τῷ ἀγγείῳ διαφέρειν δεῦρο κἀκεῖσε τῇ χειρί· τὴν δὲ ἑταίραν ἔχεσθαι σκιῆς, ὡς τὴν δόξαν τῆς ἀληθείας σκιὰν οὖσαν·

ἦν ὑπερήφανος, καὶ δεινῶς φορτικὴ, καὶ ἁδροὺς ᾔτει μισθοὺς, καὶ λαβοῦσα πρὸς ὀλίγον ἂν ὡμίλησε τῷ δόντι, εἶτα ἀπέκλινεν. Ἐρασθεὶς οὖν ὁ νεανίσκος αὐτῆς, καὶ τυχεῖν μὴ δυνάμενος, ἐπεὶ μὴ πάνυ ἦν πλούσιος, ὄναρ αὐτῇ συνεγένετο, καὶ παραχρῆμα ἐπαύσατο τῆς ἐπιθυμίας.

illa arrogans erat, & valde aspera, & largam poscebat mercedem, quumque accepisset, paulisper sane commercio ejus, qui dederat, indulgebat, deinde subtrahebat se. Quum igitur deperiret eam adolescens, nec potiri posset, quandoquidem non admodum erat opulentus, per somnum cum illa rem habuit, & confestim libidine illa liberatus est.

ῆσαν· οὐκ ᾤετο ταύτην εἶναι τὴν κρίσιν ἡ Λαμία δικαίαν. οὐ γὰρ ἀπέλυσεν ἡ σκιὰ τῆς ἐπιθυμίας τοῦ ἀργυρίου τὴν ἑταίραν· τὸ δὲ ὄναρ ἔπαυσεν ἔρωτα τοῦ νεανίσκου *Lamiam vero & judicio, quod vocant Bocchoridis, contradixisse referunt. Cum enim quidam in Ægypto Thonidis meretricis amore flagrans, grande sibi meretricium dependendum audiret, accidit, ut per somnum cum ea congredi sibi visus, pristinam ejus potiundi cupidinem amitteret. Illa vero litem ei intendit mercedis nomine. Qua cognita, Bocchoris pronunciavit, ut homo tantum pecuniæ numeratæ, quantum meretrix postulaverat, in vasculo quodam manu hinc inde agitaret, meretrix autem umbram sectaretur, ac si opinio esset veritatis umbra. Hanc sententiam Lamia negabat justam, quod umbra argenti amore non exsolvisset meretricem: ut somnium juvenem libidine.* Petrus Ærodius *l.* VI. *Rerum Judicatarum Tit.* 20. hanc historiam ita recenset, ac si Thonis (non Thomis) alia sit ab Archedice, imo ex Archedice nescio qua metamorphosi adolescentem fecit, qui meretricem quandam Naucraticam amavit. Veruntamen ex una historia duas extundere nihil necesse est. Thonis enim Ægyptiæ meretriculæ nomen Ægyptium, Archedice autem aliud nomen fuit, natum fortasse ex lite, quàm adolescenti prior intenderat. Strabonem vide sis *lib.* XVII. ubi Regem urbemque Ægyptiam, Thonin (Θῶνιν) dictam annotat, inprimis Clem. Alexandrin. *lib.* IV. *Strom.* Paul. Leopard. *lib.* XIV. *cap.* 9. de Bocchor. Nostri *H. A. lib.* XI. *cap.* 11. KUHN.

Ἀρχεδίκης] Celebrant eam etiam Herodotus II. 135. & Athenæus XIII. 7. Ceterum similem ferme de *Thonide*, itidem Ægyptia meretrice, narrat Historiam Plutarchus in *Demetrio pag.* 901. nisi quod addit, juveni litem intentatam à Thonide, mercedem petente, de qua inter ipsos convenerat. Existimant itaque Leopardus *Emend.* XIV. 9. & Kuhnius *ad h. l.* eandem fuisse meretricem, ab Ægyptiis patria lingua *Thonin* dictam, à Græcis *Archedicen.* Sed præterquam, quod nemo Veterum, quantum equidem sciam aut recorder, *Thonin* & *Archedicen* eandem fuisse tradat, Historia utriusque, licet somnio & ejus effectu conveniat, in ceteris tamen discrepat, siquidem Archedices potiri propter amplissimam mercedem, quam poscere illa solebat, non potuit hic juvenis parum opulentus: at Thonis pepigerat certa mercede cum suo amatore, & ideo ad eum dicto tempore ipsa venit, ut ejus libidini obsequeretur. Sed quum ille somnio satiatus eam excluderet, illa pactam mercedem tamen postulavit. Diserte ita Clemens Alexandr. *Stromat. lib.* IV. *pag.* 520. ἐρῶν ἑταίρας Νεανίας πείθει μισθῷ τινι ὡρισμένῳ τὴν παῖδα, ἀφικέσθαι τῇ ὑστεραίᾳ πρὸς αὐτόν. *Juvenis meretricem amans persuasit illi præfinita mercede, ad se ut veniret sequenti die.* Sed præcipuum est argumentum, quod Doctissimi Viri non observarunt, ex utriusque ætate petendum. Etenim *Thonis* vixit tempore Bocchoridis, Regis Ægyptii, quem judicem habuit in hac lite, ut testantur Plutarchus & Clemens. At *Archedice* fuit Amasi Rege, qui temporibus Cyri vixit, aliquandiu posterior. Nam Herodotus II. 134. quum celebrasset Rhodopin, *tempore Amasis florentem*, subjicit *cap.* 135. *Archedicen*, celeberrimam itidem per totam Græciam;

ὕστερον

ὕστερον ταύτης, *post hanc* Rhodopin, exstitisse. Jam vero inter Bochorin & Amasin duo minimum secula fuerunt interjecta, quum Bocchoris vixerit temporibus primæ Olympiadis. PERIZ.

2 Ἐν Ναυκράτει] MSS. B. & C. Ναυκρατεία. Nihil mutem. SCHEFF.

Ναυκράτει] Præcipuum, immo unicum olim, Ægypti emporium fuit *Naucratis*, teste Herodoto II. 179. Nihil itaque mirum, fuisse & in ea celebres in Græciam usque meretrices. Sed & diserte ait Idem *cap.* 135. φιλέουσι δέ κως ἐν τῇ Ναυκράτι ἐπαφρόδιτοι γίνεσθαι αἱ ἑταῖραι, *solent quodammodo Naucrati amabiles esse meretrices.* Adde Athenæum XIII. 7. PERIZ.

3 Πρὸς ὀλίγον ἀνωμίλησε]. Verbum hoc vel non est Græcum, vel contrarium plane notat, seu idem, quod Nomen hinc formatum ἀνομίλητος, h. e. *alienus à commercio rei alicujus*, vel *hominis.* Sic Plato *Epist.* 7. ἀνομίλητος παιδείας, *alienus ab eruditione.* Sed lege hic meo periculo, & diserta Sluisk. Codicis, cui etiam Regii Paris. A. & C. adstipulantur, auctoritate, πρὸς ὀλίγον ἂν ὡμίλησε, *ad breve sane tempus cum eo agebat.* Sic ἂν XIII. 1. οὐδεὶς ἂν ἰδὼν αὐτὴν ἠράσθη ῥᾴθυμος ἄνθρωπος, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἐτόλμησεν ἀντιβλέπειν. Et, οὐ γὰρ ἂν αὐτήν τις εὐκόλως οὐδεὶς εἶδεν, ἀλλ' ἀδοκήτως ἐπέφηνε. Et XIV. 1. Οὐκ ἂν δὲ τὴν φιλοδοξίαν ταύτῃ. Vide & Fragm. *Voce* Ἀπειθεῖν. Sed notissimus est Usus & multiplex voculæ ἂν apud Græcos, de quo videri debent, qui de particulis egere. Paulo post restitui etiam ex Sluisk. ut & Editione Romana ac Basileensi, ἐρασθεὶς οὖν ὁ Νεανίσκος. Articulus exciderat Gesneriani Typographi incuria, sed quam secuti sunt reliqui omnes. IDEM.

ΚΕΦ. ξδ'.

Περὶ τοῦ Ἀλεξάνδρου νεκροῦ.

Ὁ μὲν Φιλίππου καὶ Ὀλυμπιάδος Ἀλέξανδρος, ἐν Βαβυλῶνι τὸν βίον καταστρέψας, νεκρὸς ἔκειτο, ὁ τοῦ Διὸς εἶναι λέγων· καὶ στασιαζόντων περὶ τῆς βασιλείας τῶν περὶ αὐτὸν, ταφῆς ἄμοιρος ἦν, ἧς [1] μεταλαγχάνουσι καὶ οἱ σφόδρα πένητες, τῆς φύσεως τῆς κοινῆς ἀπαιτούσης τὸν [2] μηκέτι ζῶντα κατακρύψαι. Ἀλλ' οὗτός γε τριάκοντα ἡμέρας κατελέλειπτο ἀκηδὴς, ἕως [3] Ἀρίστανδρος ὁ Τελμισσεὺς, θεόληπτος γενόμενος, ἢ ἔκ τινος ἄλλης συν-

CAP. LXIV.

De Alexandro mortuo.

Alexander, Philippi & Olympiadis filius, quum Babylone animam egisset, mortuus jacebat, qui se Jovis filium dictitârat: dumque illi, qui circa eum erant, de regno inter se contendebant, sepulturæ expers erat, cujus etiam pauperrimi, natura communi postulante, ut eum, qui non amplius vivit, abscondamus, compotes fiunt. Verum ille triginta diebus inhumatus, relictus est, donec Aristander Telmissensis, divino numine afflatus,

1 Ἧς μεταλαγχάνουσι] Mediceus. ἧς μεταλαμβάνουσι.

2 Μηκέτι ζῶντα] Etiam hic peccavit primum Tigurina Gesneri editio, omittens voculam τὸν, quæ tamen exstat & hisce præmittitur, non tantum in duabus omnium Primis, Romana & Basileensi, sed & in utroque MSto. De re ipsa, & cura etiam ignotos, in quos in via incidebant, humandi, vel terram iis injiciendi Vide *supra* V. 14. Hinc & IV. 17.

συντυχίας [4] καταχεθεὶς, ἦλθεν εἰς μέσους τοὺς Μακεδόνας, καὶ πρὸς αὐτοὺς ἔφη, τὸν πάντων τῶν ἐξ αἰῶνος βασιλέων εὐδαιμονέστατον Ἀλέξανδρον γεγονέναι, καὶ ζῶντα, καὶ ἀποθανόντα· [5] λέγειν ἄρα τοὺς θεοὺς πρὸς αὐτὸν, ὅτι ἄρα ἡ ὑποδεξαμένη γῆ τὸ σῶμα, ἐν ᾧ τὸ πρῶτον ᾤκησεν ἡ ἐκείνου ψυχὴ, πανευδαίμων τε ἔσται, καὶ ἀπόρθητος δἰ αἰῶνος. Ταῦτα μαθόντες πολλὴν εἰσεφέροντο φιλονεικίαν, ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν αὐτοῦ βασιλείαν τὸ [6] ἀγώγιμον τοῦτο ἄγειν ἐπιθυμῶν, ἵνα κειμήλιον ἔχῃ, βασιλείας ἀσφαλοῦς καὶ ἀκλινοῦς ὅμηρον. Πτολεμαῖος δὲ, εἴ τι χρὴ πιστεύειν, [7] τὸ σῶμα ἐξεκάλυψε, καὶ μετὰ σπουδῆς [8] εἰς τὴν Ἀλεξ-

tus, seu alio quodam casu percitus, in medios Macedonas progressus est, & ad eos, omnium, ait, ab omni tempore regum felicissimum fuisse Alexandrum, & vivum, & mortuum: Deos ergo de illo pronunciare, terram, quæ corpus exciperet, in quo primum ipsius anima habitavit, felicissimam fore, & nullis in perpetuum vastationibus obnoxiam. Hæc quum audivissent, multam in medium intulerunt contentionem, pro se quisque in suum regnum abducere onus hoc cupiens, ut thesaurum possideat, certi & stabilis regni pignus. Ptolemæus vero, si credere par est, corpus requisivit, & studiose in urbem Alexandri, quæ

17. sepultura dicitur κοινὸς πάντων σωμάτων ὅρμος. PERIZ.

3 Ἀρίστανδρος ὁ Τελμισσεὺς] Hic erat, *cui plurimum credebatur ex vatibus*, ut Curtius ait v. 4. & cui ipse Alexander *credulitatem suam addixerat*. VII. 7. Neque mirum, quum esset *Telmissensis*, cujus Urbis Cives erant σοφοὶ τὰ θεῖα ἐξηγεῖσθαι, *periti interpretandi res divinas*, & habebant *datam sibi* ἀπὸ γένους τὴν μαντείαν, *vaticinandi artem ab ipso genere vel ortu suo*, ut tradit Arrianus *lib.* II. *pag.* 86. Urbs illa erat *Lyciæ*, ut Strabo, Mela, Livius, Arrianus, vel *Cariæ*, ut Cicero, Stephanus. Clemens Alex. Diversa à *Termesso Pisidiæ*, cujus supersunt Nummi à Viris Doctissimis memorati, sed qui neutiquam pertinent ad *Telmessum Lyciæ*. Certe diversas fuisse has Urbes, & diversæ scripturæ, diserte nos docet Eustathius *ad Dionysii Periegesin v.* 859. Ceteroqui tamen literas L. & R. sæpe alteram alterius vicem subire etiam in eodem nomine, sed fluvii Siciliæ, qui *Telmissus* & *Termissus* dicitur, docuimus *supra ad* II. 33. IDEM.

4 Καταχεθεὶς] *Afflatus, vaticinatione correptus*. Sic κάτοχοι absolute, & κάτοχοι ἐκ θεοῦ. *Supra* III. 9. εἴτε ἐκ θεοῦ κατόχως ἐνθουσιῶντα. Polyænus I. 20. I. Κάτοχοι ἐκ Μουσῶν καὶ Ἄρεως. Sed & κατέχεσθαι, ac κατεχόμενοι, de hujusmodi hominibus. Vide Cuperum *Observ.* III. 12. IDEM.

5 Λέγειν ἄρα τοὺς Θεοὺς πρὸς αὐτὸν] Facillima primam in speciem videntur hæc verba, sed tamen aliter, ac vulgo fit, accipienda ferme putem. Vertunt omnes Editores, *Deos ergo SIBI notum fecisse*; scil. dixit Aristander. Nihil absoni habet hæc quidem interpretatio, sed tamen haud paulo oportunius & magis appositum mihi videtur, dixisse Aristandrum, *Deos itaque de ipso* Alexandro *prædicere*, *declarare*. Eo enim sensu, & maxime in oraculis & responsis Deorum, vocula πρὸς sæpe adhibetur pro *de*. Sic *infra* XIII. 23. λέγεται δὲ ὁ λόγος πρὸς τοὺς ἄλλα θελήσαντας, ἄλλων δὲ τυχόντας. Polyænus I. 10. τὸ πρὸς αὐλητὰς λόγιον, *oraculum de tibicinibus*. Lucas *Euang.* XX. 19. ἔγνωσαν γὰρ ὅτι πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν ταύτην εἶπε. *Norant enim, Eum Parabolam hanc de ipsis dixisse*. Auctor *Ep. ad Hebr.* I. 7. Καὶ πρὸς μὲν τοὺς Ἀγγέλους λέγει: Ὁ ποιῶν τοὺς

Ἀλεξάνδρου πόλιν, τὴν κατ' Αἴγυπτον, ἐκόμισε. Καὶ οἱ μὲν ἄλλοι Μακεδόνες τὴν ἡσυχίαν ἦγον, [9] Περδίκκας δὲ αὐτὸν διώκειν ἐπεχείρησεν· οὐ τοσοῦτον δὲ ἔμελε τούτῳ τῆς εἰς Ἀλέξανδρον πολυωρίας, καὶ τῆς εἰς τὸν νεκρὸν ὁσίας, ὅσον τὰ προλεχθέντα ὑπὸ τοῦ Ἀριστάνδρου ἀνέφλεγεν αὐτὸν καὶ ἐξῆπτεν. Ἐπεὶ δὲ κατέλαβε τὸν Πτολεμαῖον, ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ μάχη καρτερὰ [10] πάνυ σφόδρα ἐγένετο, ἀδελφὴ τρόπον τινα τῆς ὑπὲρ τοῦ εἰδώλου, [11] τοῦ ἐν Τροίᾳ, ὅπερ Ὅμηρος ᾄδει, λέγων, ὑπὲρ Αἰνείου τὸν Ἀπόλλωνα εἰς μέσους ἐμβαλεῖν τοὺς ἥρωας. Ἀνέστειλε

quæ in Ægypto eſt, deportavit. Et reliqui quidem Macedones quietem egerunt, Perdiccas vero perſequi ipſum cœpit: nec tam curæ ipſi erat obſervantia in Alexandrum, aut pietas in cadaver ejus, quam prædicta ab Ariſtandro eum inflammabant & incendebant. Poſtquam vero aſſecutus eſt Ptolemæum, acerrima prorſus pugna de cadavere orta eſt, ſimilis quodammodo ei, quæ de ſimulacro *Æneæ* ad Trojam *pugnata eſt*, quod canit Homerus, dicens, pro Ænea Apollinem illud in medios heroas immiſiſſe. At repreſſit impetum

τοὺς Ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα. *Et de Angelis quidem dicit: Qui facit Angelos ſuos Spiritus.* Et IV. 13. πάντα γὰρ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος, *omnia enim ſunt nuda & expoſita oculis ejus, de quo nobis ſermo eſt.* Paulo poſt Sluisk. ἐν ᾧ τὸ πρότερον. PERIZ.

6 Ἀγώγιμον] Ἀγώγιον ἢ ἀγώγιμον, φορτίον ἐμπορικὸν, τὸ ἀγόμενον βάρος ἐπὶ τῆς ἁμάξης. GESN.

7 Τὸ σῶμα ἐξεκάλυψε] Recte monet vir Clariſſimus Johan. Freinsh. in *Com. Curtian. lib.* X. *cap.* 10. ἐξέκλεψε *clam abſtulit* legendum eſſe. SCHEFF.

Ἐξεκάλυψε] Vere ſine dubio conjecit Freinshemius *ad Curtium* X. 10. legendum hic ἐξέκλεψε, h. e. *clam abduxit*. Κλέπτεσθαι enim dicitur à Græcis etiam omne id, quod inſciis & invitis aliis fit. Vide *ſupra ad* III. 47. Et ſic de cadavere Alcmenæ, quod clàm ſuſtulit Mercurius, Anton. Lib. *fab.* 33. Ἑρμῆς Ἀλκμήνην ἐκκλέπτει. Ceterum Hiſtoria hæc longe aliter, & varie, ab aliis refertur. Probabile eſt maxime, Perdiccam cadaver hoc ſecum habuiſſe, & in Macedoniam voluiſſe abducere, ſed prius tamen, quam ex Aſia in Europam tranſiret, Ptolemæum debellare; atque ideo flexiſſe verſus Ægyptum; Iſtic vero ad incitas redactum & à militibus occiſum; Tum vero Ptolemæum perſuaſiſſe Macedonibus, ut ſibi corpus hoc concederent, ex voluntate Alexandri ipſius in templum Hammonis perferendum, at ipſum in Urbem, in qua ſedem ipſe fixerat, detuliſſe. Vide Strabonem *lib.* XVII. *pag.* 794. & Pauſan. *Atticis* 6. At Diodorus Siculus tradit *lib.* XVIII. Ptolemæum ab Aridæo corpus hoc per pactionem accepiſſe, antequam Perdiccas expeditionem contra ſe ſuſcepiſſet. PERIZ.

8 Εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν] Primo Memphin, deinde Alexandriam, Pauſanias in *Atticis*. Alludit Lucianus in *Dial. Dia. & Alex.* SCHEFF.

9 Περδίκκας δὲ] Lege Strab. *lib.* XVII. *p.* 394. qui Perdiccæ ereptum à Ptolomæo Alexandri corpus ſcribit, ſi vera ejus lectio. SCHEFF.

10 Πάνυ σφόδρα] Duo iſthæc verba delenda ſunt, quippe gloſſemata ſunt τοῦ καρτερά. FABER. Nihil mutem. v. *ind.* in *Pleonas.* KUHN.

11 Τῆς ἐν Τροίᾳ] Legendum τοῦ ἐν Τροίᾳ. FABER. Homer. *Iliad.* ε. *p. m.* 107. canit, Apollinem ipſum Æneam eripuiſſe hoſtium manibus, & ſimulachrum εἴδωλον per omnia ſimile Æneæ, in medium pugnæ diſcrimen immiſiſſe, de quo Trojani Græcique inter ſe acerrime præliati ſunt. malè igitur interpres hoc loco: *pro Ænea Apollinem in medios Heroas impetum feciſſe.* verte potius, de quo (idolo)

στειλε δὲ τὴν ὁρμὴν τοῦ Περδίκκα ὁ Πτολεμαῖος. [12] Εἴδωλον γὰρ ποιησάμενος ὅμοιον Ἀλεξάνδρῳ, κατεκόσμησεν ἐσθῆτι βασιλικῇ, καὶ ἐνταφίοις ἀξιοζήλοις. Εἶτα τοῦτο ἀναπαύσας ἐπὶ μίαν τῶν [13] Περσικῶν ἁμαξῶν, [14] τὸ ἐπ' αὐτῆς κατεσκεύασε φέρετρον μεγαλοπρεπῶς ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ καὶ ἐλέφαντι· καὶ τὸ μὲν ὄντως Ἀλεξάνδρου σῶμα λιτῶς, καὶ ὡς ἔτυχε, προύπεμψε κρυπταῖς ὁδοῖς καὶ ἀτρίπτοις. Ὁ δὲ Περδίκκας καταλαβὼν τὸ τοῦ νεκροῦ

petum Perdiccæ Ptolemæus. Nam imaginem cum feciſſet Alexandri ſimilem, veſte regia eam exornavit, & pretioſiſſimis ſtragulis funebribus. Deinde ea in unum Perſicorum plauſtrorum impoſita, feretrum in eo magnifice ex argento & auro & ebore inſtruxit: & verum quidem Alexandri corpus apparatu tenui & obvio præmiſit per vias occultas & invias. Perdiccas vero, quum in ſuam redegiſſet poteſtatem ſimulacrum illud

(idolo) *Homerus* canit dicitque Apollinem id pro Ænea ſuccedaneum in medios conjeciſſe *Heroas.* Cæterum τὸ τῆς pertinet ad μάχης, non ad εἰδώλου, ideoque nihil mutandum. Kuhn.

Τῆς ἐν Τροίᾳ &c.] Scil. μάχης. Neque erat neceſſe hæc conjecturis ſollicitandi, aut ſubſtituendi τοῦ, ſcil. εἰδώλου, quod facit Faber. Aſſentitur tamen ei Codex Sluisk. ut & Regii A. & C. neque, ſi reliqui Codd. illud pariter approbarent, rejicerem, ſed neque ratio mihi eſt ulla ſatis idonea, cur receptæ lectioni, quam etiam Lugd. ac Regius B. tuentur, omnino præferam. Ceterum *ſimulachrum* illud erat Æneæ, quod Apollo pro Ænea in medios heroas immiſit, qui acerrimè circa illud, tanquam circa verum Æneam pugnarunt. Vide Homerum *Iliad.* E. 449. Periz. Repoſui id, quod volebat Faber, & tuentur Mediceus ac reliqui MSS.

12 Εἴδωλον γὰρ ποιησάμενος] Nihil iſtiusmodi Diodorus. Præparatam pompam biennio, celebratamque abſque turba ſcribit *lib.* XVIII. *p. m.* 610. ut fortaſſe Noſter hoc ſolus prodiderit ex iis, qui ſuperſunt. Meminit etiam Euſtathius *Iliad.* A. Pompæ alicujus à Ptolomæo Philadelpho Alexandriæ inſtitutæ, in qua Alexander in eburneo curru ſedens circumducebatur, cujus latera ab una parte victoriæ ſimulachrum, ab altera Minervæ claudebant. Sed ea huc non ſpectat. quippe quæ poſt facta & deſcripta pluribus Athenæo *lib.* v. Scheff. Strabo *lib.* XVII. *Geograph.* eandem afferens hiſtoriam in alia omnia abit. Dabo ipſa ejus verba, ut Lector in rem præſentem veniat. ἔφθη τὸ σῶμα (τοῦ Ἀλεξάνδρου) ἀφελόμενος τὸν Περδίκκαν ὁ τοῦ Λάγου Πτολεμαῖος, κατακομίζοντα ἐκ τῆς Βαβυλῶνος, καὶ ἐκτρεπόμενον ταύτῃ κατὰ πλεονεξίαν καὶ ἐξιδιασμὸν τῆς Αἰγύπτου. καὶ δὴ καὶ ἀπώλετο διαφθαρεὶς ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν, ἐπελθόντος τοῦ Πτολεμαίου, καὶ κατακλείσαντος αὐτὸν ἐν νήσῳ ἐρήμῃ· ἐκεῖνος μὲν οὖν ἀπέθανεν, ἐμπεριπαρεὶς ταῖς σαρίσσαις, ἐπελθόντων ἐπ' αὐτὸν τῶν στρατιωτῶν &c. τὸ δὲ σῶμα τοῦ Ἀλεξάνδρου, κομίσας ὁ Πτολεμαῖος ἐκήδευσεν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, ὅπου νῦν ἔτι κεῖται. οὐ μὴν ἐν τῇ αὐτῇ πυέλῳ. (ὑαλίνη γὰρ αὕτη) ἐκεῖνος δ' ἐν χρυσῇ κατέθηκεν. *Præripuit Perdiccæ corpus Alexandri Ptolemæus Lagi, cum id Babylone devehens à recto itinere huc deflecteret ex merâ plus habendi Ægyptumque occupandi libidine. Verum enim vero à militibus interemptus eſt, cum à Ptolemæo ſuperveniente in deſertâ obſeſſus eſſet inſulâ: ille igitur, ſariſſis confoſſus periit* &c. *Ptolemæus autem corpus Alexandri auferens, Alexandriæ condidit, ubi etiamnum ſitum eſt, non quidem in eodem alveo (Hic enim vitreus eſt.) ille vero* (Ptolemæus) *aureo condiderat.* Hæc Strabo, ſimplicius, ut puto, & κατ' ἀλήθειαν. Quæ vero Noſter habet, videntur eſſe ῥητορικώτερα. Sed nondum finis diſſenſionum. Pauſanias enim in *Atticis*, rem ita perſecutus eſt. Μακεδόνων τοὺς ταχθέντας τὸν Ἀλέξανδρον (Ἀλεξάνδρου) νεκρὸν ἐς Αἰγὰς κομίζειν ἀνέπεισεν (ὁ Πτολεμαῖος) αὐτῷ παραδοῦναι, καὶ τὸν μὲν νόμῳ τῶν Μακεδόνων ἔθαπτεν ἐν Μέμφει &c. Amaſæus vertit: *iis Macedonibus, quibus negotium datum*

κροῦ φάσμα, καὶ τὴν παρασκευασθεῖσαν ἁρμάμαξαν, ἀνεστάλη τοῦ δρόμου, οἰόμενος ἔχειν τὸ ἆθλον· ὀψὲ δὲ ἔμαθεν ἀπατηθεὶς, ἡνίκα διώκειν οὐκ εἶχε.

illud cadaveris, inſtructumque plauſtrum, remiſit *perſequendi* impetum, ratus ſe jam habere id, de quo certabatur: at ſero reſcivit ſe deceptum, quum jam perſequi *id* nequiret.

tum erat, ut Alexandri cadaver Aegas reportarent, ut ſibi illud traderent perſuaſit, acceptumque Macedonico ritu Memphi condidit. & *paulo poſt* de Ptolemæo Philadelpho. καὶ τὸν Ἀλεξάνδρου νεκρὸν οὗτος ὁ καταγαγὼν ἦν ἐκ Μέμφιδος. *& hic erat, qui Alexandri corpus Memphi deportandum curavit.* KUHN.

13 Μίαν τῶν Περσικῶν ἁμαξῶν] Intelligit ἁρμάμαξαν ſplendidiſſime paratam, cujus faber fuit Hieronymus quidam, qui eo opere præcipue inclaruit, Athen. *lib.* v. *cap.* 9. Nempe ἁρμάμαξα eſt currus Perſicus, ut dixi pluribus in *de re Vehicul. lib.* II. *c.* 16. & ſic ſtatim nominatur. SCHEFF.

Περσικῶν ἁμαξῶν] ἁρμαμαξῶν legi jubebat Parens: ſequitur enim καὶ τὴν παρασκευασθεῖσαν ἁρμάμαξαν. Differentiam utriuſque vocis oſtendit Ariſtides in *Orat. de Romæ laudibus.* μετανάσται τινὲς βασιλεῖς, καὶ Σκυθῶν νομάδων τοσοῦτον διέφερον, ὅσον οὐκ ἐφ' ἁμαξῶν περιῄεσαν, ἀλλ' ἐφ' ἁρμαμαξῶν.

14 Τὸ ἐπ' αὐτῆς φέρετρον] Intelligo *arcam*, vel *lectum funebrem.* Sic apud Valer. Max. II. 6. 7. *Duæ ante portas eorum Arcæ jacent, altera, qua liberorum, altera, qua ſervorum corpora ad ſepulturæ locum Plauſtro devehuntur.* De lecto res eſt notiſſima. Anton. Liber. *fab.* I. Ἐκ δὲ τῆς στρωμνῆς Πελειὰς ἐξέπτη, καὶ τὸ σῶμα τῆς Κτησύλλης ἀφανὲς ἐγένετο. *Ex lecto autem* funebri, dum efferebatur, *columba evolavit, & ipſum Cteſyllæ corpus evanuit.* Suetonius *Cæſare* 84. *Lectum pro Roſtris in Forum Magiſtratus & honoribus functi detulerunt.* Et hinc *Lecticæ* Romanorum, quæ primum fuere funebres potiſſimum. Vide Lipſium *Elect.* I. 19. Talis autem lectus à Græcis etiam φέρετρον dicitur. Sic apud Homerum *Iliad.* Σ. 236. Patroclus in prœlio cæſus, dicitur Κείμενος ἐν φερέτρῳ, *jacens in lecto funebri & portatili.* Scholiaſtes exp. νεκροφόρῳ κλινιδίῳ, *lectulo, quo cadavera efferuntur.* PERIZ.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ τρισκαιδέκατον.

ÆLIANI

VARIÆ HISTORIÆ

LIBER XIII.

ΚΕΦ. α΄.

Περὶ Αταλάντης.

Λόγος οὗτος Αρκαδικὸς [1] ὑπὲρ τῆς Ιασίωνος [2] Αταλάντης. Ταύτην ὁ πατὴρ γενομένην ἐξέθηκεν· ἔλεγε γὰρ, οὐ θυγατέρων, ἀλλ' ἀῤῥένων δεῖσθαι. Ο δὲ ἐκθεῖναι λαβὼν, οὐκ ἀπέκτεινεν, ἐλθὼν δὲ ἐπὶ τὸ Παρθένιον ὄρος, ἔθηκε πηγῆς πλησίον· καὶ ἦν ἐνταῦθα ὕπαντρος πέτρα, καὶ ἐπέκειτο

CAP. I.

De Atalanta.

Historia hæc est Arcadica de Jasionis *filia* Atalanta. Eam, quum esset nata, pater exposuit: non enim se filiabus, sed maribus, opus habere dicebat. Is vero, qui exponendam accepit, non interfecit eam, sed abiens in montem Parthenium, prope fontem deposuit: & erat

1 Υπὲρ τ̃ Ιασίων© Αταλάντης] Alii omnes Ιάσȣ παῖδα nominant, Euripides in *Phœniss.* Et Scholiastes ejus Αταλάντης, inquit, ἡ Ιάσȣ μὲν παῖς, Μελανίων© ϗ γυνή. ἔςι δὲ ϗ ἄλλη Σχοινέως θυγάτηρ, Ιππομένȣς γυνὴ Βοιωτική. Αλλὰ Μιλάνιωνα ἀπωλέσειεν ἡ Αρτεμις, ἡ μετ̃ τ̃ μητρὸς αὐτȣ̃ κυνηγετȣ̃σα ὡς θυμȣμένη κτ̃ τῆς Αταλάντης. ἐπεὶ πρότερον τὴν παρθενίαν ἠγάπα, ὕστερον δὲ τῷ Μελανίωνι γαμηθεῖσα κατεφρόνησε τῆς Αρτέμιδος. Αυτη ϗ ἐςιν ἡ καὶ Μελεάγρῳ συγκυνηγετήσασα. Hyginus *fabula* XCIX. *Eodem tempore Atalante Iasi filia, filiam exposuit ex Meleagro natum.* Scholiastes tamen Apollonii, vocat filiam Ιάσονος. SCHEFF.

Υπὲρ τῆς Ιασίωνος Αταλάντης] Duæ fuerunt *Atalantæ*, Poeticis ex fabulis celebres. Altera

κειτο συνηρεφὴς δρυμῶν. Καὶ τοῦ μὲν βρέφους κατεψήφιστο θάνατος· οὐ μὴν ὑπὸ τῆς τύχης προυδόθη. Ολίγῳ γὰρ ὕστερον, [3] ὑπὸ κυνηγετῶν ἀφῃρημένη τὰ ἑαυτῆς βρέφη, [4] ἄρκτος ἧκε, σφριγώντων αὐτῇ τῶν μαζῶν, καὶ βαρυνομένων ὑπὸ τοῦ γάλακτος· εἶτα κατά τινα θείαν πομπὴν ἡσθεῖσα τῷ βρέφει, ἐθήλασεν αὐτό· καὶ ἅμα τὸ θηρίον ἐκουφίσθη τῆς ὀδύνης, καὶ ὤρεξε τροφὴν τῷ βρέφει· [5] καὶ οὖν καὶ αὖθις ἐπαντλοῦσα τοῦ γάλακτος, καὶ ἐποχετεύουσα, (καὶ) ἐπεὶ τῶν ἑαυτῆς μήτηρ οὐκ ἔμεινε, τῆς μηδέν οἱ προσηκούσης τροφὸς ἐγένετο. Ταύτην οἱ κυνηγέται παρεφύλαττον, † [6] καὶ οἱ ἐξ ἀρχῆς ἐπιβουλεύσαντες τῷ θηρίῳ εἰς τὰ ἔκγονα αὐτῆς. [7] Καὶ αὐτὰ ἕκαστα τῶν δρυμώνων κατασκεψάμενοι, ἀπελθούσης κατὰ συνήθειαν

† οἱ καὶ.

erat istic rupes antrum habens, cui imminebat opaca sylva. Atque ita infans morti quidem erat damnata: neque tamen à fortuna fuit destituta. Paulo enim post ursa, suis catulis per venatores spoliata, venit, turgentibus illi uberibus & lacte gravibus: ac dein, divina quadam providentia, infante delectata, lactavit eam: & *sic* simul fera dolore levata est, & alimentum infanti præbuit: atque ideo etiam denuo sui lactis aliquid illi infundens, & immulgens, quoniam suorum mater non manserat, puellæ, nihil ad se pertinentis, nutrix facta est. Eam venatores observabant, qui ante quoque insidias feræ struxerant, ut catulos ejus haberent. Quumque singula sylvarum probe explorassent, & ursa

tera Bœotica, Schœnei F. quæ cursu certavit cum procis suis, & nupsit tandem Hippomeni: Altera Arcadica hæc. Sed quas ipsi Veteres sæpius confuderunt, tribuentes alteri, quæ erant alterius, & sæpe de iis etiam sibi ipsi contraria tradentes, ut certe faciunt Hyginus *fab.* 99. & 173. & Apollodorus I. 8. & III. 9. Vide & Muretum *ad Propert. Eleg.* I. I. Simsonium *Chronici An. M.* 2754. sed maxime Excellentiss. Spanhemium *ad Callimachum Hymno in Dianam v.* 216. Neque minor discrepantia est in Nomine ejus, qui Pater fuit hujus Atalantæ. Nam plerique eum *Jasum* appellant, unde Propert. I. I. 10. Virginem hanc vocat *Jasida* penultimâ brevi. Alii vero *Jasium:* certe Callimachus eam dicit Κούρῳ Ιασίοιο, ubi itidem metri ratio firmat hanc nominis formam. Noster denique *Jasiona* nominat, vel ut Lugd. Codex, & Regius B. Ιάσωνα, cum quibus facit etiam Scholiastes *Apollonii Rhodii* qui *ad* I. 769. dicit filiam Ιάσονος. Sed putem pene, istic legendum Ιάσου vel Ιασίου, hic vero Ιασιώνης, sicuti Danaë Acrisii F. vocatur Ακρισιώνη. Homero *Iliad.* Ξ. 319. PERIZ. Adde Meziriacum *ad Ovidii Epist. Heroid.* IV. 22.

2 Αταλάντης] Duæ fuerunt Atalantæ una hæc Arcadica, altera Archiva seu Bœotica. vide Muretum in *Schol. ad Propert. lib.* I. *el.* I. Ita habent notæ Codicis Bigotiani. SCHEFF. Vide *notas* Joh. Livineï *in eundem locum*, Lactantius *in* VII. *Thebaid. Statianæ:* duas *Athlantes* (l. Atalantes) *esse certissimum est: unam Arcadicam, cujus Parthenopœus est filius: aliam de Scyro, nobilem cursu, quam Hippomenes currendo superavit, projiciendo tria poma aurea consilio Veneris.* adde Rittershusii *Commentar. in lib.* II. *Cyneget. Oppiani p.* 49. Hieron. *adversus Jovinianum lib.* I. *Referunt fabulæ, Atalantem Calydoniam virginem semper in venatibus, semper in sylvis, non tumentes uteros fæminarum, fastidiaque conceptuum, sed expeditam & castam amasse*

θειαν κατά γε ἄγραν καὶ νομὴν τῆς ἄρκτου, τὴν Αταλάντην ὑφείλοντο, [8] καλουμένην τοῦτο οὐδέπω· αὐτοὶ γὰρ ἔθεντο αὐτῇ τὸ ὄνομα. Καὶ [9] ἐτρέφετο ἐν αὐτοῖς ἐν ὀρείῳ τῇ τροφῇ· κατὰ μικρὸν δὲ αὐτῇ τὰ τοῦ σώματος μετὰ τῆς ἡλικίας ἀνέτρεχε, καὶ ἤρα παρθενίας, καὶ [10] τὰς τῶν ἀνδρῶν ὁμιλίας ἔφευγε, καὶ ἐρημίαν ἐπόθει, καταλαβοῦσα τῶν ὀρῶν τῶν Αρκαδικῶν τὰ ὑψηλότατα, ἔνθα ἦν καὶ αὐλὼν κατάῤῥυτος, καὶ μεγάλαι δρῦς, ἔτι δὲ καὶ πνεῦμα, [11] καὶ βαθεῖά τις ὕλη. [12] Τί γὰρ ἡμᾶς λυπεῖ, καὶ ἄντρον Αταλάντης ἀκοῦσαι, ὡς [13] τὸ τῆς Καλυψοῦς, τὸ ἐν Ομήρῳ; Καὶ ἦν ἐν κοίλῃ τῇ φάραγγι σπήλαιον ἓν, καὶ βαθὺ πάνυ, κατὰ πρόσωπον δὲ βαθεῖ κρημνῷ ὠχύρωτο. Κιττοὶ δὲ αὐτὸ περιείργον, καὶ ἐνεπλέκοντο οἱ

ursa ex more venatum pastumque abiisset, Atalantam surripuerunt, nondum hoc nomine appellatam: nam illi nomen hoc ei imposuerunt. Et educabatur inter ipsos agrestibus alimentis: paulatim vero cum annis corpus ipsi surgebat, atque amabat ipsa virginitatem, commerciaque virorum devitabat, & solitudinem expetebat, occupans *ad incolendum* Arcadicorum montium altissima, ubi erant & canalis aqua refertus, & vastæ quercus, insuper etiam aura, & profunda quædam sylva. Quid enim molestiæ parit, Atalantæ etiam speluncam audire, quemadmodum antrum Calypsus, quod est in Homero? In valle itaque cava specus erat unum, & plane profundum, & in aditu munitum longo præcipitio.

amasse virtutem. KUHN.

3 Υπὸ κυνηγετῶν] Sluisk. ὑπὸ κυνηγετοῦ. PERIZ.

4 Αρκτος ἧκε] Apollodorus *lib.* III. *Ex Iaso & Clymene Minyæ filia nascitur Atalanta, cujus pater masculinæ prolis cupidus, eam exposuit, ad quam ursa sæpenumero veniens ubera protendebat: eamque demum venatores inventam penes se educarunt* &c. SCHEFF.

5 Καὶ οὖν καὶ αὖθις &c.] Cohærent hæc cum sequentibus in unam jungenda periodum, sed deleas, velim, ultimum καὶ, ante ἐπεὶ, quia nexum turbat. Επαντλεῖν notat aliquid *infundere & ingerere*. Lucianus *de Morte Peregr. init.* ἐπήκουον οὖν τὰ λοιπὰ ἐπαντλοῦντος αὐτοῦ, *Audivi itaque reliqua, quæ ille* auditoribus suis *ingerebat*. PERIZ. Cl. Perizonio, qui ultimum illud καὶ ante ἐπεὶ delendum censuit, suffragatur Mediceus.

6 Καὶ οἱ ἐξ ἀρχῆς &c.] Legerim cum Gesnero, οἱ καὶ ἐξ ἀ. Mox Lugd. εἰς τὰ ἔγγονα αὐτῆς. Plane ut *supra* I. 6. Et dein Sluisk. ac Regius A. & C. αὐτὰ ἕκαστα τῶν δρωμένων: quod mihi sane perplacet. Nam non opus erat, ut *singula sylvæ* explorarent, quum satis scirent, ubi ursa suum haberet cubile, quem unum locum investigare aut scire debebant. Illi vero ipsam ursam *observabant*, παρεφύλαττον, & singula *quæ ab ea fierent*, quando, scilicet, & quamdiu pastum abire soleret, diligenter speculabantur, atque ita dein, quum ipsa abiisset, sustulerunt Atalantam. Sic XIV. 46. τὰ παρὰ τῶν οἰκετῶν δρώμενα. Thucydides v. 66. καὶ τὸ ἐπιμελὲς τοῦ δρωμένου πολλοῖς προσήκει, *& cura rei gerendæ ad multos pertinet*. Plutarchus *de Iside*, ὁσίως διανοεῖσθαι τῶν λεγομένων καὶ δρωμένων ἕκαστον, *sancte perpendere singula, quæ dicuntur & fiunt*. Librarii videntur in hunc errorem incidisse, quia sæpius in hoc Capite occurrit δρυμὼν. Ceterum αὐτὰ ἕκαστα male sollicitatur à Fabro. Sic enim Noster XII I. *pag.* 667. αὐτὰ δὲ ἕκαστα καὶ τῶν πραχθέντων, καὶ τῶν λεχθέντων, εἰς ἐπιστολὴν ἐγ-

οἱ κιττοὶ μαλακοῖς δένδροις, καὶ δι' αὐτῶν ἀνεῖρπον· κρόκοι τε ἦσαν περὶ τὸν τόπον, 14 ἐν μαλακῇ φυόμενοι καὶ βαθείᾳ τῇ πόᾳ· συνανέτελλε δὲ αὐτοῖς καὶ Ὑάκινθος, καὶ ἄλλη πολλὴ χροιὰ ἀνθέων, οὐ μόνον εἰς ἑορτὴν ὄψεως συντελεῖν δυναμένων, ἀλλὰ καὶ ὀσμαὶ ἐξ αὐτῶν τὸν ἀέρα τὸν κύκλῳ κατελάμβανον· καὶ παρ-

tio. Id vero hederæ circum repebant, & teneris arboribus implicabantur, perque eas aſcendebant: croci etiam in eo loco erant, in molli naſcentes denſaque herba: cum iis vero unà ſurgebat Hyacinthus, atque alius multiplex florum color, qui non ſolum ad paſcendos oculos juvare poterant, ſed & odores

ἐγγράψας. Forte & II. 20. Vide ibi. PERIZ.

7 Καὶ αὐτὰ ἕκαστα] Leg. καὶ αὖ τὰ ἕκαστα. FABER. Benè ſe habet vulgatum. KUHN.

8 Καλουμένῃ τούτῳ &c.] Ἀταλάντη eſt Nomen Proprium Feminæ, formatum à Maſculino Ἀτλας, Ἀτλαντος. Nam Ἀτλας dicitur pro Ἀτάλας, à Τλάω, Τλῆμι, pro quo & Ταλάω dicebant, unde & Τάλας. Eſt autem Ἀτλας, vel *qui nihil mali fert & ſuſtinet*, minime τάλας, vel per A ἐπιτατικὸν, *qui multum ſuſtinet*. Vide Euſtathium *ad Homerum Odyſſ.* A. *pag.* 19. At Ἀτάλαντος, formatum à voce Τάλαντον, *libra*, *pondus*, quod etiam uſitatum eſt, notat eum, qui paris eſt ponderis & pretii. Vide Euſtath. *ad Iliad.* B. *pag.* 149. PERIZ.

9 Ἐτρέφετο ἐν αὐτοῖς] Mediceus & Sluiskianus, ἐτρέφετο αὐτοῖς. ut *ſupra* XII. I. ἐτρέφετο πατρί.

10 Καὶ τὰς τῶν ἀνδρῶν] Meminit Hieronym. *lib.* I. *contra Jovin.* SCHEFF.

Τὰς τῶν ἀνδρῶν ὁμιλίας ἔφευγε] MS. uterque, & Regii Omnes, legunt τῆς, conſtruentes ita hoc verbum hic loci cum Genitivo. Mox Sluisk. τῶν Ἀρκαδικῶν τὸ ὑψηλότατον. PERIZ. Codicis Sluiskiani lectionem utrobique firmat Mediceus.

11 Καὶ βαθεῖά τις ὕλη] Sluisk. & Regius A. καὶ βαθεῖα ἡ ἐκ τούτων σκιά. Haud abſurde. Memorat enim omnia jucunda, *rivum aquæ*, *quercus majores*, *auram venti*; Supererat ergo *ſpiſſa & multa umbra*, quæ iſto in Codice exprimitur. Schefferus hanc lectionem ad inferius ὕλη annotat ex MS. C. Pariſienſi, ſed haud dubie per errorem vel ipſius vel Excerptoris. Et ita vere ſe res habet teſte Cl. Boivinio, qui in Regio C. invenit hic Sluiskianam lectionem, ſed ita, ut in margine reperiret, tanquam poſt βαθεῖα addenda, ὡς ὕλη καὶ. Unde Idem cenſet, plenius hic legendum, καὶ βαθεῖά τις ὕλη, καὶ ἡ ἐκ τούτων σκιά. PERIZ.

12 Τί γὰρ ἡμᾶς λυπεῖ] Cuperus vult ὑμᾶς, oratione verſa ad legentes. vid. *lib.* III. *Obſ. cap.* 15. SCHEFF. Ego nihil mutarem præſertim cum ἡμᾶς Auditorem Lectoremque pariter & Auctorem ipſum ſuo ambitu contineat. KUHN.

Τί γὰρ ἡμᾶς λυπεῖ &c.] Aſſentior Cupero legenti *Obſerv.* III. 15. ὑμᾶς, maxime, quia ſequitur ἀκοῦσαι. Sed & ita Codex Lugd. & Regius B. At Sluisk. & ceteri ex Regiis vulgatum amplectuntur. PERIZ.

13 Τὸ τῆς Καλυψοῦς, τὸ ἐν Ὁμήρῳ] Vide Homerum *Odyſſ.* E. *v.* 63. ubi, quum commemoraſſet Mercurium ab Jove miſſum ad Calypſo, ut illa Ulyſſem dimitteret, pluribus deſcribit Ejus Antrum, in quo illa habitabat. IDEM.

14 Βαθείᾳ τῇ ὕλῃ] MS. C. auctius iſte habet, καὶ βαθείᾳ τῇ ὕλῃ καὶ ἐκ τούτων σκιᾷ συνανέτελλε. &c. SCHEFF.

Ἐν μαλακῇ φυόμενοι καὶ βαθείᾳ τῇ ὕλῃ] Quid, obſecro, ad flores humi natos, veluti *Crocos*, &c. facit, aut ad eos commendandos pertinet, quod *naſcantur in molli profundaque ſylva*, ut vertit Geſnerus & reliqui Editores, quum Vultejus Græca reddidiſſet, ſed æque perperam, *naſcebantur tum in plana terra, tum in extremo nemore.* Quid multa? Egregius hîc eſt Sluisk. qui liquido exhibet πόᾳ pro ὕλῃ, quod veriſſimum eſt & Græcis uſitatiſſimum. Aſſentiuntur Sluiskiano Regii Par. A. & C. ſed hic in margine vulgatum quoque exhibet. Flores autem paſſim, quia

παρῆν τῇ τε ἄλλῃ πανηγυρίζειν, καὶ κατὰ τὴν εὐωδίαν ἑστιᾶσθαι. Δάφναι τε ἦσαν πολλαὶ, φυτοῦ διὰ τέλους ἀκμάζοντος ἡδεῖαι προσιδεῖν κόμαι· καὶ ἄμπελοι δὲ πάνυ σφόδρα [15] εὐθενούντων βοτρύων, πρὸ τοῦ ἄντρου τεθηλυῖαι, τὸ φιλεργὸν τῆς Ἀταλάντης ἐπεδείκνυντο. Ὕδατά τε [16] διατελῆ καὶ εἰσρέοντα, καὶ καθαρὰ ἰδεῖν, καὶ

res ex iis aërem, qui circa erat, replebant, atque adeo dabatur iſtic, cum alia re ſe oblectare, tum jucundo odore frui. Lauri porro frequentes erant, arboris ſemper vigentis amœnæ viſu frondes: vites etiam valde abundantibus uvis, ante ſpeluncam vigentes, laborioſam Atalantæ indolem declarabant. Item aquæ

quia in pratis & ſylvis naſcuntur inter *herbas*, & ex *herba*, dicuntur ἄνθεα ποίης, *Flores herbæ*. Sic Homerus *Odyſſ.* I. 449. Heſiod. *Theogon.* 576. Quintus Calaber XIV. 206. Sed dignus eſt, qui hic exhibeatur, locus Homeri *Iliad.* Ξ. 347.

—— χθὼν δῖα φύεν νεοθηλέα ΠΟΙΗΝ,
Λωτόν θ' ἑρσήεντα, ἰδὲ κρόκον, ἠδ' ὑάκινθον
Πυκνὸν καὶ μαλακὸν ——

Divina terra produxit recens florentem herbam, Lotumque roſcidum, & crocum, & Hyacinthum crebrum & mollem. Vides hic quoque *Crocum* & *Hyacinthum* in *Herba*: Vides etiam μαλακοῦ vocabulum convenire floribus & herbis. Ceterum βαθεῖα πόα, notat *ſpiſſam, denſam herbam.* Ariſtoteles in *Mirabil. p.m.* 1163. καὶ πέφυκε περὶ αὐτὸν πόα βαθεῖα. Arrianus *lib.* VI. *p. m.* 435. de Horto, in quo erat ſepulchrum Cyri, καὶ πόαν βαθεῖαν πεφυκέναι, *& denſam herbam exſtitiſſe.* Sic βαθὺ λήϊον *denſa ſeges* apud Heſiod. *Aſp.* 288. Ubi vide Ill. Grævium. Homerus *Iliad.* Ψ. 251. βαθεῖα δὲ κάππεσε τέφρη, *multus autem decidit cinis.* Sic Βαθὺς πλοῦτος, *magna opulentia*, apud Noſtrum *ſupra* III. 18. Emendatio hæc, quum à MStis ſit profecta, & ratione atque uſu Linguæ confirmetur, certam adeo putavi, ut in Textum recipere haud ſim veritus. Periz. Sed & ipſe Ælianus βαθείας πόας dixit *lib.* V. *de Nat. An. cap.* 56. & *lib.* XIII. *cap.* 14. ac βαθὺ λήϊον *lib.* I. *cap.* 47.

15 Εὐθενοῦντο] *Abundabant.* Sequitur Auctor Phrynichum, qui ait, Græcos potiſſimum Εὐθενεῖσθαι dixiſſe, ubi tamen Hœſchelius multis probat ex Ariſtotele, Epicteto, & alii, uſum Activi εὐθηνεῖν & εὐθενεῖν. Addunt Phrynichus & Thomas Magiſter, εὐθηνίαν, vel εὐθενίαν non dici, ſed pro eo εὐετηρίαν. At vero in Nummis ſub Auguſto & Claudio cuſis in Ægypto ſæpius occurrit ΕΥΘΗΝΙΑ, teſte Spanhemio *ad Juliani Orat.* I. *pag.* 282. Nullum etiam dubium, quin Idem Vir Illuſtriſſimus *ad Callimachum Hymno in Delum* recte tentaverit Theophraſtum legendo εὐθένειαν, pro εὐσθένειαν, quum & hic Sluisk. nobis ingerat εὐσθενοῦν cum ſupraſcripto τ, Lugd. vero ἀσθενούντων. Nempe raritas vocabuli corruptionis occaſionem dedit librariis. Ex illa tamen, licet corrupta lectione, repoſuerim etiam hic εὐθενούντων, quando optime omnia cohærebunt, quæ nunc hiulca videntur & lacera in Græcis. Quamobrem etiam Interpretes in Verſione à Græco textu recedentes liberius omnia in unam conjunxerant ſententiam. Ipſum illud εὐθενεῖν, non Hœſchelius tantum, ſed & Ill. Spanhemius *ad Callim. d. l.* etiam ex Æſchylo & Ariſtide, ſatis probarunt, ut non opus ſit, quidquam addi. Ex Regiis quoque Par. Codd. Primus diſerte habet εὐθενοῦν cum ſupraſcripto τ. Secundus ἀσθενούντων. Tertius εὐσθενούντων. Unde etiam Cl. Boivinius legendum hic cenſet εὐθηνούντων. Periz. Conjecturam Cl. Boivinii auctoritate MS. Florentini firmatam in contextum admiſi. ille enim εὐθενούντων legit. εὐθενεῖν vero idem valet quod εὐθηνεῖν. Scholiaſtes Apollonii Rhodii *ad lib.* I. 115. *Argon.* καὶ αὐτὸς δὲ Διόνυσος Φλοῦς ὠνομάζετο, ἀπὸ τοῦ φλύειν τὸν οἶνον, ὅ ἐστιν εὐθηνεῖν.

16 Διατελῆ καὶ εἰσρέοντα, καὶ &c.] Quid ſibi vult illud εἰσρέοντα, ita abſolute hic poſitum,

καὶ ψυχρὰ, ὅσον τε ἀψαμένῳ τεκμήρασθαι, καὶ καταγνῶναι πιόντι, χύδην καὶ ἀφθόνως ἐπέῤῥει· τὰ δὲ αὐτὰ ταῦτα καὶ 17 εἰς ἀρδείαν τοῖς δένδροις τοῖς προειρημένοις ἦν ἐπιτήδεια, συνεχῶς ἐπιῤῥέοντα, καὶ εἰς τὸ ἔμβιον αὐτοῖς συμμαχόμενα. Ἦν οὖν τὸ χωρίον 18 χαρίτων ἀνάμεστον, καὶ σεμνότατόν τε ἅμα καὶ σώφρονα 19 παρθενῶνα ἐδείκνυεν. Ἦν δὲ ἄρα τῇ Ἀταλάντῃ 20 στρωμνὴ μὲν 21 αἱ δοραὶ τῶν τεθηραμένων, τροφὴ δὲ τὰ τούτων κρέα, ποτόν τε τὸ ὕδωρ. Στολὴν δὲ ἤσθητο ἀπράγμονα, καὶ τοιαύ-

aquæ perennes, & pellucidæ visu, & gelidæ, quantum & tangenti sentire, & bibenti cognoscere licet, effuse copioseque adfluebant: eæ vero ipsæ cum ad irrigandum dictis arboribus utiles erant, dum continuo adfluebant, tum ad id, ut diu viverent, eas juvabant. Erat itaque locus iste venustate plenus, & simul venerabilem maxime castamque virginis habitationem præferebat. Stratum autem Atalantæ erant pelles *ferarum* venatione captarum, cibus vero earum carnes, & potus aqua. Vestitu autem non

maxime quum in hac ipsa sententia, de his ipsis *aquis* sequatur ἐπέῤῥει? Putem pene, prius καὶ ex seqq. esse ortum, atque adeo delendum, legendumque, διατελῆ εἰσρέοντα, h. e. *perpetuum fluentia*, ut mox eodem sensu συνεχῶς ἐπιῤῥέοντα. Solent enim Adjectiva sæpe Adverbiorum sensu jungi Verbis. Sic Hesiodus præcipit Ἔργων 695. ὥραῖος ἄγεσθαι γυναῖκα, *in flore ætatis ducere uxorem.* Noster *supra* IX. 14. de Ventis, εἴποτε σκληροὶ κατέπνεον. Sic ergo & ὕδατα hic dicuntur εἰσρέειν διατελῆ. Vide etiam *ad* IX. 8. PERIZ. Forte legendum διατελῆ καὶ εὐῤῥέοντα.

17 Εἰς ἀρδείαν τοῖς προειρημένοις] Exciderat ex Schefferiana prima τοῖς δένδροις, quod vitium magna & lata culpa secutæ sunt omnes dein Editiones. Nos illud, quod male omissum erat, restituimus ex MStis & Editis. PERIZ.

18 Χαρίτων ἅμα μεστὸν, καὶ σεμνότατόν τε ἅμα] Quis haud inscitus nec inelegans Scriptor voculam ἅμα ita in proximo, & sine ulla plane ἐμφάσει, iteraret? Friget prorsus illa repetitio. Sed pulchram nobis operam hic navant Lugd. Codex, tum Regius Par. Secundus, ac à prima manu etiam Tertius, qui veram haud dubie exhibent lectionem, ex qua tamen simul erroris origo perspici facile potest. Legunt enim χαρίτων ἀνάμεστον, καὶ &c. Sic Dionys. Halic. *lib.* XI. *pag.* 718. de Virginio, quum Filiam confodisset, καὶ ἔτως ἀνάμεστος αἵματος γενόμενος, & *ita plenus cruoris*, seu *cruentus undique*, *factus*. IDEM.

19 Παρθενῶνα] Uterque Codex, & Regii Omnes, παρθενεῶνα. Utrumque Græce dicitur. Sed hoc magis est Poeticum, aut minus Atticum: at vulgatum convenit præceptis Phrynichi, qui *pag.* 28. Ἱστὼν λέγε, μὴ ἱστεών. ἁμαρτήσεις γὰρ ὁμοίως τῷ λέγοντι καλαμεὼν, ἱππεὼν, ἀνδρεὼν, δέον καλαμὼν, ἱππὼν, καὶ τὰ ὅμοια. Ἱστὼν *dic*, *non* ἱστεὼν: *peccabis ceteroqui similiter illi*, *qui dicit* καλαμεὼν, ἱππεὼν, ἀνδρεὼν, *quum oporteat dicere* καλαμὼν, ἱππὼν, & *similia.* Sed & sic habuimus *supra* VIII. 7. ἀνδρὼν, & ejusdem formæ est Nomen Urbium in Africa, Ἱππὼν, *Hippo* Latinis. Sed & hoc ipsum παρθενὼν, ex Æliano refert Suidas in *v.* Βδελυρὸς, ubi Templum Minervæ, ut videtur, vocat Ælianus τὸν παναγέστατον παρθενῶνα. IDEM. Edit. Rom. παρθενεῶνα.

20 Στρωμναὶ] Leg. στρωμνή. FABER. Vix erit artis opus. KUHN.

Στρωμναὶ] Sic & MSti. Faber tamen στρωμνὴ legi jubet. Et ita στρωμνὴ pro *lecto funebri*, apud Anton. Liber. *fab.* 1. Sed & sequitur hic τροφὴ, ποτὸν, omnia in singulari. Ut adeo si favissent Codices, facile ego Fabrum fuissem secutus. PERIZ. Apposite igitur Mediceus, quem etiam secutus sum, Doctissimi Fabri conjecturam tuetur.

21 Αἱ δοραὶ τεθηραμένων] More non antiquorum modo. Sed imprimis venantium, quo feras

τοιαύτην, οἵαν μὴ ἀποδεῖν τῆς Ἀρτέμιδος. Ἔλεγε γὰρ ζηλοῦν αὐτὴν καὶ ἐν τούτῳ, καὶ ἐν τῷ παρθένον εἶναι διὰ τέλους ἐθέλειν. 22 Ἐπεφύκει δὲ ὠκίστη τοὺς πόδας, καὶ οὐκ ἂν αὐτὴν διέφυγεν, οὔτε θηρίον, οὔτε ἐπιβουλεύων αὐτῇ ἄνθρωπος· 23 φυγεῖν ἐθέλουσαν, ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν οὐκ ἄν τις αὐτὴν κατέλαβεν. Ἥρων δὲ αὐτῆς οὐχ' ὅσοι μόνον αὐτὴν εἶδον, 24 ἀλλ' ἤδη καὶ ἐκ φήμης ἠρᾶτο. Φέρε δὲ, καὶ τὸ εἶδος αὐτῆς, 25 εἴ τι μὴ λυπεῖ, διαγράφωμεν· λυπεῖ δὲ οὐδὲν, ἐπεὶ καὶ ἐκ

non multæ operæ, & ejusmodi, qui non erat infra Dianam, amiciebatur. Dicebat enim se illam tum in hoc imitari, tum in eo, quod velit in perpetuum manere virgo. Erat autem velocissima pedibus, neque vero effugit eam unquam, neque fera, neque homo illi inimicus: quod si fugere vellet, tum vero etiam nemo eam potuit assequi. Amabant porro eam non solum quiqui ipsam vidissent, verum etiam ex fama amabatur. Age vero, formam etiam ejus, si non molestum est, describamus: molestum autem

feras facilius deciperent. Plutarchus *Orat. de fortuna Alexand.* ζῶα θηρεύοντες ἄνθρωποι, δορὰς ἐλάφων περιτίθενται. Alludit etiam Ovidius *lib.* I. *Metam.* ubi de Nympha Peneide:

——— ——— *Fugit altera nomen amantis*
Sylvarum latebris, captivarumque ferarum
Exuviis gaudens ——— ———

Potuit tamen hoc imitari voluisse etiam Heroas. Schol. Apoll. *ad lib.* I. σύνηθες τοῖς ἥρωσι τὸ δερματοφορεῖν. SCHEFF.

22 Ἐπεφύκει δὲ ὠκίστη] Vide Clementem *lib.* IV. *Strom.* ubi ob celeritatem cum primis à poëtis commendatam scribit. IDEM.

23 Φυγεῖν ἐθέλουσαν] Muret. in *Schol. Propert. lib.* I. *el.* I. corrigendum suspicatur, φυγεῖν δὲ ἐθέλουσαν, οὐκ ἄν τις αὐτὴν κατέλαβε, ut rursum notæ *Bigotiani* libri docent. SCHEFF. Φυγεῖν ἐθέλουσαν Atticè, pro φυγεῖν ἐθελούσης, *sin voluisset aufugere, tum vero nemo illam assecutus fuisset.* KUHN.

Φυγεῖν ἐθέλουσαν, ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν οὐκ &c.] Muretus *ad Propertium* I. I. legit, φυγεῖν δὲ ἐθέλουσαν οὐκ ἂν &c. omissis ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν: nulla profectò ratione. Immo eleganter ita & ἐμφατικῶς plane in medio Orationis interponunt Græci illud ἀλλὰ, in quo consistit tota hujus locutionis ratio. Sic III. 17. ἔνθα δὲ ἐχρῆν ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀγωνίζεσθαι, ἀλλ' ἐνταῦθά γε ἐκεῖνος στρατιώτης ἦν. I. 28. φασὶ τοὺς εἰς τοὺς ἰχθῦς ὁρῶντα ἀλλὰ τοῦτόν γε ὡς ἐλεύθερον ἐπαινεῖσθαι. II. 15. τοὺς τῶν Ἐφόρων θρόνους, ἔνθα εἰώθασι καθήμενοι χρηματίζειν, ἀλλὰ τούτους γε τοὺς θρόνους κατέχρισαν. PERIZ. Cl. Barthius, qui in *Animadvers. ad Papinii Statii lib.* IV. *Theb. v.* 313. amplexus fuerat emendationem Mureti, in iisdem *Animadv. ad lib.* VI. *v.* 565. hunc locum ita corrigit. καὶ οὐκ ἂν διέφυγεν ἐνταῦθα οὔτε θηρίον, οὔτε ἐπιβουλεύων αὐτῇ ἄνθρωπος· φυγεῖν δὲ ἐθέλουσαν οὐκ ἄν τις αὐτὴν κατέλαβεν. Servari tamen etiam vocula ἀλλὰ potest, vel τις ἄλλος scribendo vel præposita voci φυγεῖν, ἀλλὰ φυγεῖν ἐθέλουσαν, οὐ μὴν τις ἂν αὐτὴν &c. Hactenus Barthius. Mediceus hanc periodum ita exhibet: οὔτε ἐπιβουλεύων αὐτῇ ἄνθρωπος, διώκειν ἐθέλουσαν, ἀλλ' ἐνταῦθα.

24 Ἀλλ' ἤδη] Leg. ἀλλὰ δή. FABER. Non putem quicquam mutandum. KUHN.

Ἀλλ' ἤδη καὶ ἐκ φήμης ἠρᾶτο] Ita MSti Omnes, & Mei, & Regii. Faber tamen ἀλλὰ δὴ καὶ &c. legit. At nihil mutandum putat Kuhnius. Et sane sic etiam *infra* XIV. 22. μὴ μόνον τῆς γλώττης &c. ἀλλ' ἤδη καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν ἐκ φύσεως ἀποκλείων ἐλευθερίαν. Similiter mox *pag. seq.* ἤδη δὲ καὶ. Et Maximus Tyr. *Diss.* 27. Ἤδη δέ τις καὶ. Et ita passim ἤδη δὲ. Vide Indicem. PERIZ.

25 Εἰ τι μὴ λυπεῖ, διαγράφωμεν] Sluisk. εἴ τι μὴ λυπῇ, διαγράψομεν. Sed nihil eo hic opus est. IDEM.

ἐκ τούτων προσγένοιτ' ἂν λόγων τε ἐμπειρία καὶ τέχνη. Μέγεθος μὲν γὰρ, ἔτι παῖς οὖσα, ὑπὲρ τὰς τελείας ἦν γυναῖκας, κάλλει δὲ ἦν, ὡς οὐκ ἄλλη τῶν ἐν Πελοποννήσῳ παρθένων τῶν τότε. [26] Ἀῤῥενωπὸν δὲ, καὶ γοργὸν ἔβλεπε· τοῦτο μὲν καὶ [27] ἐκ τῆς θηρείου τροφῆς, ἐπεὶ ϗ θυμοειδὴς ἦν, ἤδη δὲ καὶ τῶν ἐν τοῖς ὄρεσι γυμνασίων· κορικόν τε, καὶ ῥαδινὸν οὐδὲν εἶχεν· οὐ γὰρ ἐκ θαλάμου προῄει, οὐδὲ ἦν τῶν ὑπὸ μητράσι ϗ τίτθαις τρεφομένων. Τὸ δὲ ὑπέρογκον τοῦ σώματος, οὐδὲ τοῦ-

autem esse nequit, quia ex his etiam orationis peritia & ars quædam obvenire nobis possit. Etenim magnitudine quidem, quum adhuc puella esset, adultas superabat feminas: forma vero ea erat, qua ex Peloponnesiacis puellis tunc temporis nulla erat alia. Vultum autem habebat virilem ac severum: id quidem, tum ex ferino victu, siquidem & animosa erat, tum vero etiam ex exercitiis montanis: puellare quidem aut molle nihil habuit: neque enim de thalamo prodierat, neque erat ex earum

26 Ἀῤῥενωπόν] Ovidio est

——— ——— *Facies quam dicere vere*
Virgineam in puero, puerilem in virgine possis. SCHEFF.

27 Τῆς θηρείου τροφῆς] Leg. θηρείου. GESN. Cur θηρείου & non θηρείων, ut *supra* τροφῇ κρέως τεθηραμένων. Puto plane nostrum scripsisse junctim unoque verbo, θηρωτροφῆς. SCHEFF. Cum Gesn. lego θηρείου τροφῆς, ut ante, ἐν ὀρείῳ τῇ τροφῇ. ita loquitur Ælianus in *fragmento* apud Suidam. τὰ γινώμενα βρέφη κράσει θηρείων τε καὶ ἀνθρωπείων σωμάτων τεράστια ἐδόκει, *nati infantes ferinorum humanorumque corporum commixtione monstrosi videbantur.* Cæterum quid in se rejiculum habeat Viri Doctissimi nota, nemo non videt. KUHN.

Ἐκ τῆς θηρείου τροφῆς] Gesnerus, probantibus Fabro & Kuhnio, θηρείου, h. e. *ex ferino victu.* Sed non animadverterunt Viri Doctissimi, designari hic ab Auctore Ursam, à qua nutrita est Atalanta, & cujus illa ex uberibus primum traxit alimentum; à qua nutrice etiam habuit, quod θυμοειδὴς esset. Τροφὴ itaque θηρείου hic notat non *victum*, qualis est *ferarum*, sed *nutritionem* atque *alimoniam*, quam *Ursa* præstitit Atalantæ. Et quo minus dubites, ecce veram ex Lugd. Codice & Regio Par. B. lectionem, ἐκ τῆς τοῦ θηρείου τροφῆς. Mox mallem, ἤδη δὲ ϗ ἐκ τῶν &c. & jungerem pene sequentibus, κορικὸν &c. PERIZ. Mediceus θηρείου, quomodo Gesnerus correxerat.

28 Ἀλλ' ἦν φύσεως ἔργον] Ita emendavit Gesner. & in textum recepit autor editionis Genevensis. Veteres, etiam Romana, habent φύκου, pro φύσεως. Est autem φῦκος plane id ipsum, quod Latini vocant *fucum.* Igitur dubito, an non sit scribendum ἀλλ' οὐ φύκου ἔργον, cum præsertim sequatur: πεφοίνικτο δὲ ὑπὸ ἡλίου, quod non puncto majori divellendum, sed colo conjungendum præcedentibus, vel illud δὲ relativum ostendit. SCHEFF. φύκου puto compendiose scriptum & designasse φυσικόν. KUHN.

Ἀλλ' ἦν φύσεως ἔργον] Nescio unde hauserit Camillus Peruscus suum φύκου: quum Mei Codd. pariter præferant illud ipsum, quod eodem ferme tempore Muretus *ad Propertium* I. I. & Gesnerus in margine suo ex conjectura exhibuerunt, & inde in contextum recepit jam Tornæsius, φύσεως: quæ sine dubio igitur vera est lectio. Nam quod Schefferus dubitat, an sit scribendum, ἀλλ' οὐ φύκου ἔργον, id vero inane est, maxime quum jam præcesserit, negans locutio, οὔτι που πολυπραγμοσύνη &c. Cui si subjicias ἀλλὰ, sequi tum sane debet locutio non iterum negans, sed affirmans quid. PERIZ.

29 Ἡλίων] Huc respicit Eustathius *ad Dionys. Perieg.* v. 40. σημείωσαι δὲ ὅτι οὐ παρὰ Λιβανίῳ μόνον ϗ Αἰλιανῷ πληθυντικῶς οἱ ἥλιοι· ἰδοὺ γὰρ

τοῦτο εἶχε· καὶ μάλα γε εἰκότως, ἅτε ἐν τοῖς κυνηγεσίοις, καὶ περὶ αὐτὰ τὰ γυμνάσια τὸ πᾶν σῶμα ἐκτελοῦσα. Ξανθὴ δὲ ἦν αὐτῆς ἡ κόμη, οὔτι που πολυπραγμοσύνῃ γυναικείᾳ, καὶ βαφαῖς ἅμα, καὶ φαρμάκοις, [28] ἀλλ' ἦν φύσεως ἔργον ἡ χροιά. Πεφοίνικτο δὲ καὶ ὑπὸ τῶν [29] ἡλίων αὐτῇ τὸ πρόσωπον, καὶ ἐρυθήματι ἐῴκει ἄντικρυς. Τί δὲ οὕτως ὡραῖον γένοιτο ἄνθος, [30] ὥσπερ οὖν καλὸν ἢ τὸ πρόσωπον αἰδεῖσθαι πεπαιδευμένης παρθένου; Δύο δὲ εἶχεν ἐκπληκτικὰ, κάλλος ἄμαχον, καὶ σὺν τούτῳ καὶ φοβεῖν ἐδύνατο. Οὐδεὶς ἂν ἰδὼν αὐτὴν ἠράσθη ῥάθυμος ἄνθρωπος, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἐτόλμησεν ἀντιβλέπειν τὴν ἀρχήν. Τοσαύτη μετὰ τῆς ὥρας [31] κατέλαμπεν ἡ αἴγλη τοὺς ὁρῶντας. Δεινὴ δὲ ἦν ἐντυχεῖν τά τε ἄλλα, [32] καὶ τῷ σπανίῳ. Ου γὰρ ἂν αὐτήν τις εὐκόλως οὐδεὶς εἶ-

earum genere, quæ à matribus & nutricibus educantur. Nimiam vero corporis molem non habebat: idque merito, quippe quæ venationibus, perque ipſas exercitiorum artes, totum corpus corroborabat. Flava erat ipſius coma, non cura muliebri, & tinctionibus ſimul, ac medicamentis, ſed naturæ opus erat ille color. Facies vero illi etiam radiis ſolaribus punicea erat facta, & penitus colori rubicundo ſimilis. Quis vero flos tam ſpecioſus exiſtat, quam pulcher eſſe debeat vultus virginis verecundiam edoctæ? Duo autem habebat, quæ ad percellendum *alios* erant idonea, maximam venuſtatem, & quod præterea etiam terrorem injicere *videntibus* poterat. Nemo ſane ignavus homo, eam videns, amaret, immo ne obtueri quidem omnino auderet. Tantus fulgor *una* cum forma

γὰρ καὶ περὶ Διονυσίῳ, ἐν τῷ, μαλεροῖς κεκαυμένος ἡλίοις.

30 Καλὸν, ἢ τὸ πρόσωπον αἰδεῖσθαι] Geſnerus putat abundare illud ἢ. Mihi delenda diſtinctio, & ſcribendum ᾖ pro ἢ videtur, ut ſit ab εἰμὶ, locuſque exponendus, non in genere, ſed ſpeciatim de ipſa Atalanta. SCHEFF. Muretus putat οὔπερ οὐ κάλλιον ᾖ τὸ πρόσωπον. Faber Geſnerum ſequitur. malim cum Cl. Scheffero ᾖ legere vel εἴη. Auctoris eò ibat ſententia. *Quid opus eſt pluribus de pulchritudine Atalantæ emendatiſſima dicere? Qui enim flos tam pulcher venuſtusque eſſe poteſt, quam facies virginis, quæ erubeſcere didicit?* Hæc probi oris modeſta verecundia, hic nativus virginei vultus rubor ſupra omnem florum gratiam ornatumque amabilis exiſtit. vide Suidam in ἐρύθημα, ubi pro εὐτελὴς lego εὐθαλής. Plinius *lib.* XXXV. *cap.* 3. *Lanuvii Atalanta & Helena cominus pictæ ſunt nudæ ab eodem artifice, utraque excellentiſſimæ formæ, ſed altera ut virgo, ne ruinis quidem templi concuſſæ.* KUHN.

Ὥσπερ οὖν καλὸν, ἢ τὸ πρόσωπον &c.] Turbat hic illud ἢ tali modo ſcriptum. Geſnerus itaque induci voluit Muretus *d. l.* longius abit, ſed eleganti conjectura legens, οὔπερ οὐ κάλλιον ᾖ τὸ π. &c. Mihi ſimpliciſſimum & veriſſimum videtur, quod Schefferus voluit, & probavit Kuhnius, ὥσπερ οὖν καλὸν ᾖ. Id vero quum etiam Lugd. Codicis, & Regiorum, Secundi ac Tertii, auctoritas diſerte firmet, admittendum cenſui, tanto magis, quia vulgatæ lectionis nullus eſt uſus, nulluſque ſenſus. PERIZ.

31 Κατέλαμπεν ἡ αἴγλη] Hinc αἰγλοφανεῖς puellæ dicuntur a Stratone in παιδικῇ μούσῃ *Ep.* V.

Οὐδὲ κόρας ξανθὰς παραπέμπομαι· ἀλλὰ περισσῶς

εἶδεν· ἀλλ' ἀδοκήτως, καὶ ἀπροόπτως ἐπέφηνε, διώκουσα θηρίον, ἢ ἀμυνομένη τινα, 33 ὥσπερ ἀςὴρ· διάττουσα (δ') ἐξέλαμπεν ἀςραπῆς δίκην, εἶτα ἀπέκρυπτεν αὐτὴν διαθέουσαν ἢ δρυμὼν, ἢ λόχμη, ἢ τι ἄλλο τῶν ἐν ὄρει δάσος.

34 Καὶ

forma intuentium oculos perstringebat. Terribilis vero erat in occurrendo, cum propter alia, tum quod raro *conspiciebatur*. Non enim facile quisquam vidit illam, sed necopinato & de improviso apparebat *aliis*, feram persequens, aut alicui repugnans, quasi stella quædam: prosiliens vero effulgebat *tantum* instar fulguris, dein ipsam occulebat vel quercetum, vel densior sylva, vel aliud quid in monte spissum, decurrentem in ea.

Et

Τὰς μελανοφθάλμους αἰγλοφανεῖς τε φιλῶ.

32 Καὶ τοῦ σπανίῳ] MSS. B. & C. ἢ τὰ σπάνια. SCHEFF.

Καὶ τοῦ σπανίῳ] Scheffero teste, MSti Parisienses B & C. habent, ἢ τὰ σπάνια. Dubitem de Vocula ἢ. Certe Lugdun. Noster legit, καὶ τὰ σπάνια. Sed &, ne de Parisiensibus amplius dubitem, fecit Humanitas Cl. Boivinii, qui me monuit, etiam illos B. & C. sed Hunc in Margine, legere καὶ τὰ σπάνια. Vulgatum præfert, Sluisk. & Regius A. Utrumvis recte. PERIZ.

33 Ὥσπερ ἀςὴρ] Legerim καὶ ὥσπερ ἀςὴρ &c. GESNER.

Καὶ ὥσπερ ἀςὴρ &c.] Nulla prorsus auctoritate nititur illud καὶ, quod nec MSti, certe Mei, raro, sed fido plerumque, consensu agnoscunt, nec ullæ Edd. superioris sæculi, ne Tornæsiana quidem Prima. In Secunda demum Anni 1610. invenio, sed nulla ratione, nullo titulo, subnixum, & quasi clam irrepserit. Ejeci ergo illud tanquam malæ fidei, istoc certe loco. Nam facile largior, sequentia tamen per conjunctionem quandam superioribus nectenda, sed neque negaturum quenquam arbitror, multo rectius illa, ὥσπερ ἀςὴρ, referri ad verbum ἐπέφηνε, *apparuit*, quam ad διάττουσα, *prosiliens*, tanto magis, quia in sequentibus hisce alia inest comparatio, ἀςραπῆς δίκην. Neque enim convenit, in uno eodemque commate, ut fiebat, legi, *tanquam stella*, *more fulguris*. Ἐπιφαίνειν dicuntur hominibus Dii, & omnia cœlestia, maxime Sydera, *Actor.* XXVII. 20. μήτε ἡλίου, μήτε ἄςρων ἐπιφαινόντων, *Neque Sole*, *neque Astris apparentibus*. Sed res est notissima. Totum itaque locum, interposita tantum litera δ', sic constitui, ἀλλ' ἀδοκήτως καὶ ἀπροόπτως ἐπέφηνε, διώκουσα θηρίον, ἢ ἀμυνομένη τινα, ὥσπερ ἀςὴρ: Διάττουσα δ' (vel γοῦν) ἐξέλαμπεν ἀςραπῆς δίκην, εἶτα ἀπέκρ. &c. Reliqua autem aliter concepit Sluisk. quam eduntur. Nempe ἀπέκρυπτεν αὐτὴν διαθέουσα ἢ δρυμὸν, ἢ λόχμην &c. quod si firmarent alii Codices, non rejicerem prorsus. PERIZ. MS. Sluiskiano adstipulatur Mediceus.

34 Καί οἱ ποτὲ καὶ οἱ τὴν ὅμορον] ἐπῆλθον videtur ponendum, vel ἧκον, pro καὶ. GESNER. οἱ *illi* ostendit excidisse verbum, à quo regebatur. ἐπῆλθον puta vel ἐπέθεντο, vel aliud hujusmodi: nisi subintelligas post καὶ οἱ, *& ipsi*, ἦσαν, *erant proci*. KUHN.

Καὶ οἱ ποτὲ καὶ οἱ τὴν ὅμορον &c.] Locus hic citra dubium est corruptus, sed nihil nos juvant MSti, ante Mei, nec Regii, nec Medicei, qui omnes Vulgatum servant. Verum εὐςόχως plane divinavit manum Auctoris, & totum hunc locum recte, ut arbitror, restituit, felix conjectura Doctissimi Jensii in literis ad me datis. Ejicit ille primum ista, temere & nullo sensu iterata, καὶ οἱ, ac dein γειτνιῶσαν pro glossemate habet illius τὴν ὅμορον, quod & facit Cl. Boivinius. Tum reliqua per

Ανα-

[34] Καὶ οἱ ποτὲ (καὶ οἱ) τὴν ὅμορον γειτνιῶσαν οἰκοῦντες, μεσούσης τῆς νυκτὸς, ἐρασταὶ θρασεῖς καὶ κωμασταὶ βαρύτατοι, δύο τῶν Κενταύρων, [35] Ὑλαῖός τε καὶ Ροῖκος· ἦν δὲ ἄρα ὁ κῶμος αὐτῶν, [36] οὔτε αὐλητρίδες, οὔτε αὐτὰ δήπου τὰ τῶν μειρακίων τῶν κατὰ πόλιν, ἀλλὰ πεῦκαι μὲν ἦσαν· καὶ ταύτας ἐξάψαντες καὶ ανα-

Et aliquando finitimam viciniam incolentes, media nocte, amatores feroces & comissatores molestissimi, duo ex Centauris, Hylæus & Rhœcus: erat autem comissatio ipsorum, non tibicinæ, neque vero illa, quibus adolescentes urbani *utuntur in comissando*, sed tædæ erant: easque accendentes & inflammantes primo illo

Ἀνακόλουθον, sed Auctori usitatum, vel per Parenthesin quandam, constituit hoc modo, Καὶ οἱ ποτε τὴν ὅμορον οἰκοῦντες, μεσούσης τῆς νυκτὸς, ἐρασταὶ θρασεῖς καὶ κωμασταὶ βαρύτατοι, δύο τῶν Κενταύρων, Ὑλαῖός τε καὶ Ροῖκος: ἦν δὲ ἄρα ὁ κῶμος &c. ἀλλὰ πεῦκαι μὲν ἦσαν. Καὶ ταύτας ἐξάψαντες &c. Ita vero, si ista, ἦν δὲ ἄρα, usque ad ἦσαν, consideres tanquam parentheticam descriptionem istius comessationis, & reliqua dein, tum præcedentia, tum sequentia istam parenthesin, conjungas, integrum habebis sensum, & commodam satis syntaxin. Firmat autem ille hanc emendationem ex *lib.* IX. *cap.* 24. ubi similiter pene Auctor, Σμινδυρίδης ὁ Συβαρίτης εἰς τοσοῦτον τρυφῆς ἐξώκειλε: Καὶ γάρ τοι Συβαρίταις πᾶσιν ἔργον ἦν τρυφᾷν, καὶ τῷ βίῳ διαθρύπτειν: ὁ δὲ Σμινδυρίδης καὶ πλέον. Adde autem & *supra* II. 13. *pag.* 99. Ο δὲ Ἀριστοφάνης &c. Et *pag.* 106. Οπερ οὖν ἐκεῖνος &c. Et *infra* XIV. 20. & 39. Atque ita alibi sæpius. PERIZ. Locus hic duplici mendo depravatus ita emendandus videtur. καὶ οἱ ποτὲ ἐκεῖ τὴν ἔρημον (sc. χώραν) γειτνιῶσαν οἰκοῦντες, μεσούσης τῆς νυκτὸς, ἐρασταὶ θρασεῖς, καὶ κωμασταὶ βαρύτατοι, ἐκώμασαν οἱ δύο τῶν Κενταύρων, Ὑλαῖός τε καὶ Ροῖκος. τὸ ἐκώμασαν præfert etiam Mediceus.

35 Ὑλαῖός τε καὶ Ροῖκος] Apollodorus scribit Ὑλαῖος: *Quin etiam, ubi inviolatæ virginitati suæ à Rhœco & Hyllæo Centauris vim parari perspicit, hi sagittis ab ea perfossi conciderunt.* Meminit & Virgilius II. *Georg.* nisi quod pro *Rhœco* scribat *Rhœtum.* Puto autem nostrum esse rectius. Neque Carrionem audio, qui adversus Turnebum *Rhœcus* legentem statuit citius in Æliano, quam in infinitis fere Poetarum locis vitium esse. Nam ut apud hos in locis plurimis legendum *Rhœtus* sit, non ideo & Æliani lectionem necesse est ut existimemus vitiosam, cum non sit ubique de iisdem sermo, nominaque hæc diversa esse queant. Callimachus *Hymno Dian. p.* 221. de eadem loquens *Atalanta*, & ad hanc alludens historiam: οὐδὲ μὲν Ὑλαῖόν τε καὶ ἄφρονα Ροῖκον ἔολπα. SCHEFF.

Ὑλαῖός τε καὶ Ροῖκος] Sic & MSti, nisi quod Lugd. Ρυλαῖος. Sed in hoc nomine nulla est hæsitatio. Alterius scriptura magis est dubia, quia apud Virgilium *Georg.* II. 456. Ovidium *Metamorph.* XII. 271. Valerium Flaccum I. 141. *Rhœtus* inter Centauros nominatur, sed qui potuit ab hoc esse diversus, certe alia istic morte periisse traditur: quamvis neque hoc magni sit in contrarium momenti, siquidem & *Hylæus* à Virgilio in vino, seu in pugna inter Lapithas & Centauros, cum *Rhœto* occisus dicitur. Crediderim Poetas in describenda celebri hac pugna arripuisse quæcunque Centaurorum nomina, apud antiquiores obvia, licet homines istis nominibus pugnæ huic non interfuerint. Utcunque sit, Ροῖκον Hominem hunc mei quoque Codd. appellant. Neque aliter Apollodorus *lib.* III. Callimachus *Hymno in Dianam v.* 221. & Ejus Scholia. Vide istic etiam Illustriss. Spanhemium. PERIZ. & Eruditissimum Bentlejum *ad Horat.* II. *Od.* 19.

36 Οὔτε αὐλητρίδες] Solebant enim *tibias* adhibere in comessationibus jam antiquissimo tempore. Hinc apud Hesiodum in *Clypeo Herculis* 281. νέοι κώμαζον ὑπ' αὐλοῦ, *adolescentes comissabantur ad tibiam.* Et Pratinas Phliasius apud Athenæum XIV. *pag.* 617. de Tibia, καὶ γὰρ ἐσθ' ὑπηρέτης κώμων μόνον. *Inservit enim tantum comissationibus.* Sed & hinc apud Max. Tyr. *Dissert.* VII. Anacharsis Scytha, rogatus, an esset etiam αὐλητικὴ ἐν Σκύθαις, respon-

ἀναφλέξαντες, ἐκ τῆς πρώτης τοῦ πυρὸς φαντασίας ἐξέπληξαν ἂν καὶ δῆμον, μήτι γοῦν μίαν παρθένον. Κλάδους δὲ πιτύων νεοδρεπεῖς ἀποκλάσαντες, εἶτα τούτοις ἑαυτοὺς διαπλέξαντες, εἰργάζοντο στεφάνους. Συνεχῶς δὲ καὶ θαμινὰ ἐπικροτοῦντες τοῖς ὅπλοις διὰ τῶν ὀρῶν, συνεκκαίοντες καὶ τὰ δένδρα, ἐπὶ τὴν παῖδα ἔσπευδον, κακοὶ μνηστῆρες, 37 σὺν ὕβρει καὶ ἄντρῳ τὰ ἕδνα τῶν γάμων προεκτελοῦντες· τὴν δὲ οὐκ ἔλαθεν ἡ ἐπιβουλή. Ἰδοῦσα δὲ ἐκ τοῦ ἄντρου τὸ πῦρ, καὶ γνωρίσασα, οἵτινές ποτε ἄρα ἦσαν οἱ κωμασταὶ, μηδὲν διατραπεῖσα, μηδὲ ὑπὸ τῆς ὄψεως καταπτήξασα, τὸ μὲν τόξον ἐκύκλωσεν, ἀφῆκε δὲ τὸ βέλος, καὶ ἔτυχε τοῦ πρώτου μάλα εὐκαίρως. Καὶ ὁ μὲν ἔκειτο, ἐπῄει δὲ ὁ δεύτερος οὐκ ἔτι κωμαστικῶς, ἀλλ' ἤδη πολεμικῶς, ἐκεί-

illo ignis adſpectu exterruiſſent vel populum, nedum unam puellam. Ramos vero recentes de pinubus detrahendo, iiſque redimiendo ſe ipſos, fecerunt coronas. Continuum autem ac vehementem ſtrepitum cientes armis per montes, incendentes ſimul etiam arbores, ad puellam contendebant, nequam proci, cum inſolentia & tumultu ſua munera ante nuptias afferentes: illam vero non latuerunt inſidiæ. Sed quum vidiſſet ignem è ſpecu, & cognoviſſet, quinam eſſent laſcivientes iſti, nihil commota, neque illo aſpectu territa, arcum intendit, telumque *in eos* miſit, & letali prorſus vulnere priorem tetigit. Atque ille quidem jacebat, Alter vero, non amplius comiſſantium more, ſed jam hoſtili modo in eam irruebat, illum

reſpondet eleganter, οὐδὲ ἄμπελοι, *neque vites*, quaſi ubi *vinum* non eſſet, nullus iſtic uſus foret *tibiarum.* Miror autem, quid moverit Vultejum, & tot alios Editores, ut Αὐλητρίδες reddiderint *tibicinibus*, quum extra controverſiam ſint *Tibicinæ*, & feminæ ad tibias & muſica hujuſmodi ab adoleſcentibus maxime adhiberi fuerint ſolitæ. Sic in Conviviis Stratonis Sidonii πολλαὶ παρῆσαν γυναικῶν μουσουργοὶ καὶ Αὐλητρίδες, *ſupra* VII. 2. Et Iſocrates *Areop. pag.* 354. olim Atticos adoleſcentes οὐκ ἐν ταῖς αὐλητρίσιν, *non inter Tibicinas*, vitam agere ſolitos ait, ut ſuo tempore faciant. Immo & in ſponſa deducenda *Tibicinæ* potiſſimum aderant. Vide Terent. *Adel.* v. 7. 7. Senſus autem hujus loci eſt, comiſſationem illorum non conſtitiſſe, vel non fuiſſe inſtructam, cantu tibicinarum, neque illis quibus &c. ſed tædis. PERIZ.

37 Καὶ ἄντρῳ τὰ ἕδνα] ὄχλῳ, vel κώμῳ, vel tale quid. GESNER. Mihi non videtur. Sermo enim eſt de ſpecu, in quo habitabat Atalanta. Dicit autem ſpeluncæ intuliſſe metum, pro ipſi Atalantæ, figura notiſſima, qua continens ponitur pro contento. Mureto viſum legere σὺν ὕβρει καὶ ἀνατροπῇ. SCHEFF. Lege ἀϋτῇ id eſt *vociferatione:* vox Poetica huic rei apta. FABER. Legerem καὶ αὐτὼ, *& illi duo*, ut reſpiciat Auctor ad *procos Penelopes* ὑπέρβιον ὕβριν ἔχοντας, *in omnem laſciviem, contumeliam, injuriamque projectos, antequam Penelopæ aliquod donum nuptiale* dediſſent. Hujus farinæ mneſteres Hylæus & Rhœcus ipſi quoque ante nuptias cum contumelia ſolverunt nuptialia munera. Nec obſtat, quod ſequitur προεκτελοῦντες. Sæpe enim duali copulatur pluralis, ut alibi exemplis probatum. vid. *not. ad lib.* VI. *cap.* 10. Pro ἕδνα lege ἕδνα & deleatur comma poſt ὕβρει, confer Heſych. in ἀνάεδνα. KUHN.

Σὺν

ἐκείνῳ μὲν ἐπαμῦναι θέλων, ἑαυτοῦ δὲ ἐμπλῆσαι τὴν ὁρμήν. 38 Απήντησε δὲ ἄρα καὶ τούτῳ τιμωρὸς ὁ τῆς κόρης οἰστὸς ὁ ἕτερος. 39 Καὶ ὑπὲρ τῆς Ιασίωνος Αταλάντης τοσαῦτα.

quidem ulcisci, suum vero iræ affectum explere cupiens. At obviam venit etiam huic alterum virginis telum, quod ipsum puniret. Et de Jasionis filia Atalanta tantum est.

Σὺν ὕβρει ϗ αὔτρῳ τὰ ἔδνα &c.] Locus manifeste corruptus, sed & nullo præditus sensu. Quid enim est σὺν αὔτρῳ? Nihil prorsus. Atque ideo variis illud conjecturis tentant. Alius malit ὄχλῳ vel κώμῳ, alius ἀνατροπῇ, alius αὐτῶ, qui dualis est ab αὐτὸς. Faber ἀϋτῇ, poetica voce, quæ *vociferationem clamoremque bellicum* notat, atque ad sensum hujus loci, ac literas vulgatæ lectionis, proxime accedit. MSti nihil nos juvant. Sluisk. legit ϗ ἄτρωτα ἔδνα. Atque ita & Mediceus uterque, nisi quod alter ἄτρω τὰ, quomodo etiam Regius Par. C. alter ἄτρωτα sine accentu. Lugd. omittit τὰ ἔδνα. Quapropter omnibus consideratis, vel receperim Fabri conjecturam, vel legerim σὺν ὕβρει ϗ ἀνιαρῶς, *cum insolentia, & luctu adferendo.* Nisi quis malit σὺν ὕβρει ϗ ἀτμοῦ, *cum insolentia & fumo,* quia incenderant arbores circa antrum, & tedas manibus gestabant. Cl. Boivinius conjicit ἀφροῦ, *spuma*, furoris indice. PERIZ. Pro ἄτρωτα ἔδνα, quod etiam exhibet Mediceus, videtur legendum unica litera mutata ἀγροῦ τὰ ἔδνα. Hesychius. Α'γρῦ πλέως, ἀγροικίας πλήρης. Catullus *Carm.* XIX. 14.

Idem inficeto est inficetior rure,
Simul poëmata attigit.

38 Απήντησε δὲ ἄρα τούτῳ τιμωρὸς] Excidit, haud dubie Typographi culpa, ϗ ante τούτῳ ex prima & Romana Editione, quod reponi eum in locum postulat & sensus & MStorum constans scriptura, atque ideo restitui, quum in omnibus desideraretur Edd. PERIZ.

39 Καὶ ὑπὲρ τῆς Ιασίωνος] Mediceus: ϗ ὑπὲρ μὲν τῆς Ιασ.

ΚΕΦ. β'.

Πῶς ὁ Μακαρεὺς ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ ἀπηνείας ὑπὸ τῶν Θεῶν ἐτιμωρήθη.

ΜΙτυληναῖος ἀνὴρ, Μακαρεὺς ὄνομα, ἱερεὺς τοῦ Διονύσου, [1] ὅσα μὲν

CAP. II.

Quomodo Macareus ob crudelitatem suam à Diis punitus sit.

MItylenæus vir, nomine Macareus, sacrificulus Bacchi, quantum

1 Ουτος ἰδεῖν] Lege οὕτως. FABER. Videntur verba trajecta. οὗτος ὅσα μὲν ἰδεῖν, ordo syntaxeos exigit. KUHN.

Οσα μὲν οὗτος ἰδεῖν] Miror enim vero sollicitari hæc à Viris Doctissimis, Fabro jubente *legi* οὕτως, Kuhnio *verba* censente *trajecta*, idque *ordinem syntaxeos exigere.* Optime se habet Codicum lectio, modo distinguatur, ut feci, post ἰδεῖν. Sensus est, *quantum ille videri*, vel *visu cognosci poterat.* Syntaxis autem, καθ' ὅσα μὲν οὗτος ἦν ἰδεῖν. Infinita apud Græcos, uti quæ dicuntur *Gerundia* Latinis, sensu æque passivo ac Activo occurrunt passim posita. Sic Κάλλιστος ἰδεῖν *supra* I. 30. & alibi. Theognis *versu* 215. de Polypo,

μὲν οὗτος ἰδεῖν, πρᾶος ἦν καὶ ἐπιεικὴς, ἀνοσιώτατος δὲ ἀνθρώπων τὰ μάλιστα. Ξένου δὲ ἥκοντος παρ' αὐτὸν, καὶ δόντος αὐτῷ [2] παρακαταθήκην χρυσίου πλῆθος, [3] ἐν τῷ μυχῷ τοῦ ἀνακτόρου, τὴν γῆν διασκάψας, ὁ Μακαρεὺς κατώρυξε τὸ χρυσίον. Χρόνῳ δὲ ἀφικόμενος ὁ ξένος τὸ χρυσίον ἀπῄτει. Ὁ δὲ, εἰσαγα-

tum quidem ille videri poterat, mansuetus erat & mitis, at *reipsa* vel maxime hominum impiissimus. Quum itaque hospes quidam ad eum veniret, & ipsi depositum multum auri daret, Macareus in recessu templi, eruta terra, aurum defodit. *Interjecto* tempore reversus hospes aurum reposcebat. Ille vero *cum*, quum

—— —— ὃς ποτὶ πέτρῃ,
Τῇ προσομιλήσει, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη.

Qui apud petram, cui se applicat, talis apparet aspectu. Nisi additus esset Nominativus οὗτος, quem Viri Docti mutare vel loco movere volunt, sensus foret ambiguus. Nam, ὅσα ἰδεῖν, potest etiam notare, *quantum ille videre poterat*, qro ὅσα αὐτῷ ἰδεῖν ἦν. Sic I. 4. καὶ πίνουσιν, ὅσον ἁρπάσαι, pro, ὅσον αὐτοῖς ἁρπάσαι ἦν. PERIZ.

2 Παρακαταθήκην] Non multum abludit, quod Herod. *lib.* VI. habet de Glauco quodam, qui Oraculum consuluit, εἰ ὅρκῳ τὰ χρήματα λῄσεται; *an depositum abjurare liceret?* Sed Oraculo pœnam omnibus perjuriis pedissequam denunciante, Glaucus veniam supplex petiit cogitati facinoris; cui Apollo regessit. Τὸ πειραθῆναι τοῦ θεοῦ καὶ τὸ ποιῆσαι ἴσον δύναται. *Deum tentare & ipsum facinus perpetrare eodem recidunt.* Utut igitur Glaucus depositum hospiti suo integrum reddiderat, cum omni tamen stirpe funditus interiit. KUHN.

Παρακαταθήκην &c.] Pecuniæ in Templis, tanquam locis sanctissimis & tutissimis, deponi solebant apud Veteres. Sic Hannibal apud Corn. Nep. *cap.* 9. Amphoras auro & argento opertas *deponit in templo Dianæ.* Immo & commune ærarium Græciæ erat in Templo Deli, Thucyd. *lib.* I. *cap.* 96. Sed res est notissima. Vide Lipsium *ad Tacitum Ann.* I. 8. & Rævardum *Varior.* I. 15. Paulo ante malim, ξένου γὰρ ἥκ. Melior ita erit nexus: & particulæ hæ, quia compendiis quibusdam notari tantum solent, sæpe ideo occurrunt nobis corruptæ. PERIZ.

3 Ἀνακτόρου] Ἀνάκτορον quodvis templum, privatim vero Anacorum i. Castoris & Pollucis. GESNER.

Ἐν τῷ μυχῷ τοῦ Ἀνακτόρου] Μυχοὶ dicebantur omnium rerum int ma. Sic Hesiodus Θεογ. 119. Tartara locat ἐν μυχῷ χθονὸς, *in intimo recessu terræ.* Et Ἐργ. 521. Virginem ait cubare μυχίην, ἔνδοθεν οἴκου. Vide istic Cl. Grævium in *Addendis.* Pindarus *Pythior.* VI. 46. Sapientiam tribuit μυχοῖς Πιερίδων. Julianus *Orat.* I. *pag.* 8. divitias μυχοῖς τῶν βασιλείων. Ubi Vide Illustr. Spanhemium *pag.* 68. Ἀνάκτορα autem quævis dicuntur *templa*, ut Ἄνακτες quilibes *Dii.* Vide Eundem Ill. Virum *ad Callimachum Hymno in Apoll. v.* 77. & 79. PERIZ.

4 Ἀντ' αὐτοῦ δὲ τὸν ξένον κατέθηκε] Leve est, fateor, sed ne quid prætercam sciens, monitum volo, Lugd. Codicem habere κατέθετο. Et sic sane solet Noster. Plane enim ita *supra* I. 6. ὑποστρέψασαι εἰς τὸν χῶρον, ἐν ᾧ κατέθεντο κρύψασαι τὰ ἑαυτῶν βρέφη, ἀνώρυξαν τὴν γῆν. II. 27. φροντίδα τοσαύτην κατατιθέμενος εἰς μικρὰ οὕτω Et alibi. IDEM.

5 Πόθεν] abundat. GESNER. Gesnerus abundare voluit, quod mihi secus videtur. Est enim formula interrogationis, vim habens negandi maximam, & apud Demosthenem occurrit. KUHN.

Πόθεν] Prætermissa erat penitus hujus voculæ expositio cum in Versione, tum in Notis, atque ipso Indice, licet ita absolute posita, sequente insuper particula δὲ, non possit non offendere, certe tirones. Sed quid Tirones dico? quum ipse Gesnerus eam in margine notaverit *abundare*, quasi deleri eam voluisset. Er retinuerunt hanc notulam Tornæ

ἀγαγὼν ἔνδον, ὡς ἀποδώσων, κατέσφαξε, καὶ τὸ χρυσίον ἀνώρυξεν, ⁴ ἀντ'

quum tanquam restituturus, intus in *templum* duxisset, occidit, atque effos-

næsianæ ac reliquæ Edd. usque ad Schefferum, qui, ut omnia marginalia Gesneri, removit nec tamen explicuit hanc voculam. At vero non abundat, sed solet ita adhiberi ad aliquid vehementer negandum. Hinc Suidas, Ποθεν, ἀρνητικὸν, ἶσον τῷ Οὐδαμῶς *est negandi particula*, *idem notans*, *quod* οὐδαμῶς, *nequaquam.* Proprie idem est, ac si quis diceret, *quomodo hoc ita se habere posset*, *ita fieri posset?* Et sic apud Suidam in *v.* Ἀνασώσων ex Æliano, οὐκ προσδοκῶν, τὸν τόπον τὸν προειρημένον δυνήσεσθαι αὐτοὺς ἀνασῶσαι καὶ κομίσασθαι. Πόθεν? Ἀλλ' ἵνα &c. *Non exspectans fore*, *ut illi possint prædictum locum recuperare*, *& auferre*; *Nequaquam. Sed ut* &c. Sæpe additur γὰρ. Dionys. Halic. *lib.* VII. *pag.* 456. μὴ λύειν τῶν τότε συγχωρηθέντων μηθὲν, οὐχὶ ὡς καλῶν ὄντων· πόθεν γάρ; ἀλλ' ὡς ἀναγκαίων, *neque abolere quidquam eorum*, *quæ tum concessa sunt*, *non tanquam quæ pulchra sint*: *nequaquam*, vel *quomodo enim pulchra haberi possint? sed tanquam necessaria.* Et *de Demosthenis Eloquentia pag.* 175. οὐ λέγω τῶν εὐδοκιμησάντων· πόθεν γάρ; ἀλλὰ τῶν μισηθέντων, *non loquor de laudatis*: *nequaquam*, *sed de invisis.* Plutarchus Ἐρωτικῷ *pag.* 760. ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι. Ποθεν γάρ; *Ego non puto. Nequaquam.* PERIZ.

6 Τριετηρίδες] Solennia maxime Bacchi sacra tertio quoque anno celebrari solita. Vide Hyginum *Fab.* 131. & Servium *ad Virgil. Æn.* IV. 302. Hinc Ovidius *Metam.* VI. 587.

> *Tempus erat*, *quo sacra solent Trieterica*
> *Baccho*
> *Sithoniæ celebrare nurus.* ——

Et IX. 641.

> *Utque tuo motæ*, *proles Semeleia*, *thyrso*
> *Ismariæ celebrant repetita triennia Bacchæ.*

Euripides in *Bacchis v.* 134. τριετηρίδων, αἷς χαίρει Διόνυσος. IDEM.

7 Περὶ τὴν βακχείαν εἶχεν] Minus intellecta hæc videntur, certe neutiquam exposita sunt, ut oportebat, ab Editoribus. Vultejus conjunxit cum proximis superioribus, & ita reddidit: *Tum quum ille magna celebritate divinam rem obiret*, *atque in cerimoniis festalibus occupatus esset.* Hanc versionem retinuerunt omnes dein Editores. At vero separanda hæc à superioribus, ut revera fecit Auctor, & ut sunt diversa diversi temporis & loci. Primum enim Macareus splendide sacrum fecit domi & apud templum: at eo facto, extra domum in vicina sylvarum aut montium bacchabatur cum thyrso, ritu in his sacris usitato. Procul enim utique aberat ab ara, & domo, ut liquet ex hoc ipso loco, & oppositione Patris βακχεύοντος, ac Filiorum *domi* & *apud aram relictorum.* Sed & in hisce sacris passim dicuntur Bacchæ *Excitæ.* Virgil. IV. *Æn.* 301.

> —— —— *totamque incensa per Urbem*
> *BACCHATUR*, *qualis commotis EXCITA sacris*
> *Thyas*, *ubi audito stimulant Trieterica Baccho*
> *Orgia*, *nocturnusque vocat clamore Cithæron.*

De Progne etiam, sacra Bacchi simulante, Ovidius *Metam.* VI. 594. *Concita per sylvas turba comitante suarum.* Sed disertissime Euripides in *Bacchis*, eas identidem vocat εἰς ὄρος, εἰς ὄρος, *in montem*, *in montem.* Istic vero *bacchabantur*, seu discurrebant cum clamore & cantu thyrsum quatientes, quæ est βακχεία. Atque ita dicuntur ibidem *v.* 76. ἐν ὄρεσι βακχεύειν, *in montibus bacchari*, & *v.* 217. queritur Pentheus, Γυναῖκας ἡμῖν δώματ' ἐκλελοιπέναι Πλαστοῖσι Βακχείαισι, *Mulieres nobis reliquisse domos Confictis Bacchationum sacris.* Hinc etiam Dionys. Halic. *lib.* II. *p.* 91. Romanis in usu esse negat Κορυβαντιασμοὺς, ἀγερμοὺς, Βακχείας, *Corybanticas saltationes*, *Agyrtarum circuitiones*, *Bacchationes* illas, licet ceteroqui Bacchum quoque coluerint. Sed & hinc jam ipsa majoris motus saltatio, qualis est Bacchantium, vocatur Βακχεία. Aristoteles *Polit.* IX. 7. Πᾶσα βακχεία, καὶ πᾶσα

ἡ τοιαύ-

4 ἀντ᾽ αὐτοῦ δὲ τὸν ξένον κατέθηκε· καὶ ᾤετο, ὥσπερ τοὺς ἀνθρώπους, λανθάνειν οὕτω καὶ τὸν Θεόν. Πλὴν οὐκ ἀπήντησε ταῦτα ταύτῃ. 5 Πόθεν; χρόνου δὲ ὀλίγου διεληλυθότος, αἱ μὲν τοῦ Θεοῦ 6 τριετηρίδες ἀφίκοντο· ὁ δὲ ἔθυε μεγαλοπρεπῶς· καὶ ὁ μὲν 7 περὶ τὴν βακχείαν εἶχεν, οἱ δὲ παῖδες αὐτοῦ, δύο ὄντες, ἔνδον ἀπελείφθησαν ἐν τῇ οἰκίᾳ, καὶ μιμούμενοι τὴν τοῦ πατρὸς ἱερουργίαν, 8 τῷ βωμῷ τῷ πατρῴῳ προσῆλθον, ἔτι καιομένων τῶν ἐμπύρων· καὶ ὁ μὲν νεώτερος παρέσχε τὸν τράχηλον, ὁ δὲ πρεσβύτερος, ἠμελημένην εὑρὼν σφαγίδα, 9 τὸν ἀδελφὸν ἀπέκτεινεν, ὡς ἱερεῖον. Ὁι δὲ κατὰ τὴν οἰκίαν, ἰδόντες, ἀνεβόησαν. Ἀκούσασα δὲ ἡ μήτηρ τῆς βοῆς ἐξεπήδησε, καὶ θεασα-

effosso auro, hospitem in ejus locum reposuit: ac quemadmodum homines, sic etiam Deum latere arbitrabatur. Sed non evenerunt hæc ita. Nequaquam. Verum exiguo tempore præterito, Festum Dei trietericum aderat: ipse vero magnifice sacra faciebat: atque ille quidem Bacchationi operam *jam* dabat, filii vero ejus, qui duo erant, intus domi fuerunt relicti, patrisque immolationem imitantes, accesserunt ad aram paternam, ardentibus adhuc sacris: & junior quidem collum præbebat, adultior vero, quum invenisset temere relictam istic securim, fratrem ceu victimam mactavit. Qui autem domi erant, quum id vidissent, exclamarunt. Mater audito

ἡ τοιαύτη κίνησις, μάλιστα τῶν ὀργάνων ἐστὶν ἐν τοῖς αὐλοῖς, *Omnis bacchatio, & omnis talis motus, inest maxime inter instrumenta in tibiis*, h. e. congruit tibiis, vel excitatur à tibiis. Noster quoque *supra* II. 40. Corvos & Canes ait, simulac comederint herbam œnuttam, βακχεύεσθαι. PERIZ.

8 Τῷ βωμῷ τῷ πατρῴῳ] Ara, in qua Pater, qui erat Sacerdos Bacchi, sacra facere solebat, & ad quam, τὴν τοῦ πατρὸς ἱερουργίαν imitari volebant Filii. Ceteroquin etiam Bacchus cognominatus à quibusdam fuit Πατρῷος. Vide Pausaniam *Atticis cap.* 43. Sed & à Romanis *Liber Pater* proprie dicebatur. Ovid. *Fastor.* III. 775. ad Bacchum, cujus festo Patres Filiis dabant togam puram,

> *Seu quia tu Pater es, Patres sua pignora Natos*
> *Commendant curæ numinibusque tuis.*

Sed nihil ista ad hanc Aram pertinent. IDEM.

9 Τὸν ἀδελφὸν ἀπέκτεινεν] Addidi ex MStis & pristinis Edd. ὡς ἱερεῖον, quod turpi incuria ex Kuhniana exciderat. Paulo post pro Ἀκούσασα καὶ ἡ μήτηρ rescripsi volentibus ita MStis, Ἀκούσασα δὲ ἡ μ. Nescio unde illud καὶ in Gesnerianam irrepserit, ex qua reliquæ omnes acceperunt. Nam Primæ, Romana & Basileensis, nullam istic particulam ostentant, haud dubie etiam illud culpâ Typographi Romani. MSti enim pariter δὲ habent, quod rectum est. Sed & in seqq. male exhibetur in Kuhniana σὺν ὀργῇ καὶ θυμῷ, quum omnes aliæ ex MStis legerint σὺν ὁρμῇ &c. IDEM.

10 Στρεβλούμενος] At quare? Nam ἔκπυστα, *cognita*, utique erant omnibus τὰ τολμηθέντα, excepta tamen cæde illa Hospitis. Scilicet haud credebant, Sacerdoti mediis in sacris, quasi à præsente Deo, immissum iri tot & tanta mala domestica, nisi graviori quodam facinore, quod ipsi ignorarent, iram Dei irritasset. Plane sicuti Melitenses, quum Pauli manibus, qui tantum quod ex naufragio evaserat, echidna adhæreret, inde colligebant confestim, *sine dubio eum Homicidam esse*, quem

σαμένη τὸν μὲν νεκρὸν, τὸν δὲ κατέχοντα ἔτι τὴν σφαγίδα ἡμαγμένην, σχίζαν ἁρπάσασα τῶν ἐκ τοῦ βωμοῦ ἡμίκαυτον, ταύτῃ τὸν παῖδα ἀπέκτεινεν. Ηκε δὲ ἀγγελία πρὸς τὸν Μακαρέα, καὶ ἀπολιπὼν τὴν τελετὴν, ὡς εἶχε, σὺν ὁρμῇ καὶ θυμῷ εἰσεπήδησεν εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ τῷ θύρσῳ, ᾧ κατεῖχε, τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἔκτεινεν. Εκπυστα οὖν ἐγένοντο τὰ τολμηθέντα εἰς πάντας· καὶ συλληφθεὶς ὁ Μακαρεὺς, καὶ [10] στρεβλούμενος, ὡμολόγησεν, ὅσα ἐν τῷ ἀνακτόρῳ ἔδρασεν· ἐν αὐταῖς δὲ ταῖς κολάσεσι, τὴν ψυχὴν ἀπέρρηξεν. Ο δὲ παρανόμως σφαγεὶς, διὰ τιμῆς ἦλθε δημοσίᾳ, καὶ ἐτάφη, τοῦ Θεοῦ προστάξαντος. Ετισεν οὖν ὁ Μακαρεὺς οὐ μεμπτὴν τὴν δίκην, [11] τοῦτο δὴ τὸ ποιητικὸν, σὺν τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ,

to clamore prosiluit, vidensque trucidatum alterum, alterum adhuc securim sanguine oblitam manu tenentem, arrepto ex altari torre semiusto, filium eo occidit. Pervenit autem *rei* nuncius ad Macareum, qui relictis sacris, quantum potuit, cum impetu & ira in ædes insiluit, atque thyrso, quem tenebat, uxorem interemit. Palam itaque omnibus facta sunt hæc facinora; & comprehensus Macareus, ac tortus, confessus est, quæcunque in templo *quondam* perpetrârat: in ipsis vero quæstionibus animam efflavit. At ille, qui nefarie obtruncatus erat, honoratus est publice, & sepultus, jussu Dei. Macareus igitur non iniquam pependit pœnam, juxta poëticum illud, suo ipsius, uxorisque, sed

quem servatum è mari, ultio divina ita persequeretur, *Actor. Ap.* XXVIII. 4. Et hinc frequentissima apud Veteres exempla facinorosorum, quos Furiæ & Nemesis persequebantur, usque dum expiati essent. De Hercule Furente, Alcmæone, Oreste res notissima est. De Peleo, qui fratrem Phocum occiderat, Vide Ovidium *Metam.* XI. *v.* 268. & 408. Eadem fuit ratio Cylonii piaculi, quod tantas Athenis turbas dedit, & ad quod expiandum, grassante ideo, ut putabant, pestilentia, adhibitus & evocatus ex Creta est Epimenides. Vide Laertium in *Epimen.* & Suidam. Vide & *supra* VIII. 5. Periz.

11 Τὸ ποιητικὸν] Homeri scilicet *Iliad.* Δ.

——— ——— σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν
Σὺν σφῇσι κεφαλῇσι γυναιξί τε καὶ τεκέεσσιν.
——— ——— *magno solvent*
Suis cum capitibus, uxoribusque & liberis. Kuhn.

Τοῦτο δὴ τὸ ποιητικὸν] Homericum est, ut jam ostendit Kuhnius ex *Iliad.* Δ. Sed & Oraculi Delphici ac Poëtici, ab ipso Auctore jam memorati *supra* III. 43.

Τοῖς δὲ κακῶς ῥέξασι δίκης τέλος οὐχὶ χρονιστὸν,
Αλλ᾽ αὐτῶν κεφαλῇσι, καὶ ἐν σφετέροισι τέκεσσιν
Ειλεῖται, καὶ πῆμα δόμοις ἐπὶ πήματι βαίνει.

Similiter vero Ælianus etiam in *lib.* περὶ θείων ἐναργειῶν apud Suidam in Ανεμάξατο. Πάντα ὅσα ἔδρασεν, ἀνεμάξατο καὶ ἔτισε τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ, *omnia quæ perpetravit, suo capite abstersit & luit.* Mox Sluisk. etiam, æque ac C. Paris. teste Scheffero, προσέτισε. Sed Lugd. & ceteri tuentur προσέτι, quod probum est. Periz. Mediceus, καὶ οὖν τῇ τῶν παίδων προσέτι.

12 Παίδων προσέτι] MS. C. προσέτισε. videtur utrumque natum ex superiori ἔτισεν, atque delendum. Scheff. προσέτι lituram non me-

φαλῇ, καὶ τῇ τῆς γυναικὸς, καὶ οὖν καὶ τῇ τῶν [12] παίδων προσέτι.

ſed & liberorum capitibus inſuper.

meretur, ſignificatque *præterea*, *inſuper*. Heſych. περιστέπι, περὶς τέπις. qui ex MS. legere malit περιστίζει, non male fuerit. KUHN.

ΚΕΦ. γ'.

Περὶ Βήλου μνήματος, καὶ κακοῦ τῷ Ξέρξῃ σημείου ἐν τούτῳ προφαινομένου.

Ξέρξης ὁ Δαρείου παῖς, [1] τοῦ Βήλου τοῦ ἀρχαίου [2] διασκάψας τὸ μνῆμα, [3] πύελον ὑελίνην εὗρεν, ἔνθα

CAP. III.

De monumento Beli, atque infortunato in hoc oſtento Xerxi exhibito.

Xerxes Darii filius, perfoſſo Vetuſti illius Beli monumento, vitreum ſolium reperit, ubi jacebat in

1 Τοῦ Βήλου τοῦ ἀρχαίου] Hæc ex *Perſicis* Cteſiæ deſumpta videntur Scribit autem non Beli monumentum hoc, ſed Belitanæ fuiſſe. Ecce verba de Xerxe: εἰς Βαβυλῶνα ἀφίκετο, καὶ ἰδεῖν ἐπεθύμησε τὸν Βελιτανᾶ τάφον, καὶ εἶδε διὰ Μαρδονίου. Subjicit dein ſequentia. SCHEFF. Cteſiæ τὸ, Βελιτανᾶ τάφον ita capio, ut Βελιτανᾶ ex lingua Perſica notet locum, in quo τάφος ſepulchrum templumque Beli erat. סטאן enim ita Perſis uſurpatur, ut ערבסטאן *Arabum regio* הנדסתאן *Hindorum Regio* &c. ita quoque *Beliſtan* vel *Belitan* περιεκτικὸν erat totius regionis, quæ & ſepulchretum & templum Beli in ſe continebat. Nam τὸ τάφον eſt apud Cteſiam ἐπεξήγησις præcedentis, terminatio ᾶ ex Græco eſt. KUHN.

Τοῦ Βήλου Ἀρχαίου] Repoſui ex MSS. & Edd. priſci τοῦ Βήλου τοῦ Ἀρχαίου. Poſterius τοῦ turpi negligentia ex quatuor poſtremis omiſſum erat. *Belus* autem ille *Antiquus* eſt is, qui Babylona traditur condidiſſe, & ideo à Babyloniis præcipue colebatur, ut ex Sacris ſimul ac profanis Literis conſtat. Nempe idem eſt, qui Nimrodus, hoc *Beli* nomine, tanquam Divino, à poſteris ornatus, ut in *Babylonicis Originibus* oſtendi. PERIZ.

2 Διασκάψας τὸ μνῆμα] Non ſufficit ſenſui & Hiſtoriæ, *effoſſo monumento*, ut vertebatur. Unde & mox, παρέκειτο δὲ τῇ πυέλῳ καὶ στήλη βραχεῖα, exponebatur *Adjacebat*, quaſi ſubterraneum quoddam & vulgare fuiſſet ſepulchrum, in quo columna ſtare non potuerit erecta, & quod ideo *effodi* debuerit. Voluit Auctor idem, quod diſertius ait Strabo *lib.* XVI. *pag.* 738. Sepulchrum hoc Beli habuiſſe formam *Pyramidis quadratæ*, ex latere coctili ſtructum. Et ita Regum Perſicorum ſepulchra erant πύργοι, *turres*, Vide Briſſonium *lib.* I. *de Regno Perſ.* Addit Strabo, Xerxem Beli ſepulchrum diruiſſe, & Alexandrum voluiſſe reſtituere, ſed morte præventum. Ex Noſtro tamen colligas intimum penetrale, in quo fuerit ſolium ſeu conditorium, relictum integrum. De πυέλῳ ὑελίνῃ quod ſequitur, id tradidit & Cteſias in *Perſicis* apud Photium *pag.* 116. Ille vero Babylonium hocce *ſepulchrum* dicit non Βήλου, ſed Βελιτανᾶ: id quod Kuhnius pro *Beliſthana* putat dictum, & interpretatur *Beli regionem*, quia סטאן apud Perſas *regionem* notat. Sed præterquam quod abſurdum eſt, dici ita junctim *ſepulchrum Beli regionem*, antiquius etiam illud nomen fuit, quam ut ex poſteriori lingua Perſica deduci debeat. Adde oportuniſſimam eſſe hujus vocabuli ſignificationem, iiſdem plane literis, in lingua Hebraica & Chaldaica ſeu Babylonica, ubi *Belitana* notat *Belum*, ſeu *Dominum*, *Validum*

θα ἦν κείμενος ὁ νεκρὸς ἐν ἐλαίῳ. Ου μὴν πεπλήρωτο ἡ πύελος, ἐνέδει δὲ ἀπὸ τοῦ χείλους 4 εἰς παλαιστὴν ἴσως. Παρέκειτο δὲ τῇ πυέλῳ καὶ στήλη βραχεῖα, ἔνθα ἐγέγραπτο, τῷ ἀνοίξαντι τὸ μνῆμα, καὶ μὴ ἀναπληρώσαντι τὴν πύελον, 5 οὐκ ἔστιν ἄμεινον. Αναγνοὺς δὲ ὁ Ξέρξης ἔδεισε, καὶ

in oleo cadaver. Neque vero plenus fuit loculus, sed deerat à labro circiter palmi spacium. Adstabat autem solio etiam columna exigua, in qua scriptum erat, ei, qui sepulchrum aperuerit, neque repleverit solium, res non est meliore loco. Xerxes vero, quum *id* legisset, expa-

lidum ac *potentem*. איתן enim *validus* est & *robustus* apud Hebræos, unde Chaldæum erit, solita istic terminatione, איתנא: quod si maxime in reliquiis Chaldaicæ Linguæ nunc forte non occurrat, tamen id olim, ut illa appellatio, *Belitana*, fuit antiquissima, etiam Chaldæis in usu fuisse, ex Hebraico sermone, ubi frequens est, colligere licet, plane ut vicissim Hebraica multa eruuntur è Linguis Cognatis. Periz.

3 Πύελον] MSS. B. & C. πλύελον, & sic semper Hesychius. πλύελον σκεῦος ἐπιτήδειον πρὸς λουτρὸν ἢ πλύσμα. Scheff. Hesych. πύελος ἡ ἀσάμινθος ἢ λάρναξ. vide Arrian. de sepulchro Cyri agentem *circa finem lib*. VI. Kuhn.

Πύελον ὑελίνην] Sic & Sluisk. At Lugd. semper πλύελον, itidem ut B. & C. Parisienses. Sed minus recte. Nam πλύελον est *vas*, *in quod sputum ejicitur*. At πύελος proprie est ac primitus. ut arbitror, *loculus*, *solium*, in quo ipsum cadaver deponebatur, à πύον, *pus*, *tabum*, unde & πύθω, *puteo*, & Latinorum *Putei* ac *Puticuli*, in quibus cadavera pauperum abjiciebantur & putescebant. Vide Festum in *Puticuli*, & *supra ad* XII. 21. Deinde vero, & frequentissime, *solium balneare*, quod itidem corpus eorum, qui balneo utebantur, excipiebat. Hoc sensu passim reperias apud Aristophanem, at priore apud Pollucem III. 19. qui jungit πυέλους θήκαις & σοροῖς, tum Strabonem *lib*. XV. *pag*. 730. & Arrianum *lib*. VI. *pag*. 435. qui in Cyri sepulchro ajunt fuisse πύελον χρυσῆν. Denique notat & *alveum*, in quo excipiunt Pastores primum lac, à πυὸς, quod *primum lac*, seu ἀπόνθισμα τοῦ γάλακτος significat. Vide Eustath. *ad Hom. Odyss*. T. *p*. *m*. 712. Quod autem Noster dicit ὑελίνην, id vero incusatur à Phrynicho, ut minus probum; Nam ait, ἁμαρτάνουσιν οἱ διὰ τοῦ E λέγοντες· ἀδόκιμον γάρ. *Peccant, qui illud per E pronunciant, improbum enim est*. Vide in Ψίεθος *pag*. 54. Vult ergo dici ὕαλος per A. in qua sententia etiam est Schol. *Aristoph. ad Nubes pag*. 170. addens Homeri tempore vocabulum hoc nondum fuisse in usu, sed pro eo apud ipsum & alios *Electri* vocem occurrere. Ceterum Antiquiores revera magis dixerunt ὕαλος, & ita Aristophanes *Acharn. pag*. 374. ἐπίνομεν ἐξ ὑαλίνων ἐκπωμάτων, *Bibimus ex vitreis poculis*. At posteriores etiam ὕελος, seu utrumque promiscue. Vide Hœschelium *ad Phrynichum*. Vel, ut Thomas Magister censet, ὕαλος dixerunt Attici, at ὕελος communiter Græci. Periz.

4 Εἰς παλαιστὴν] Sluisk. ut & Regii Paris. Primus ac Tertius, εἰς παλαιστὴν ἴσως, h. e. *quasi in palmi spatium*, *palmum circiter*. Non male, opinor. Et ita Vultejus sua sponte, ut videtur, reddidit. Ceterum etiam hic Phrynichus *pag*. 52. Παλαστὴ scribi jubet. Παλαστὴ τὸ μέτρον, καὶ θηλυκῶς λέγεται, καὶ ἄνευ τοῦ I. Αμαθεῖς δὲ, οἱ λέγοντες σὺν τῷ I. καὶ σὺν τῷ Σ. Παλαιστὴς, ὁμωνύμως τῷ Αθλητῇ, h. e. Παλαστὴ *mensura*, *& feminino genere dicitur & sine* I. *Imperiti vero sunt*, *qui pronunciant cum* I, *& cum* S. Παλαιστὴς, *eodem nomine*, *quo Athleta vocatur*. Quod de litera I prætermittenda præcipit, in eo vix quenquam sibi habet obsecundantem. At de *Genere* quod monet, in eo suffragatur ipsi & Thomas Magister: adversantur vero & Pollux *lib*. II. & Eustathius *ad Hom. Iliad*. Δ. *pag*. 343. Et sane apud LXX. Interpretes frequentius est eo sensu Masculinum genus, quam alterum. Notat autem mensuram quatuor digitorum sibi invi-

καὶ προσέταξεν ἐπιχέαι ἔλαιον τὴν ταχίστην· οὐ μὴν πεπλήρωτο· ὁ δὲ πάλιν προσέταξεν ἐπιχέαι· αὔξησιν δὲ οὐκ ἐλάμβανεν· ἕως ἀπεῖπε μάτην ἀναλίσκων τὸ ἐπιχεόμενον. Κατακλείσας δὲ ὀπίσω τὸν τάφον, ἀπηλλάγη ἀδημονῶν. Ου διεψεύσατο δὲ ἡ στήλη, ὅσα προεῖπεν. Αθροίσας γὰρ ἑβδομήκοντα μυριάδας ἐπὶ τοὺς Ελληνας, κακῶς ἀπήλλαξεν· εἶτα ἐπανελθὼν, αἴσχιστα ἀνθρώπων ἀπέθανεν, ἀποσφαγεὶς νύκτωρ ἐν τῇ εὐνῇ [6] ὑπὸ τοῦ υἱοῦ.

pavit, & oleum celerrime juſſit infundi: nec tamen impletum erat: ille vero iterum infundi juſſit: ſed nullum illud cepit incrementum; uſque dum animum deſponderet, fruſtra inſumens illud, quod infundebatur. Occludens vero rurſus ſepulchrum, abiit mœſtus. Neque vero fefellit in iis, quæ prædixit, columna. Nam quum ſeptingenta millia hominum adverſus Græcos congregaſſet *Xerxes*, infelix fuit: dein reverſus turpiſſime omnium hominum interiit, noctu in cubili à filio peremptus.

ΚΕΦ.

CAP.

invicem junctorum. Unde & Auctor Etymolog. Magni à πέλας vel πελάζειν vocem hanc derivat, quod forſan credidit & Phrynichus, quando literam I ex ea removeri voluit. Sed ſine dubio ejuſdem eſt originis, cujus παλάμη, *palma*, qua voce παλαιστὴν interpretatur Heſychius: & πάλη *lucta*, & παλαίω *luctor*, quæ omnia non dubito à πάλλειν *movere*, *quatere*, eſſe deducenda, unde & πάλος, *ſors*, *concuſſio*. PERIZ. Τὸ ἴσως, in præcedentibus temere omiſſum ex MSS. huc revocavi. Polybius *lib.* I. *Hiſt. cap.* 56. ἐν ἴσως πέντε σταδίοις. & *lib.* III. *cap.* 84. ἑξακισχίλιοι δὲ ἴσως τοῦ κατὰ τὸν αὐλῶνα τοὺς κατὰ πρόσωπον νικήσαντες. Mox pro ἀναπληρώσαντι Mediceus & Slniskianus legunt προσαναπληρώσαντι.

[5] Ουκ ἔστιν ἄμεινον] Lege οὐκ ἔσται. FABER. Nulla, opinor, juſta ſatis ratione legi hic voluit Faber ἔσται. Nam præterquam quod optimo ſenſu dicitur, *non eſt illi utile*, *hoc feciſſe*, ſæpe & maxime in vaticiniis Præſens pro Futuro ponitur, id quod *ad Sanctii Minervam* ſatis probavi. Sed & propria hæc eſt phraſis in denunciationibus. Sic plane apud Herodotum I. 187. in Nitocridis, Babylonicæ Reginæ, ſepulchro, μὴ μέντοι γε, μὴ σπανίσας γε, ἄλλως ἀνοίξῃ· οὐ γὰρ ἄμεινον *Ne tamen, qui non indiget pecuniæ, alia de cauſa aperiat: non enim id ei utile.* Heſiodus ἔργων v. 748.

Μὴ δ' ἐπὶ ἀκινήτοισι καθίζειν (οὐ γὰρ ἄμεινον)
Παῖδα δυωδεκαταῖον ———

Neque ſuper immobilibus collocet quis (non enim bonum eſt) puerum duodecennem. Et Noſter *Hiſt. Anim.* VI. 40. ἵνα μὴ προσάψωνται, ὧν θίγειν οὐκ ἄμεινον. *ne attingant, quæ attigiſſe non eſt bonum.* Sed & Latini ſæpius eodem modo in comminatione, *non erit melius.* Livius III. 41. *Non erit melius, inquit, niſi de quo conſulimus, vocem miſiſſe.* Ubi Vide omnino Virum Eruditiſſimum, Gronovium Patrem. PERIZ.

6 Υπὸ τοῦ υἱοῦ] Imo Αρταβάνου, qui poſtea hoc finxit: Juſtinus *lib.* III. *cap.* I. *Artabanus præfectus Xerxis, deficiente quotidie regis majeſtate, in ſpem regni adductus cum ſeptem robuſtiſſimis filiis regiam veſperi ingreditur, trucidatoque rege, voto ſuo obſiſtentes ejus filios aggreditur. Securior de Artaxerxe puero admodum, fingit regem à Dario, qui erat adoleſcens, quo maturius regno potiretur, occiſum.* Confirmat hoc & Diodorus Siculus *lib.* XI. SCHEFF. Vide Cteſiam in *excerptis* Photii *pag.* 57. KUHN.

Υπὸ τοῦ υἱοῦ] At Alii occiſum ab Artabano Xerxen tradunt, Filium vero, illius fraude, *falſa parricidii ſuſpicione oppreſſum* a Fratre, ut ait Juſtinus III. I. ubi Vide Notas, ut & Schefferum hic loci. PERIZ.

ΚΕΦ. δʹ.

Περὶ Εὐριπίδου ἐν ἑστιάσει μεθυσθέντος.

Ἀρχέλαος ὁ βασιλεὺς ἑστίασιν παρεσκεύασε πολυτελῆ τοῖς ἑταίροις· προϊόντος δὲ τοῦ πότου, ζωρότερον πιὼν Εὐριπίδης ὑπήχθη πως κατ' ὀλίγον εἰς μέθην· εἶτα συγκλιθέντα αὐτῷ [1] Ἀγάθωνα, τὸν τῆς τραγῳδίας ποιητήν, περιλαβὼν κατεφίλει, τεσσαράκοντα ἐτῶν που γεγονότα. Τοῦ δὲ Ἀρχελάου πυθομένου, εἰ καὶ νῦν ἔτι ἐρώμενος αὐτῷ δοκεῖ εἶναι, ἀπεκρίνατο, Ναὶ μὰ Δία· [2] οὐ γὰρ μόνον τὸ ἔαρ τῶν καλῶν κάλλιστον, ἀλλὰ καὶ τὸ μετόπωρον.

ΚΕΦ.

CAP. IV.

De Euripide in convivio inebriato.

Archelaus Rex ſumtuoſum convivium amicis apparavit: increbreſcente autem compotatione, quum meracius biberet Euripides, ſenſim in ebrietatem eſt delapſus. Deinde accumbentem ſibi Agathonem, Tragicum poëtam, complectens exoſculatus eſt, annos circiter quadraginta natum. Archelao autem interrogante, an etiamnum ipſi in deliciis habendus videretur? reſpondit, Per Jovem, omnino: non enim ver ſolum formoſorum eſt pulcherrimum, verum etiam autumnus.

CAP.

1 Ἀγάθωνα τὸν τῆς τραγῳδίας] Meminit Plutarchus in *Amatorio* & in *Apophtheg. Lacon.* At non Euripidi, verum Archelao dictum hoc attribuit. SCHEFF. In *vitâ Alcibiadis Euripidi* hoc dictum vindicat *ſtatim ab initio.* KUHN.

Ἀγάθωνα] Non *Tragœdiæ* tantum, ſed & Comœdiæ fuit Poëta. Vide *ſupra ad* II. 21. De *Archelao* Vide ibidem, & *ad* VIII. 9. PERIZ.

2 Οὐ γὰρ μόνον &c.] Dictum hoc tribuit Plutarchus etiam *Euripidi*, non tantum in *Vita Alcibiadis*, ut jam notavit Kuhnius, ſed & in Ἐρωτικῷ. At in *Apophth. Regum*, à ſe ipſo diſſentiens, adſcribit illud *Archelao*. IDEM.

ΚΕΦ. ε΄.

Τίς πρῶτον ἠράσθη γενναίων παιδικῶν.

[1] Ἐρασθῆναι πρῶτον γενναίων παιδικῶν λέγουσι [2] Λάϊον, ἁρπάσαντα Χρύσιππον τὸν Πέλοπος. Καὶ ἐκ τούτου [3] τοῖς Θηβαίοις ἐν τῶν καλῶν [4] ἐδόκει τὸ τῶν ὡραίων ἐρᾷν.

CAP. V.

Quis primus adamarit formoſos pueros.

Primum ajunt Laium formoſos pueros amaviſſe, & *ideo* Chryſippum, *filium* Pelopis, rapuiſſe. Et ex eo inter honeſta apud Thebanos habebatur pulcros *pueros* amare.

1 Ἐρασθῆναι] Idem de *Laio* teſtantur multi, jam à Scheffero & Kuhnio laudati. Quibus adde Hyginum *Fab.* 85. Voluit idem dicere Hyginus etiam *Fab.* 271. ſed ubi perperam legitur, *quem Theſeus ludis rapuit*, pro, *quem Nemeis Laius rapuit*, ut literis meis, ad Cl. Munkerum tunc datis, oſtendi. *Chryſippum* hunc, natum ſibi ex Nympha Danaide, recepit tamen Pelops, ſed mox amiſit interfectum ab Atreo & Thyeſte inſtinctu Hippodamiæ novercæ, ut Idem Hyginus *fab.* 85. tradit. Adde Plutarch. *Parall.* 33. PERIZ.

2 Λάϊον] Tradit hoc Suidas ex neſcio quo veterum, vocabulo Θάμυρις. Ubi tamen alios quoque nefarii amoris hujus auctores tradi obſervat, & imprimis Jovem, raptorem Ganymedis. Athenæus *lib.* XIII. τοῦ παιδεραστεῖν παρὰ πρώτων Κρητῶν εἰς Ἕλληνας παρελθόντος, ὡς ἱστορεῖ Τίμαιος. ἄλλοι δέ φασι τῶν τοιούτων ἐρώτων κατάρξασθαι Λάϊον, ξενωθέντα παρὰ Πέλοπι, καὶ ἐρασθέντα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Χρυσίππου, ὃν καὶ ἁρπάσαντα καὶ ἀναθέμενον εἰς ἅρμα εἰς Θήβας φυγεῖν. Patet ex his ultimis verbis, cur de Thebanis Noſter agat. SCHEFF. Platonem vide *lib.* I. *de Legibus*, & Leonem Thomæum *lib.* III. *Var. Hiſt. cap.* 25. Hyginum *Fab.* CCLXXI. Plutarch. in *Parallelis*, Apollodor. Noſtr. *H. A. lib.* VI. *c.* 15. &c. KUHN.

3 Τοῖς Θηβαίοις] Cohortem enim habebant, quæ tota ex amatoribus & amaſiis erat conflata. Vide Athenæum XIII. 2. In poſtrema, ſeu Kuhniana Editione prætermiſſa erant, turpi incuria, tria vocabula, ἐδόκει τὸ τῶν, quæ, ut oportuit, revocavi. PERIZ.

4 Ἐδόκει] Mediceus ἔδοξε.

ΚΕΦ. ϛ΄.

Περὶ Ἀρκαδικοῦ, Θασίων, καὶ Ἀχαικοῦ, οἴνων ἰδιοτήτων.

[1] Ἐν Ἡραίᾳ τῆς Ἀρκαδίας ἀκούω πεφυκέναι ἀμπέλους, ἐξ ὧν γίνεται οἶνος, ὃς [2] τοῦ λογισμοῦ παράγει καὶ ἔκφρονας τοὺς Ἀρκάδας ποιεῖ, τὰς δὲ γυναῖκας τεκνοποιοὺς τίθησιν.

Ὅτι

CAP. VI.

De Arcadici, Thaſiorum, & Achivi, vinorum proprietatibus.

In Heræa Arcadiæ vites audio natas, unde provenit vinum, quod ab ratiocinio abducit & mentis impotes reddit Arcadas, at mulieres fœcundas ad pariendum efficit.

Apud

Ὅτι ἐν Θάσῳ δύο γένη φασὶν οἴνων [3] γίνεσθαι, καὶ τὸν μὲν ἕτερον πινόμενον, εἰς ὕπνον κατάγειν εὖ μάλα βαθὺν, καὶ διὰ ταῦτα ἡδὺν, τὸν δὲ ἕτερον ἀντίπαλον εἶναι τοῦ βίου, καὶ ἀγρυπνίαν ἐμποιεῖν, καὶ ἀνιᾶσθαι παρέχειν.

Ἐν δὲ Ἀχαΐᾳ [4] περὶ Κεραυνίαν οἶνος γίνε-

Apud Thasios duo vinorum genera fieri perhibent, & *eorum* alterum, quum bibitur, in somnum admodum profundum, & idcirco suavem, demittere *homines*, alterum inimicum esse vitæ, vigiliasque inducere, & tristitiam præbere.

In Achaia vero juxta Ceraunicam vinum

1 Ἐν Ἡραίᾳ] Desumpta hæc sunt ex libris Theophrasti, quos inscripsit περὶ φυτῶν ἱστορίας, *lib.* IX. *cap.* 20. Vide Athenæum *lib.* I. SCHEFF.

Ἐν Ἡραίᾳ &c.] Sumptum est hoc caput ex Theophrasti *Hist. Plantarum* IX. 20. vel potius ex Athenæo I. 24. qui Theophrastum laudat, & ex eo hæc ipsa, ac plura, refert. Ceterum Sluisk. Codex legit πεφυκέναι ἄμπελον, ἐξ ἧς γίνεται. Utrumvis admittatur, perinde est. PERIZ. Sluiskiano suffragatur Mediceus.

2 Τοῦ λογισμοῦ] Athenæus simpliciter: τοὺς μὲν ἄνδρας ἐξίστησι πινόμενος, ut temporarius fuisse morbus videatur. SCHEFF.

3 Γίνεσθαι] Vertebatur *nasci*. Verum ita si sit vertendum, tum sane vitio memoriæ erravit haud dubie Ælianus, quum Auctores, quos sequitur, Athenæus I. 24. & Theophrastus *Hist. Plant.* IX. 20. diserte tradant, vina hæc à Thasiis *parari* & *confici*, non *nasci* istic. Αὐτοὶ ποιοῦσιν οἶνον ἵνα ὑπνωτικὸν. Sic uterque. Adde illis Plinium XIV. 18. *Thasios duo genera vini diversa FACERE proditur.* Erroris itaque insimulat Ælianum Reinesius *Var. Lect.* III. 5. Sed dubitem adhuc, quum γίνεσθαι notet etiam *fieri*. Neque vero hæsitarem in hac expositione, nisi Auctor de Vino, quo *fugatur somnus*, ut simpliciter scribit Plinius, vel, ut Græci illi, ὃς ἀγρυπνεῖν ποιεῖ, nonnulla de suo addidisset, quæ magis conveniunt in vinum sponte natum, quam ab hominibus vulgo ita factum, veluti quod sit *vitæ adversum*, & *tristitiam pariat*, quale vinum cur consulto fieri soleat, nulla est causa. Sed controversia erroris in medio sit relicta, quum constet satis, quid sentire debuerit Auctor. Ceterum quod istic etiam Vultejum increpat Reinesius absurdi, quia illa, καὶ διὰ ταῦτα ἡδὺν, retulit non ad οἶνον, sed ad ὕπνον, in eo ipse est increpandus absurdæ & temerariæ accusationis. Nam certe somnus βαθὺς, *profundus*, seu plane tranquillus, nullis insomniis aut vigiliis turbatus, vere & recte dicitur *ideo suavis*, quod ille perperam negat. PERIZ.

4 Περὶ Κεραυνίαν] Apud Athenæum legitur Κερυνίαν, apud Theophrastum vero ipsum, Καβινίαν. Forte Καρυνίαν scribendum est. Ita enim Plinio hic locus nominatur *lib.* XIV. *cap.* 18. *Dicitur in Arcadia fieri vinum: quod fœcunditatem fœminis importet, viris rabiem. At in Achaia maximè circa Caryniam abigi partum vino, atque etiam si uvam edant gravidæ, cum differentia in gustu non sit.* SCHEFF.

Περὶ Κεραυνίαν] Sic sane uterque Codex, & Regii Omnes. Nullus tamen dubito, quin ex Athenæo legendum sit Κερυνίαν, quod est Nomen oppidi Achaici versus Arcadiam, sic dicti à Fluvio Κερυνίτῃ, qui ex monte Arcadiæ Κερυνείῳ, ortus, per Achaiam decurrit. Vide Pausan. *Achaicis* 25. Meminerunt ejus oppidi & montis etiam Alii, sed apud plerosque, culpa librariorum, transiit id Nomen in Κεραυνίαν, & Κεραύνιον. Sic certe Κεραύνιος πάγος apud Scholiasten Callimachi *Hymno in Dianam* v. 109. ut & Schol. Apollonii *Argon.* I. 996. Callimachi citantem istic carmina, licet ex ipso Callimacho, & ejus Metro, satis pateat legi debere, Κερύνειος. Vide & Munkerum *ad Hyginum Fab.* 30. Apud Strabonem quoque *lib.* VIII. *pag.* 387. ubi de hoc itidem oppido agitur, male editur Κεραυνια. At apud Plinium XIV. 18. & ipsum Theophrastum *d. l.* legitur Καρυνία, levi prorsus mutatione. Certe

te

γίνεται, ὃς ταῖς βουλομέναις γυναιξὶν [5] ἀμβλῶσαι συμμάχεται.

vinum crescit, quod mulieres fœtum abigere volentes juvat.

te *Ceraunia* nomine nullum est in Achaia oppidum, at montes sunt clarissimi in Epiro, & alibi. PERIZ.

5 Ἀμβλῶσαι] Sic Theophilus, Græcus *Institut. Juris* Interpres §. 1. *de Exher. liber.* εἰ συμβῇ τὴν γυναῖκα ἀμβλῶσαι. Vide & Suidam Sluisk. habet ἀμβλωθῶναι. IDEM.

ΚΕΦ. ζ´.

Περὶ Θηβῶν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἁλουσῶν, καὶ περὶ Πινδάρου.

Ὅτε εἷλε τὴν Θηβαίων πόλιν Ἀλέξανδρος, ἀπέδοτο τοὺς ἐλευθέρους πάντας, πλὴν ἱερέων. Ἀφῆκε δὲ τῆς πράσεως καὶ τοὺς [1] τοῦ πατρὸς ξένους· ([2] ὡμήρευσε γὰρ παρ' αὐτοῖς ὁ Φίλιππος, ἔτι παῖς ὤν) καὶ τοὺς συγγενεῖς δὲ τούτων ἀφῆκεν. Ἐτίμησε δὲ καὶ τοὺς ἐγγόνους τοὺς τοῦ Πινδάρου, [3] καὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ μόνην εἴασεν ἑστάναι. Ἐφόνευσε δὲ τῶν Θηβαίων [4] εἰς ἑξακισχιλίους,

CAP. VII.

De Thebis ab Alexandro captis, & de Pindaro.

Quum cepisset urbem Thebanorum Alexander, omnes liberos homines, exceptis sacerdotibus, vendidit. Liberavit vero à venditione etiam patris sui hospites: (etenim *pater ipsius* Philippus, quum puer adhuc esset, apud eos obsidem egerat) sed & cognatos eorum liberavit. Etiam Pindari posteros honoravit, ejusque domum solam incolumem stare sivit. Occidit autem The-

1 Τοῦ πατρὸς ξένους] Epaminondæ & Pelopidæ posteros intelligit, horum enim hospitio Philippus Thebis usus est, teste Justino *lib.* VI. *cap.* 9. & *lib.* VIII. *cap.* 5. Item Philonis, de quo vide Plutarchum in *Apophth.* Meminit hujus rei etiam in *vita Alexandri*, scribitque servatos τοὺς ξένους τῶν Μακεδόνων ἅπαντας, consentitque Arrianus. SCHEFF.

2 Ὡμήρευσε γὰρ &c.] Hinc Justinus VII. 5. *Thebis triennio obses habitus, prima pueritiæ rudimenta in Urbe severitatis antiquæ, & in domo Epaminondæ, summi & philosophi & Imperatoris, deposuit.* Adde XI. 4. & Plutarchum *Pelopida pag.* 291. 292. PERIZ.

3 Καὶ τὴν οἰκίαν] Plutarchus *vita Alex.* Plinius VII. *c.* 29. Arrianus *lib.* I. Suidas in Πίνδαρος, & alii. SCHEFF. Vide Thom. Magist. in *vita Pindari*, Tzez. in *Chil. p.* 128. KONIGIUS.

4 Εἰς ἐννεακισμύρια] εἰς ἐννενήκοντα ἓξ χιλιάδας habet MS. C. SCHEFF. Plutarchus, & Diodorus *lib.* XVII. sex Thebanorum millia periisse memorant. KONIG.

Εἰς ἐννεάκις μύρια] h. e. *XC. Millia.* Ingens profecto numerus cæsorum unius Urbis, præter 30000 captorum. Quo numero si fuissent Thebani, haud facile capta fuisset Urbs, quum omnium consensu egregie se defenderint. Sed vitiatus est haud dubie numerus ille. Nam & Diodorus Siculus *lib.* XVII. & Plutarchus *Alexandro pag.* 670. pariter periisse ajunt tantum ὑπὲρ ἑξάκις χιλίους *super sexies mille.* Neque vero dubito, quin, sicut sæpe alias, ita & hic, Plutarchum Noster

λίους, αἰχμάλωτοι δὲ ἐλήφθησαν τετρακισμύριοι.

Thebanorum ad ſex millia, at triginta millia in captivitatem redacta ſunt.

ter ſit ſecutus. Sed & præferendum alteri hunc Numerum ipſa dictat Ratio. Nam exercitus Alexandri erat 30000 peditum, & 3000 Equitum, teſte Diodoro, ſed præter Græcos, opinor, Alexandri ſocios. Thebani vero longe inferiores erant numero, atque ideo etiam ſervos ſuos, & inquilinos, & exſules adhibuere. Θηβαίων, ait Plutarchus, πολλαπλασίοις οὖσι τοῖς πολεμίοις ἀντιταχθέντων, *quum Thebani oppoſiti eſſent ſinguli hoſtibus multo pluribus.* Præcipuum tamen eſt omnium, quod ipſi MSti hunc quoque modeſtiorem Numerum nobis ingerant, modo recte conſiderentur. Uterque enim Codex, ut & Regii 1. & 2, immo & Tertius, in contextu, (nam in margine exhibet ἐνενήκοντα ἓξ χιλιάδας) habet εἰς ϛ͂ h. e. ἑξακισχιλίους. Quod idcirco, utpote Hiſtoriæ etiam & Rationi congruens, in contextum admiſi. Ex illa autem nota Numeri ϛ, h. e. *Sex*, feciſſe videntur librarii quidam Notam Numeri Ϙ *nonaginta*, cujus notæ Figura alteri ferme ſimilis eſt. Simſonius etiam in *Chronico ad An. M.* 3670. emendandum ſuſpicabatur hunc numerum ob incredibilem ejus ſummam. Malebat itaque, ſed ex conjectura tantum, ἐννεακισχίλια. Periz.

ΚΕΦ. η΄.

Περὶ Λυσάνδρου.

[1] Λύσανδρον τὸν Λακεδαιμόνιον [2] ἐν τῇ Ἰωνίᾳ διατρίβοντα, τὰ

CAP. VIII.

De Lyſandro.

Lyſandrum Lacedæmonium ajunt, quum ageret in Jonia, Lycurgi

1 Λύσανδρον τὸν Λακεδαιμόνιον] Ita Corn. Nepos. *Lyſander Lacedæmonius.* Tullius in *Catone. Lyſander Lacedæmonius, vir ſummæ virtutis.* Polyænus *lib.* I. *Strat.* Λύσανδρος ὁ Λάκων. Diodorus *lib.* XIV. Λύσανδρος ὁ Σπαρτιάτης. At Phylarchus apud Athen. *lib.* VI. Lacedæmonium fuiſſe negat. Sed ex eo genere, quod ipſis Μόθακες dicebatur, quales liberi quidem, non tamen Lacedæmonii, cum Lacedæmoniorum filiis educabantur. & ſic Noſter ipſe *ſupra lib.* XII. *cap.* 43. Scheff. Eo ipſo loco Auctor innuit Mothacas jus civitatis apud Spartanos obtinuiſſe, ſi Spartanæ unà cum liberis diſciplinæ innutriti fuiſſent. Hoc itaque modo Lyſander Laco non natus, ſed factus eſt. Lacedæmonii, inquit Teles apud Stobæum *Serm.* 158. τὸν μεταχόντα τῆς ἀγωγῆς καὶ ἐμμένοντα, κἂν ξένος, κἂν ἐξ εἱλώτων, ὁμοίως τοῖς ἀρίστοις τιμῶσι, *eum qui educationis Spartanæ diſciplinam ſubit & perfert, quamvis peregrinus & ex ſervo ſit, honorant ut optimum civium.* Quapropter Phylarchus & Athenæus, cum Mothacas negant Lacedæmonios fuiſſe, aut volunt eos non pleno jure civitatis, quo cæteri Lacedæmonii fruebantur, donatos eſſe, aut Lacedæmonios vocant τοὺς ἰθαγενεῖς, *genuinos Spartæ cives*, quibus utique Mothaces non veniunt annumerandi. Erant enim πολιτογραφούμενοι & *aſcititii* cives. Kuhn.

2 Ἐν τῇ Ἰωνίᾳ] Nulla enim gens magis inſtructa erat ad luxuriam. Vide *ſupra ad* II. 28. Periz.

3 Διατεθρύφθαι τὸν βίον] Propter conſuetudinem, quam cum Jonibus habebat. Erat enim Jonum gens luxui & voluptatibus cumprimis dedita, ut alias monuimus. Hiſtoriam porro habet Athenæus *lib.* XII. *cap.* II. Scheff. Verſipellis fuit Lyſander & modo Jonum, modo Laconum more vixit. Non

τὰ Λυκούργου φασὶ νόμιμα ῥίψαντα, ἐπίπονα ὄντα, [3] διατεθρύφθαι τὸν βίον.

curgi leges, quia molestæ & graves erant, rejicientem, vitæ cultu in luxuriam degenerasse.

ita egit Epaminondas, ὃν στεφανοῦσαι μὲν αἱ πόλεις ἐκάλουν εὐωχησόμενον· ὁ δὲ φοιτῶν αὐταῖς (οὐ γὰρ ἦν ἄλλως ποιοῦντα μὴ οὐκ αἰτίαν ἔχειν τοῦ ἐν ἀξιώματι) δριμεῖαν ὄξους ἀπέπιεν, ἵνα, φησί, τῆς οἴκοι διαίτης Ἐπαμινώνδας μὴ ἐπιλάθοιτο. *quem urbes, quæ coronas ipsi decreverant, invitabant ad convivium. ille vero epulatum veniens (si enim aliter fecisset vir tantæ autoritatis, sine dubio male audivisset) acre bibit acetum; ne scilicet Epaminondas, inquit, diætam, cui domi assuevit, dediscat.* Synesius *Orat. de Regno. p.* 20. Plutarchus *de Adulat.* de eodem & Agesilao: πλείστοις ὁμιλήσαντες ἀνθρώποις καὶ τόποις καὶ βίοις τὸ προσῆκον ἦθος αὐτοῖς πανταχοῦ καὶ στολῇ καὶ διαίτῃ καὶ λόγῳ καὶ βίῳ διεφύλαττον. *cum plurimis versati hominibus, locisque & vitæ generibus, ubique suos sibi mores, habitum, victum, linguam & vitam conservarunt.* KUHN.

ΚΕΦ. Θ'.

Περὶ Λαμίας.

[1] Λαμία γοῦν ἡ Ἀττικὴ ἑταίρα εἶπεν, [2] οἱ ἐκ τῆς Ἑλλάδος λέοντες, ἐν Ἐφέσῳ γεγόνασιν ἀλώπεκες.

CAP. IX.

De Lamia.

Lamia igitur scortum Atticum dixit, Leones Græciæ, Ephesi redduntur vulpes.

Περὶ Λαμίας] Delendus est titulus: est enim perpetua series. FABER.

1 Λάμια γοῦν] Inepte hæc, quisquis est qui argumenta capitum confecit, ab antecedentibns divulsit, quibus cohærere debent. etiam in MSS. omnibus connectuntur. Fuit autem Lamia Cleanoris Atheniensis filia, tibicina Demetrii. vid. Athenæum *lib.* XIV. SCHEFF. In Lacedæmonios, domi pugnaces, non foris, jactum est scomma. vide Paræmiographos de proverbio: *Domi leones, foris vulpes.* Aristoph. in *Pace*

Πολλὰ γὰρ δή μ' ἠδίκησαν
Ὄντες οἴκοι μὲν λέοντες,
Ἐν μάχῃ δ' ἀλώπεκες.
Sæpe enim me divexarunt
Dum domi quidem leones,
Vulpes autem in prælio.

Ubi Scholiastes, παροιμία παρὰ τοὺς ἐν Ἀσίᾳ Λάκωνας ἀτυχήσαντας· οἴκοι λέοντες, ἐν Ἐφέσῳ δὲ ἀλώπεκες. *Proverbium á Lacedæmoniis in Asia malè rem gerentibus. domi leones, Ephesi vulpes:* malè ibi legitur Λάκωνες pro ἀλώπεκες. Nazianzenus in εἰς τὰ ἔμμετρα. vice versâ

Πίθηκος ἡμῖν ἀρτίως, λέων δὲ νῦν.
Modo qui erat simius, nunc stetit leo.

propius accedit Epictetus Arriani *lib.* IV. *cap.* 5. τὸ περὶ τῶν Λακεδαιμονίων λεγόμενον, οἴκοι λέοντες, ἐν Ἐφέσῳ δ' ἀλώπεκες, καὶ ἐφ' ἡμῶν ἁρμόσει, ἐν σχολῇ λέοντες, ἔξω δ' ἀλώπεκες. KUHN.

Λαμία γοῦν] Adhæret hoc præcedenti capiti. GESNER. Nescio quid moverit Camillum, Primum Æliani nostri Editorem, ut hæc à superioribus in proprium caput distingueret, quum in MStis pariter jungantur superioribus sine ullo vel minimo Capitis novi indicio. Sed & sensus id postulat, ac usus voculæ γοῦν, quem vide *supra* IV. 7. & IV. 8. *init.* De *Lamia* Vide *supra ad* XII. 17. PERIZ.

2 Οἱ ἐκ τῆς Ἑλλάδος &c.] Antiquius hoc fuit dictum, quam ut ab *Lamia*, quæ post Alexandrum & Antigonum Primum floruit, fuerit inventum: siquidem eo jam usus est Aristophanes in *Pace*, *pag.* 711. Ceterum Plutarchus in *Sylla*, *extr.* Lysandrum plane liberat à calumnia istius dicti, & βίου θρυπτικοῦ. Nam ait de Eo, *pag.* 476. οὐδὲν ἀκόλαστον, οὐδὲ μειρα-

μειρακιῶδες ἐν ἐξουσίᾳ καὶ δυνάμει τηλικαύτῃ φαίνεται διαπεπραγμένος, ἀλλ', εἴγε τὶς ἄλλος, ἐκπεφευγὼς τοῦτο τὸ περίακτον· Οἴκοι λέοντες, ἐν ὑπαίθρῳ δ' ἀλώπεκες. Οὕτω σώφρονα καὶ Λακωνικὴν καὶ κεκολασμένην ἐπεδείκνυτο πανταχοῦ τὴν δίαιταν. *Nihil intemperans, neque juvenile in potestate & imperio tanto reperitur fecisse, sed si quis alius, effugisse id, quod vulgo circumfertur, Domi Leones, sub Dio Vulpes. Adeo temperantem & Laconicam & castigatam ubique ostentabat vitam.* PERIZ.

ΚΕΦ. ι'.

Περὶ Διονυσίου δύο γυναῖκας ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἀγαγόντος.

Ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ [1] δύο γυναῖκας ἠγάγετο Διονύσιος, Δωρίδα τὴν Λοκρίδα, [2] καὶ Ἀριστ αινέτην τὴν Ἱππαρίνου, Δίωνος δὲ ἀδελφήν· καὶ [3] παρ' ἑκατέραν ἀνεπαύετο ἐν τῷ μέρει· καὶ ἡ μὲν ἠκολούθει στρατευομένῳ, ἡ δὲ ἐπανιόντα ὑπεδέχετο.

CAP. X.

De Dionysio uno die duas uxores ducente.

Uno die duas uxores duxit Dionysius, Doridem Locrensem, & Aristænetam Hipparini *filiam*, sororem vero Dionis: & cum alterutra vicissim cubabat: atque altera quidem sequebatur eum in expeditionem abeuntem, altera vero reversum excipiebat.

1 Δύο γυναῖκας] Quod ceteroqui contra mores & Leges erat Græcorum. Unde apud Athenæum *lib.* XIII. *initio*, Medea, licet esset barbara, & barbarorum morem plures habendi uxores non ignoraret, ferre tamen non potuit alteram sibi superinduci à marito suo uxorem, quippe ἤδη εἰς τὰ ἀμείνω καὶ Ἑλληνικὰ ἐκδεδιῃτημένη, *jam melioribus & Græcis moribus assuefacta.* Sed & refutat istic eorum sententiam, qui Socratem tradiderunt duas simul habuisse uxores, quum jam Cecrops Athenis μίαν ἑνὶ ἔζευξεν, *unam uni junxerit.* De qua re Vide & Menagium *ad Laertium* II. 26. De barbaris quod ait Athenæus, id firmatur à Tacito *de Mor. Germ. cap.* 18. *Nam prope Soli Barbarorum singulis Uxoribus contenti sunt, exceptis admodum paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntur.* Mirifice autem frustratur Auctorem nostrum memoria in Nomine alterius Uxoris, quam hic *Aristænetam*, at *supra* XII. 47. *Areten*, appellat, quum dicta fuerit *Aristomache.* PERIZ.

2 Καὶ Ἀρισταινέτην τὴν Ἱππαρίνου] Falsissimum hoc nomen, in quo noster *supra* quoque *lib.* XII. *cap.* 47. lapsus est. Scribendum autem Ἀριστομάχην. Plutarchus in *Dione:* Διονύσιος αὖθις ἄγεται δύο γυναῖκας ἅμα, τὴν μὲν ἐκ Λοκρῶν, ὄνομα Δωρίδα, τὴν δὲ ἐπιχώριον, Ἀριστομάχην, θυγατέρα Ἱππαρίνου. Diodorus *lib.* XIV. de eodem, ἐμνηστεύσατο δὲ καὶ τῶν πολιτῶν τὴν ἐπισημοτάτην Ἀριστομάχην. Valerius Maximus *lib.* IX. *cap.* 13. *Duarum eodem tempore, Aristomaches Syracusanæ & Locrensis Doridis matrimoniis illigatus, neutrius unquam, nisi excussæ complexum petiit.* Corrige, & scribe ex Plutarcho aliisque *Doridis* pro *Cloridis.* SCHEFF.

3 Παρ' ἑκατέραν ἐπαύετο] Ita & Romana editio. placuit nonnemini legendum παρ' ἑκατέρᾳ ἀνεπαύετο conjuncta divellendo. sed vulgatam ego quidem non sollicitaverim. KUHN.

Παρ' ἑκατέραν ἐπαύετο] Conjecit nescio quis, teste Kuhnio, sed conjecturam non approbante, παρ' ἑκατέρᾳ ἀνεπαύετο. Ego vero vix dubito, veram esse illius Viri κρίσιν. Certe Uterque Meus, & Regii omnes, consensu pari legunt ἀνεπαύετο, quod ideo recepi. Et sic

ſic de impiis hominibus jam mortuis *ſupra* IV. 7. ἐπεὶ μηδὲ τότε ἀναπαύονται, *quoniam neque tunc quieſcunt.* Polyænus I. 14. de Exercitibus Spartanorum & Argivorum, ἀναπαυομένων ἀντανεπαύοντο, h. e. *quando Spartani ſe dabant quieti, etiam Argivi id faciebant.* Ceterum ἑκατέραν diſerte etiam legit Sluisk. at Lugd. duas poſtremas vocis ſyllabas non exprimit, incerto Scripturæ compendio abſconditas. Regius 2. habet παρ' ἑκατέρας. PERIZ.

ΚΕΦ. ια΄.

Περὶ Περσῶν καταδουλώσεως, καὶ Ἰσοκράτους.

Λόγος τις εἰς ἐμὲ ἀφίκετο, λέγων, αἴτιον Ἰσοκράτην γενέσθαι τὸν ῥήτορα τοῖς Πέρσαις καταδουλώσεως, ἧς ἐδουλώσαντο αὐτοὺς Μακεδόνες. [1] Τοῦ γὰρ πανηγυρικοῦ λόγου, ὃν Ἰσοκράτης τοῖς Ἕλλησιν ἐπεδείξατο, εἰς Μακεδονίαν ἐλθοῦσα ἡ φήμη, πρῶτον μὲν Φίλιππον [2] ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ἀνέστησεν.

CAP. XI.

De ſubjugatione Perſarum, & Iſocrate.

Sermo quiſpiam ad me pervenit, qui tradit, Iſocratem rhetorem cauſam fuiſſe Perſis iſtius ſervitutis, in quam redegerunt eos Macedones. Etenim Panegyricæ orationis, quam Iſocrates Græcis recitavit, fama in Macedoniam quum perveniſſet, primum quidem Philippum adverſus Aſiam excitavit. Illo

1 Τȣ͂ γὰρ πανηγυρικȣ͂ λόγȣ] Quo decem, vel ut alii volunt, quindecim annis elaborato Græcos ad bellum Barbaris inferendum adhortatur. Teſtis ipſe in *oratione* περὶ ἀντιδόσεως. Et exſtat oratio inter alias ipſius orationes. SCHEFF. Plutarchus in *utrum Athenienſes bello, an ſapientia clariores*? Pericles, inquit, novem menſibus exactis Samum expugnavit & altiores geſſit ſpiritus Agamemnone, qui decimo anno Trojam cepit. Ἰσοκράτης δὲ μικρȣ͂ τρεῖς Ὀλυμπιάδας ἀνήλωσεν, ἵνα γράψῃ τὸν πανηγυρικὸν λόγον. *Iſocrates autem tres fere Olympiadas conſcribendæ orationi, quæ Panegyrica dicitur, impendit* &c. σκόπει δὲ σοφιστικὴν μικροφροσύνην, τὸ ἔνατον μέρος τȣ͂ βίȣ εἰς ἕνα λόγον καταναλίσκȣσαν. *Vide quæſo Sophiſticam in minimis curioſitatem abjectumque animum, nonam vitæ partem uni orationi donantem. Ibid.* KUHN.

Τȣ͂ γὰρ πανηγυρικȣ͂] &c.] Celeberrimus eſt ille *Panegyricus*, περιβόητος λόγος, ut ait Dionyſius Hal. in *Vita Iſocratis:* cui & impendiſſe dicitur *X annos*, ab aliis etiam *Quindecim.* Vide Plutarchum in *Vitis X. Rhetorum*, & in *lib. Utrum Athenienſes bello, an ſapientia illuſtriores, in extr.* & Dionyſ. Halic. περὶ συνθέσ. ὀνομ. *p. m.* 30. Elogium ejus, verbis ipſius Iſocratis in *Philippo p. m.* 200. audiamus: ȣ̔́τως ἦν γεγραμμένος, ὥστε καὶ τȣ̀ς βασκαίνοντας ἡμᾶς μιμεῖσθαι καὶ θαυμάζειν αὐτὸν μᾶλλον τῶν καθ' ὑπερβολὴν ἐπαινέντων. *ita erat ſcriptus, ut etiam, qui invidebant nobis, imitarentur eum & admirarentur magis, quam illi, qui immodice laudabant.* Sed tamen neque ipſe Iſocrates, ut *ibidem* dicit, Panegyricis Orationibus magnum ſe operæ pretium feciſſe, facturumve, autumabat ad excitandos Græcos in bellum contra Barbaros, atque ideo propriam ad Philippum Macedonem compoſuit & miſit Orationem, ut pace inter Græcos conciliata bellum Perſis faceret, qua ſine dubio potiſſimum Philippum ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ἀνέστησεν. Ceterum Sluisk. hic legit, ὃν Ἰσοκράτης, ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐπεδείξατο, h. e. *quam Iſocrates recitavit in panegyri Græcorum*, non male profecto. Ἐπιδείξασθαι autem non tantum

σεν. Ἀποθανόντος δὲ ἐκείνου, Ἀλέξανδρον τὸν υἱὸν αὐτοῦ, πατρῷον κληρονόμον, [3] τὴν ὁρμὴν τὴν τοῦ Φιλίππου διαδέξασθαι παρεσκεύασε.

Illo vero mortuo, Alexandrum filium ejus, hæredem paternum, ad impetum Philippi suscipiendum instruxit.

tum dicitur de Artificibus, sed & *Philosophis* ac *Sophistis*. Vide Theophrasti *Characteres cap. de Blanditia* in extr. Idem Sluisk. in *initio Capitis* habet etiam ὁ λέγων. PERIZ. Mediceus utroque loco adstipulatur Sluiskiano.

2 Επὶ τὴν Ἀσίαν ἀνέστησεν] Ita ut se ducem Græcis profiteretur futurum, si Asiæ bellum inferre vellent. Vide Justin. *lib.* IX. *cap.* 5. SCHEFF. Philostratus *lib.* I. *de Vit. Sophist. Diantem Ephesium* & Philosophum Academicum eo nomine Sophistis accensitum ait, quod τὸν Φίλιππον ὁρῶν χαλεπὸν ὄντα τοῖς Ἕλλησιν, ἐπὶ τὴν Ἀσίαν στρατεύειν ἐποίησε. καὶ πρὸς τοὺς Ἕλληνας διεξῆλθε λόγον, ὡς δέον ἀκολουθεῖν στρατεύοντι· καλὸν γὰρ εἶναι καὶ τὸ ἔξω δουλεύειν ἐπὶ τῷ οἴκοι ἐλευθερεῦσθαι, *cum Philippum Græcis gravem esse videret, expeditionis ei in Asiam auctor fuerit & ad Græcos orationem habuerit, suaseritque sequerentur* (Philippum): *pulchrum enim esse* (inquit) *exteras gentes sub jugum mitti, postquam domi libertas salva stabilitaque fuerit.* KUHN.

3 Τὴν ὁρμὴν &c.] Sensus est, *fecit Alexandrum suscipere & excipere impetum Philippi* ad bellum contra Persas gerendum, seu præparavit ejus animum ad impetum, quem ceperat Philippus, suscipiendum. Sic Polyænus I. 26. παρεσκευάζετο ἐπιπλεῖν τοῖς νησιώταις, *instruebat, parabat, se ad expeditionem contra eos, qui in Insulis habitabant.* PERIZ. Aristoteles in Θαυμασ. Ἀκουσμ. Συναγ. *pag.* 707. ποῖον ἕκαστος παρασκευάζεται βαλεῖν.

ΚΕΦ. ιβ'.

Πῶς ὁ Μέτων ἐρρύσατο ἑαυτὸν τῆς ἐξόδου, καὶ περὶ Ὀδυσσέως μανίας.

CAP. XII.

Quomodo Meto se ipsum ab expeditione liberaverit, & de insania Ulyssis.

[1] Μέτων ὁ ἀστρονόμος, μελλόντων [2] ἐπὶ τὴν Σικελίαν πλεῖν τῶν Ἀθηναίων ἤδη τῶν στρατευμάτων, καὶ αὐτὸς [3] εἷς ἦν τοῦ καταλόγου. Σαφῶς δὲ ἐπιστάμενος [4] τὰς μελλούσας τύχας, τὸν πλοῦν ἐφυλάττετο δεδιὼς, καὶ

Meto astronomus, quum Atheniensium copiæ jam navigationem in Siciliam facturæ essent, ipse quoque relatus erat in catalogum. Certo autem sciens futuros casus, navigationem vitabat metuens sibi,

1 Μέτων] De hoc *supra* actum est. Historiam habet Plutarchus in *Nicia* & *Alcibiade*. SCHEFF.

2 Επὶ τὴν Σικελίαν] Ad bellum cum Syracusanis gerendum, quo postea Atheniensium opes fractæ, ipsæ etiam Athenæ à Lacedæmoniis captæ sunt. Consule Justinum *lib.* IV. *cap.* 4. & *sequentibus*. IDEM.

3 Εἷς ἦν τοῦ καταλόγου] *Ipse erat unus è catalogo.* ἐκ καταλόγου autem ille dicitur esse, qui in numero militiæ urbanæ censetur, &, si res ita ferat, una cum delecta civium manu in bellum proficisci cogitur. Senes belli immunitatem nacti, ὑπὲρ τὸν κατάλογον, *supra cata-*

καὶ σπεύδων τῆς ἐξόδου [5] ἑαυτὸν ῥύσασθαι. Ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ἔπραττεν, ὑπεκρίνατο μανίαν, καὶ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἔδρασε, πιςώσασθαι τὴν τ̃ νόσου δόξαν βουλόμενος· ἐν δὲ τοῖς καὶ [6] τὴν συνοικίαν τὴν αὐτοῦ κατέπρησεν· ἐγειτνία δὲ αὕτη [7] τῇ Ποικίλῃ. Καὶ ἐκ τούτου ἀφῆκαν αὐτὸν οἱ Ἄρχοντες. Καί μοι δοκεῖ ὁ Μέτων ἄμεινον ὑποκρίνασθαι τὴν μανίαν τοῦ Ὀδυσσέως τοῦ Ἰθακησίου. Ἐκεῖνον μὲν γὰρ ὁ [8] Παλαμήδης κατεφώρασε, τοῦτον δὲ Ἀθηναίων οὐδείς.

sibi, & *ideo* studens ab expeditione se ipsum liberare. Postquam vero nihil proficiebat, simulavit insaniam, ac multa quidem & alia fecit, fidem addere volens opinioni de hoc morbo: inter illa vero etiam ædes suas incendit, quæ vicinæ erant Pœcilæ. Et ideo Archontes eum dimiserunt. Atque adeo videtur mihi melius simulavisse insaniam Meto, quam Ulysses Ithacensis. Hunc enim Palamedes deprehendit, illum vero nemo Atheniensium.

catalogum erant. Inde καταλόγους ποιεῖσθαι est militem legere urbanum ex ipsis civibus. Thucyd. *lib.* VI. ait Athenienses ἐκ καταλόγου *ex delectis civium* in Siciliam misisse mille quingentos gravis armaturæ milites. sequior ætas pro κατάλογον dixit *Lista*. Gloss. *Lista*, ἡ ἐπὶ τοῖς ἀριθμοῖς καμπή. Verba esse corrupta Homerici pæne oculi viderint. Vulcanius legit, ἡ ἐπὶ τοῖς ἱπποδρόμοις καμπή. malim, ἡ ἐπὶ τοῖς ἀριθμοῖς κάμπη. *Lista*, quæ super numeros campi est. Notum ex Vopisco, Zonara & aliis, quod ἀριθμοὶ sint numeri militares, *legiones* sc. quorum numerus in listam, quam vocant, missus erat. *numerorum ductor* &c. KUHN.

4 Τὰς μελλούσας τύχας] h. e. *clades*, *quas* in Sicilia *accepturi erant*. Vide *supra ad* v. 10. Historiam hanc *Metonis* habes apud Plutarchum in *Alcib. pag.* 200. & in *Nicia p.* 532. Ex quo loco liquet, fuisse hunc Metonem ita in *Catalogo* seu *dilectu* hujus expeditionis, h. e. inter eos, qui lecti & descripti erant ad hocce bellum, ut tamen esset ἐφ' ἡγεμονίας τινὸς τεταγμένος, *ad præfecturam quandam adhibitus*. PERIZ.

5 Ἑαυτὸν] Plutarchus ait voluisse eum filium, quem habebat unicum, discrimini eripere, non se ipsum, potuit tamen utrumque factum esse. KUHN.

6 Τὴν συνοικίαν] Οἰκία domus, quæ ab uno vel altero habitatur: συνοικία vero, quæ a a pluribus mercede elocata. GESNER.

Τὴν συνοικίαν] Kuhnius in Indice voluit intelligi non *unam domum*, sed *viciniam omnem*. At Plutarchus utroque *l. d.* simpliciter & manifeste suam tantum *domum*, *in qua ipse cum aliis habitavit*, vel *domum plurium ædium*. Sic passim σύνοικοι dicuntur, non *vicini*, sed *contubernales*, *conjuges*. Sic de Hirundine σύνοικος ἀνθρώποις, Anton. Lib. *fab.* XI. Et Cephalum Aurora rapuit ac fecit σύνοικον, *conjugem*, *fab.* XLI. PERIZ.

7 Ποικιλίᾳ] Leg. Ποικίλῃ. *Poecile* porticus erat, in quâ Stoici philosophabantur. GESNER. Recte mea sententia. Est enim Ποικίλη porticus nota Athenis, in qua Stoicis docere mos fuit, & sic MS. C. nisi quod deleverit quispiam & vulgatum substituerit. SCHEFF. Porticus illa *braccatis illita Medis*, dicebatur Ποικίλη, & ita Gesnerus legendum viderat. FABER.

Τῇ Ποικιλίᾳ] Sic & Lugd. & Regius Par. 2. At Sluisk. ac Regius 1. & 3. ut & Medicei 1. & 2. pariter legunt τῇ Ποικίλῃ: quod verum fuit Nomen istius porticus, ex quo à Polygnoto picta est. Vide Meursium *Athenis Atticis* 1. 5. PERIZ.

8 Παλαμήδης] Hyginus *Fab.* XCV. Philostratus in *Heroicis*. τ̀ δὲ λόγον, ὃς πολλοῖς τῶν ποιητῶν εἴρηται, ὡς στρατεύοι μὲν ἐπὶ τὴν Τροίαν ἡ Ἑλλὰς, Ὀδυσσεὺς δὲ ἐν Ἰθάκῃ μανίαν πλάττοιτο, καὶ πρὸς ἀρότρῳ εἴη βοῦν ἵππῳ ξυμβαλὼν, Παλαμήδης τε αὐτὸν ἐλέγξειε τῷ Τηλεμάχῳ, οὔ φησιν ὑγιᾶ εἶναι, *Historiam*, *quam multi Poëtarum canunt*,

nunt, quod Græcia quidem Trojanam expeditionem susceperit, Ulysses autem in Ithaca insaniam mentitus bovem equo ad aratrum junxerit, Palamedesque ei, objecto jumentis Telemacho, larvam detraxerit, nihil sani habere dixit (Protesilaus.) Kuhn.

Ἐκεῖνον μὲν γὰρ &c.] Objecto, scilicet Filio, quum bove & equo junctis araret. Vide Hyginum *fab.* xcv. & quæ ibi Munkerus. Sluisk. hic legit κατεφώρα. Periz.

ΚΕΦ. ιγ'.

Περὶ Πτολεμαίου εὐεργεσίας.

Πτολεμαῖόν φασι τὸν Λάγου, καταπλουτίζοντα τοὺς φίλους αὐτοῦ, [1] ὑπερχαίρειν. Ἔλεγε δὲ, ἄμεινον εἶναι πλουτίζειν, ἢ [2] πλουτεῖν.

CAP. XIII.

De Ptolemæi munificentia.

Ptolemæum *filium* Lagi ajunt, amicos suos locupletantem, majorem in modum lætari solitum. Dicebat enim, melius est locupletare, quam locupletem esse.

ΚΕΦ.

CAP.

1 Ὑπερχαίρειν] Lege ὑπερέχαιρεν. phrasis Attica, quam & Latini Comici usurparunt. Faber. Quo pacto ὑπερέχαιρεν cum καταπλουτίζοντα conveniat, fateor me nescire. videtur necessario ὑπερχαίρειν retinendum. Kuhn.

Ὑπερχαίρειν] Faber legi hic jubet ὑπερέχαιρεν, addito, *Atticam esse phrasin.* Subjicit vero Kuhnius, *se nescire, quo pacto* ὑπερέχαιρεν *cum* καταπλουτίζοντα *conveniat.* Ego vero miror etiam pruriginem illam Criticam Fabri, pro auctoritate vel imperio pronunciantis ita legendum, quasi, quod Attici aliquando dixerunt, id semper dicendum foret & aliis. Ceterum locutio *convenit*, ut *supra* III. 5. Ἀντίγονόν γε μήν φασιν, ἐπεί τινες τὸν υἱὸν αὐτοῦ &c. εἶδε μὲν αὐτόν. Sic v. 17. ἀλλὰ καὶ Ἀτάρβην &c. & XII. 39. φασὶ γοῦν καὶ Σεμίραμιν &c. μέγα ἐφρόνει. Periz.

2 Πλουτεῖν] Magna Principum & cælestis virtus est, *ditare suos*, non *nudare*. Indignum enim tanta majestate, accipere ab aliis, quod magnificentius dare poterat. Unde Imperatores Romani, cum ad regnum transirent, privatas opes suis distribuebant amicis. Chrysol. *Ser.* XXIII. *Est consuetudinis, est animi felicis, ut adscitus ad regnum, quod fuit proprium, quod privatum, mox parentibus, mox propinquis, civibus indigentibus liberaliter prorogare: ne sit mendicus animo, qui censu functus & honore.* Hinc intelligendus Antoninus Pius, qui, cum ab uxore argueretur, quasi *parum quid suis largiens*, *dixit: Stulta, posteaquam ad imperium transivimus, & illud, quod habuimus ante, perdidimus.* Ita olim à ditandis aliis ipsum imperium auspicati sunt Principes! Kuhn.

ΚΕΦ. ιδ'.

Περὶ Ὁμήρου ἐπῶν, καὶ ποιήσεως.

[1] Ὅτι τὰ Ὁμήρου ἔπη πρότερον διῃρημένα [2] ἦδον οἱ παλαιοί. [3] Οἷον ἔλεγον,

CAP. XIV.

De Homeri carminibus & poësi.

Veteres Homeri carmina in certas partes prius distributa cecinerunt.

1 Ὅτι τὰ Ὁμήρου ἔπη πρόπαλαι &c.] Sluisk. pro πρόπαλαι exhibet πρότερον omnibus literis, quod videtur melius, maxime quia sequitur confestim οἱ παλαιοί. Neque aliter Regius 1. & 3. sed hic in Margine tamen vulgatum præfert. Ceterum de Cantu Poematum Homeri per Partes quod ait, id ex Josephi *contra Apion. lib* 1. *init.* illustratur, καί φασιν οὐδὲ τοῦτον ἐν γράμμασι τὴν αὐτοῦ ποίησιν καταλιπεῖν, ἀλλὰ διαμνημονευομένην, ἐκ τῶν ᾀσμάτων ὕστερον συντεθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς ἐν αὐτῇ σχεῖν τὰς διαφωνίας. *Et tradunt, neque hunc* (Homerum) *literis poesin suam proditam reliquisse, sed eam memoria servatam* primo, *postea ex canticis* variarum partium esse *collectam* in unum corpus, & *ideo multas eam habere discrepantias.* Et Eustathii *Comment. ad Iliad.* A. *init.* σποράδην γάρ φασι κειμένης, καὶ κατὰ μέρος διῃρημένης τῆς Ὁμηρικῆς ποιήσεως, οἱ ᾄδοντες αὐτὴν συνέῤῥαπτον. *Cum enim Homerica Poesis sparsim habita, & particulatim divisa esset, illi, qui canebant, eam tandem conjunxerunt:* unde ῥαψῳδοὶ dicebantur. Vide istic plura. PERIZ. Mediceus pro πρόπαλαι etiam legit πρότερον. Mox idem ἦδον οἱ πάλαι.

2 Ἦδον οἱ παλαιοὶ] Sic legas apud Theonem τὴν ὁπλοποιΐαν, in *capite de descriptione*, ubi vide quæ notavi. SCHEFF. ὁπλοποιΐα, breviter ut dicam, est *Ilias* VI. quia in ea Achilli nova arma à Vulcano cusa sunt. Eustath. *ibid.* KUHN.

3 Οἷον ἔλεγον, τὴν ἐπὶ &c.] Partes illæ, in quas Homeri Poesis olim sparsa erat, consistebant in diversis argumentis Rerum, unde illæ Partes Nomen suum dein traxere. Auctor ergo, quum primum illam distractionem Homericæ Poeseos in suas Partes generatim memorasset, subjecturus quædam illarum Nomina, ait, οἷον ἔλεγον, paulo plenius, quam ceteroqui fieri solet. Vulgo enim simpliciter istoc sensu dicitur tantum, οἷον, *Veluti.* Sensus ergo est, *ad quemmodum*, sparsæ scilicet Homericæ Poeseos in varias illas Partes, *dixerunt*, Partes eas designantes appellationibus, quæ sequuntur. Sic ferme XI. 9. quum præmisisset, Præcipuos Græcorum vixisse in perpetua paupertate, transiturus ad singulos, subjicit, εἰσὶ δὲ οὗτοι, οἷον Ἀριστείδης &c. ubi itidem abesse potuissent, εἰσὶ δὲ οὗτοι, maxime si præmissæ affirmationi statim subjecta fuissent exempla. Quod cum factum non esset, maluit Auctor plenius ista dicere, & ita nectere sequentia superioribus. De τῷ Οἷον Vide etiam quæ notavi *ad* II. 44. *extr.* PERIZ.

4 Τὴν ἐπὶ ναυσὶ μάχην] Est *Ilias.* N. ut ab Eustathio docemur. SCHEFF. Pugna ad naves Græcorum depugnata inter vulgatas picturas parietes olim implevit. Qua occasione lepidum *Epigramma* factum est in militem timidum *lib.* II. *Epigr.* quod ita se habet:

> Γραπτὴν ἐν τοίχοις, Καλπούρνιος ὁ στρατιώτης,
> Ὡς ἔθος ἐστὶν, ἰδὼν τὴν ἐπὶ ναυσὶ μάχην
> Ἄσφυκτος καὶ χλωρὸς &c.
>
> *Picta videns, ut mos, miles Calpurnius, illa*
> *Quæ propter Grajas prælia facta rates,*
> *Concidit exanimem referens Mavortius heros,*
> *Et clamat, vivum, Troïa turba, cape!*
> *Vix tandem integrum sentit sine vulnere corpus,*
> *Picturæque lubens lytra professus abit.*

Ac-

ἔλεγον, 4 τὴν ἐπὶ Ναυσὶ Μάχην, καὶ 5 Δολωνίαν τινα, καὶ 6 Αριστείαν Αγαμέμνονος, καὶ 7 Νεῶν Κα-

nerunt. Quemadmodum dicebant, Pugnam juxta Naves, & Doloniam quandam, *vel* Dolonis cædem, & Vir-

Accius de hac pugna drama in theatrum produxit, quod inſcribitur ἐπὶ ναυσὶ μάχῃ, apud Nonium *p.* 763. Kuhn.

Τὴν ἐπὶ ναυσὶ Μάχην] Eſt Nomen & argumentum *Iliados* Ν. Quum Hector enim irrupiſſet in caſtra Græcorum, atrox *Pugna ad Naves*, quas incendere ille volebat, edebatur. Atque ita omnes hujus Poetæ Libri, nonnulli etiam in duas partes diviſi, duo, talia habebant Nomina. Vide Euſtathium *initio ſingulorum Librorum*, & Strabonem *lib.* 1. *p.* 17. atque ibi Caſaubonum. Periz.

5 Δολωνίαν] *Iliad.* Κ ſed apud Euſtathium per ει ſcribitur. Scheff. Et Δολώνεια, ſecundum antiquum ſcriptionis modulum: vide Phavorinum in δολωφονία καὶ νυκτεγερσία, quæ etiam nomina ſunt *Iliad. hujus.* Kuhn.

Δολωνίαν τινα] h. e. *aliquam etiam partem vocarunt Doloniam.* Τινα, ut mox πῶ, declarat incertam Auctori partem. Ceterum Euſtathius *ad Iliad.* Κ. Κοινὴ δὲ ἥδε, Νυκτεγερσία, καὶ Δολωνοφονία, καθ' ἣν δηλαδὴ ὁ Δόλων πεφόνευται· πολλοὶ δὲ τῶν παλαιῶν καὶ Δολώνειαν ταύτην ἐκάλεσαν. *Communis autem* appellatio Libri *hæc eſt*, Νυκτεγερσία, quia *noctu ſurrexit* Agamemnon, & Duces Græcorum in Conſilium vocavit, *Et* Δολωνοφονία, *in qua videlicet*, Ulyſſes & Diomedes eadem nocte exploratum miſſi, obvium habuere *Dolonem Trojanum*, *eumque occiderunt. Multi vero Veterum etiam Doloneiam hanc partem vocarunt.* Sequens autem Appellatio eſt Libri Λ quia iſtic fortiter pugnando *rem egregie gerit* ipſe *Agamemnon.* Periz.

6 Αριστείαν] *Ilias* Λ. νεῶν κατάλογος eſt *Ilias* Β. Πατρόκλεια eſt *Il.* Π. λύτρα, ſcilicet Εκτορος, ut habet prædictus auctor, eſt *Il.* Ω. ἐπὶ Πατρόκλῳ ἆθλα *Ilias* Ψ. dicitur & ἐπιτάφιος. Ορκίων ἀφάνισις & σύγχυσις vocatur *Ilias* Δ. Scheff.

7 Νεῶν κατάλογος] Non eſt tota *Ilias* β. in duas enim illa partes deſcripta, quarum prior dicitur Διάπειρα, poſterior Βοιωτία. vel κατάλογος νεῶν. vide Strabonem *lib.* 1. *p.* 12. & *ibi* Caſaub. *Ilias* Ι. inſcribitur Λιταί, quo nomine *Iliad.* Ι. quoque pars venit ultima, ut ex Platonis *Cratylo* videre eſt *p. m.* 64. *Edit. Baſil. Gr.* Prior enim πρεσβεία dicitur Straboni *l. c.*, quamvis Caſaub. *ibidem* in alia omnia eat. vide & Philoſtrat in *Heroicis p.* 709. *Edit. Pariſien. Ilias* Γ. olim dicta ὅρκοι, vel μονομαχία Αλεξάνδρου καὶ Μενελάου. *Ilias* Δ. nuncupationem habet ὁρκίων σύγχυσις. *Gloſſ.* Philox. *Il.* Ε. Διομήδους ἀριστεία &c. quæ apud Euſtathium inquiras. Kuhn.

Νεῶν Κατάλογον] *Iliados* Β. conſtat duabus Partibus, quarum Prior incipit à *Somnio* Agamemnonis, & exſequitur dolum ejus, quo *tentabat* Græcos, jubens eos redire inglorios in patriam: Altera vero conſiſtit in *recenſione Navium* Græcarum, quæ incipit à *Bœoticis.* Atque ideo Liber iſte variis inſignitur nominibus, modo junctim Ονειρος καὶ Κατάλογος, *Somnium & Recenſio*, apud Euſtathium, modo ſeparatim, prior pars Ονειρος, vel Διάπειρα, ſeu Απόπειρα, *Tentatio*, à Strabone & Dionyſio Halic. Vide Caſaub. *ad Strab. d. l.* Poſterior ἡ Βοιωτία, ἤγουν ὁ Κατάλογος τῶν νεῶν, quod quidem vel ex vulgatis Edd. Homeri conſtat. Vide tamen etiam Euſtathium *p. m.* 199. Periz.

8 Πατρόκλειαν] Deſignatur eo *Iliados* Π. διὰ τὸ τὰ κατὰ Πάτροκλον ἱστορεῖν, *quia res, quæ ad Patroclum* & ejus pugnam ac mortem pertinent, in ea *referuntur.* Sic Λύτρα ſcil. Εκτορος, *Pretium*, quo Priamus *redemit Hectorem* ab Achille, denotant *Iliados* Ω. ſicut *Il.* Ψ. τὰ ἐπὶ Πατρόκλῳ Αθλα, h. e. *Certamina in Patrocli honorem*, & in ejus funere facta. Euſtathius hunc librum ait, appellatum & inſcriptum ἀγῶνα ἐπιτάφιον, *certamen funebre.* Denique Αφάνισις ὁρκίων, *Abolitio jurisjurandi* deſignat *Iliados* Δ. quoniam cum jurejurando ſancita eſſet pactio inter Græcos & Trojanos de ſingulari certamine Menelai & Paridis, ea lege, ut victori cederet Helena, Trojani dein, victo Paride, eam reddere noluerunt, ruperuntque fœdus, ad vim denuo converſi. Dicebatur ergo hic liber Ορκίων Αφάνισις, ut Noſter, vel Σύγχυσις, ut Eu-

Κατάλογον, καί που [8] Πατρόκλειαν, καὶ Λύτρα, καὶ ἐπὶ Πατρόκλῳ Ἆθλα, καὶ Ὁρκίων ἀφάνισιν. [9] Ταῦτα ὑπὲρ τῆς Ἰλιάδος· [10] ὑπὲρ δὲ τῆς Ἑτέρας. [11] Τὰ ἐν Πύλῳ, καὶ τὰ ἐν Λακεδαίμονι, καὶ Καλυψοῦς Ἄντρον καὶ τὰ περὶ

Virtutem Agamemnonis, & Navium catalogum, & Patrocleam, & Redemtionem *Hectoris*, & Certamina in honorem Patrocli, & Pactorum violationem. Atque hæc de Iliade: de Altera vero. Res in Pylo gestas, & Res in Lacedæmone,. & Ca-

Eustathius, immo etiam, quia Agamemnon circumiens *lustrat* in eo exercitum Græcorum, singulosque ad pugnam adhortatur, Ἐπιπώλησις Ἀγαμέμνονος, vel simpliciter ἐπιπώλησις, teste eodem Eustathio. PERIZ.

9 Ταῦτα ὑπὲρ τ῀ Ἑτέρας] Turpe hoc est vitium postremæ & Kuhnianæ Ed. quæ hic integra quatuor vocabula omiserat, à me jam restituta suum in locum ex Editis simul, & MStis. IDEM.

10 Ὑπὲρ τ῀ ἑτέρας] Id est Odysseæ, cujus Rhapsodia, quæ τὰ ἐν Πύλῳ inscribitur, est rhapsodia Γ. quæ ἐν Λακεδαίμονι, rhapsod. Δ quæ Καλυψοῦς ἄντρον, Ε est, quam & τὰ περὶ τὴν σχεδίαν nominant. Quæ Ἀλκίνε ἀπόλογοι est *rhapsod.* Η. quæ Κυκλωπία, *rhapsf.* Ι. quæ Νεκυία, *rhapf.* Ω. quæ Κίρκης νίπτρα, Κ. quæ μνηστήρων φόνοι, Χ. τὰ ἐν ἀγρῷ &c. puto esse *rhapf.* Ω. in *ista* enim *rhapsodia* de hoc argumento agitur. SCHEFF.

11 Τὰ ἐν Πύλῳ] Hac appellatione intelligit *Odyss.* Γ. paulo melius, quam Eustathius, qui appellat Ἄφιξιν Τηλεμάχε εἰς Πύλον, *Adventum Telemachi* in Urbem *Pylum*, quum in hoc libro referantur omnia, quæ *in ea Urbe* inter Nestorem & Telemachum acta sunt & dicta. Quia vero Telemachus, Pylo decedens, abiit Lacedæmonem ad Menelaum, ideo *Odyssea* Δ. ubi narrantur, quæ istic inter Telemachum & Menelaum sunt dicta, appellatur à Nostro τὰ ἐν Λακεδαίμονι, at ab Eustathio Τηλεμάχε ἄφιξις εἰς Σπάρτην. Sequens porro Liber. *Odyssea* Ε. quia descriptionem *Antri Calypsûs* continet, à Nostro per illud *Antrum* designatur, sed quia in eo traditur etiam Ulyssis profectio & discessio à Calypso, ideo Eustathius eum vocat Ἀπόπλεν Ὀδυσσέως παρὰ Καλυψοῦς, *Abnavigationem Ulyssis à Calypso:* Noster vero utroque juncto Librum vocat Καλυψοῦς ἄντρον καὶ τὰ περὶ τὴν σχεδίαν, h. e. *Calypsûs Antrum, & quæ ad Navim*, qua profectus est Ulysses, conficiendam pertinent. PERIZ.

12 Ἀλκίνε ἀπόλογοι] Sluisk. & Regius C. ἀπολόγες. Nec dubium, quin vere ita scripserint, quum omnia Iliados & Odysseæ in Accusativo utique sint expressa, ac pendeant à verbo ἔλεγον. Ceterum Schefferus hac appellatione designari putat *Odyss.* Η. in quo nihil est, quod huc pertineat, quum in eo memoretur tantum *Ulyssis adventus ad Alcinoum*, quam proinde inscriptionem habet iste Liber, teste Eustathio, at sequens *Odyss.* Θ. continet multos *Sermones Alcinoi* pro concione Phæacum, & in Cœna. Nec dubito, quin iste illa appellatione à Nostro designetur: Tanto autem magis, quia proxime subsequitur mentio *Od.* Ι. titulo Κυκλωπίας, quoniam in eo res Ulyssis apud *Cyclopem* Polyphemum exponuntur. Eustathius *Odyssean* Θ. ait nominari τὰ παρὰ Ἀλκινόῳ πρὸ διηγήσεως (malim πρὸ διηγήσεως) ἢ τ῀ παρὰ Ἀλκινόῳ προδιήγησις, h. e. *Ea quæ apud Alcinoum accidere ante* longam illam *Narrationem* rerum suarum, quam sequentibus totis quatuor Libris facit Ulysses, vel *Expositio eorum, quæ apud Alcinoum* accidere, *ante* Narrationem subsequentem. IDEM.

13 Κυκλωπίαν] Solœcismus fuerit, ni legas, τὰ περὶ Κυκλωπίαν. FABER. Qui potest Δολωνίαν tolerare in *Iliade*, idem & Κυκλωπίαν facile concoquet in *Odyssea*. nec Græce dixeris τὰ περὶ Κυκλωπίαν, sed τὰ περὶ Κύκλωπα vel Κύκλωπας. Κυκλωπία enim jam per se designat τὴν περὶ Κύκλωπας πραγματείαν, ut Ὀδύσσεια librum de rebus ab Ulysse gestis. KUHN.

14 Νεκυίαν] *Necyia* inscribitur *Odyss.* tum Λ. tum Ω. Eustath. GESN. Schefferus magno saltu à Κυκλωπίᾳ seu *Odyss.* Ι. transiisse Auctorem putat ad *Odyss.* Ω. Et sane illius Libri inscriptio

περὶ τὴν Σχεδίαν, 12 Ἀλκίνου Ἀπολόγους, 13 Κυκλωπίαν, καὶ 14 Νεκυίαν, καὶ 15 τὰ τῆς Κίρκης, Νίπτρα, 16 Μνηστήρων φόνον, 17 Τὰ ἐν Ἀγρῷ, 18 τὰ ἐν Λαέρτου.

19 Ὀψὲ δὲ Λυκοῦργος ὁ Λακεδαιμόνιος

Calypsus Specum & Quæ ad Ratem pertinent, Alcinoi apologos, Cyclopiam, & Necyam, *i.e.* De Mortuis, & Res Circes, Lavationem *Ulyssis*, Procorum cædem, De iis, quæ in Agro *facta sunt*. De iis, quæ apud Laërtem.

Sero autem Lycurgus Lacedæmonius

tio apud Veteres fuisse dicitur ab Eustathio, Σπονδαὶ, ἢ Νεκυία. Et hæc quidem, quia in priore Libri parte Ἑρμῆς τὰς τῶν Μνηστήρων ψυχὰς εἰς ᾅδην κατάγει, ἔνθα οἱ νέκυες, ἀφ' ὧν ἡ Νεκυία παράγεται, *Mercurius Animas Procorum* Penelopes *in inferos deducit, ubi sunt Mortui, unde* Vox Νεκυία *derivatur.* Sed, licet Auctor non observet diligenter adeo ordinem librorum Homeri, nimius tamen hic foret saltus, maxime quum mox redeat ad *Odyss.* K. Quapropter prorsus mihi persuadeo, Auctorem ea Voce intellexisse *Odyss.* Λ. ubi refertur *Ulyssis descensus ad Inferos*, quæque ille ibi viderit & audiverit. Qua de causa & iste Liber, οὐ Νεκυομαντεία μόνον, ἀλλὰ καὶ Νεκυία ἐπιγράφεται, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ τοῦ Ὀδυσσέως πρὸς τοὺς ἐν ᾅδου νέκυας ὁμιλίαν, *propter colloquium Ulyssis cum Mortuis in Inferis, eo* Libro expositum. Sed & ita Longinus περὶ Ὕψους *cap.* 9. hunc Librum citat, ὡς τοῦ Αἴαντος ἐν Νεκυίᾳ σιωπή. Cum quo confer *Odyss.* Λ. 562. Periz.

15 Τὰ τῆς Κίρκης νίπτρα] Circe *Odyss.* K. balneum Ulyssi parat. Gesn. Miror equidem ab Eruditissimis Viris, qui hæc interpretati sunt singula, non esse animadversum hoc liquidum adeo distinctionis & interpretationis Vitium. Nam quæ sunt illa Νίπτρα Κίρκης, unde pars quædam Homericæ Poëseos denominata fuerit. Notavit primus ad hunc locum Gesnerus, *Circen Odyss.* K. *balneum Ulyssi parare.* Omnes Eum temere, ut videtur, sunt secuti. Verum quidem est, longe maximam partem *Odysseæ* K. impendi τοῖς τῆς Κίρκης: atque idcirco & Noster sine dubio heic illam denotat ista appellatione Τῶν τῆς Κίρκης: & Eustathius ait, Ὅτι τὰ περὶ Αἰόλου καὶ Λαιστρυγόνων καὶ Κίρκης διαλαμβάνουσα ἡ K ῥαψῳδία, οὕτω καὶ ἐπιγράφεται ὑπὸ τῶν παλαιῶν. *Quia Odyssea* K. *continet res Æoli, Læstrigonum, & Circes, ita ergo inscribitur quoque illa à Veteribus.* At nulla, ista in Inscriptione, fit mentio τῶν Νίπτρων τῆς Κίρκης. Sed & in ipso illo Libro demum *v.* 358. nihil aliud ejus refertur, quam, quomodo Circe, quæ socios Ulyssis jam mutaverat in sues, tandem vi adacta cum Ulysse fœdus amicitiæ fecerit, eumque benigne exceperit, atque ideo ancillæ, alia aliud, præparaverint, quarta vero demum ex iis Aquam, qua Ulysses lavaretur ante cœnam, id quod sex aut septem versibus ibi absolvitur Nihil itaque in eo est tanti ullam in partem momenti, ut Nomen daret Toti Libro. Sed quid plura? Distingue meo periculo, τὰ τῆς Κίρκης, Νίπτρα. Sequentes enim appellationes omnes Variorum *Odysseæ* Librorum Auctor sine copula deinexsequitur. Per Νίπτρα autem intelligit *Odyss.* T. Nam reliquæ etiam appellationes ad extrema *Odysseæ* pertinent. Illius autem magnam partem facit *lavatio Ulyssis*, cujus occasione *agnoscitur ab Euryclea*, Nutrice sua: qua causa & ille Liber ab Eustathio dicitur appellatus ὑπὸ Εὐρυκλείας Ἀναγνωρισμός. Sed, quod nostram liquido firmat sententiam, Aristoteles in *Poetica cap.* 13. *Edit. Heins.* diserte eum vocat, & absolute, τὰ Νίπτρα. Nam quum dixisset *Agnitionis* duo esse genera, aliam data opera fieri, aliam casu, atque ita *Ulyssem aliter agnitum à Nutrice, aliter à subulcis*, subjicit *meliorem esse illam, quæ Casu fiat*, ὥσπερ ἡ ἐν τοῖς Νίπτροις, *ut quæ facta est à Nutrice Odyss.* T. *quando Ulyssem lavit.* Idem.

16 Μνηστήρων φόνοι] Nulla est ratio Syntaxeos, quare hoc solum Nominativi formam habeat, quum reliqua omnia sint Accusativi Casus, & esse debeant. Sed & MSti variant. Sluisk. legit φόνος, Lugd. & Regius B. pariter per compendium scribendi videntur velle non φόνοι, sed φόνον, quod reposui. Est

μόνιος [20] ἀθρόαν πρῶτος [21] εἰς τὴν Ελλάδα ἐκόμισε τὴν Ομήρου ποίησιν. Τὸ δὲ ἀγώγιμον τοῦτο ἐξ Ιωνίας, ἡνίκα ἀπεδήμησεν, ἤγαγεν. Υστερον δὲ [22] Πεισίστρατος συναγαγὼν, ἀπέφηνε τὴν Ιλιάδα καὶ Οδύσσειαν.

monius univerſam Homeri poëſin primus in Græciam importavit. Eam autem mercem ſecum ex Jonia, quum peregrinaretur, retulit. Poſtmodum vero Piſiſtratus, collectis *omnibus*, Iliadem & Odyſſeam confecit.

Eſt autem Nomen *Odyſſeæ* X. quam & Euſtathius dicit appellatam Μνηστηροφονίαν. PERIZ.

17 Τὰ ἐν Αγρῷ] Refert & hoc Schefferus ad *Odyſſ.* Ω. Sed prorſus perperam. Nemo dubitabit, opinor, qui rem & Librum conſideraverit, intelligi hac deſcriptione *Odyſſ.* Ξ. cujus omnia vere acta ſunt *in Agro* inter Ulyſſem & Eumæum ſubulcum. Unde & Argumentum Libri hoc eſt, Ξενισμὸς Οδυσσέως γίνεται ἐν τῷ Αγρῷ παρ' Ευμαίῳ, καὶ ποικίλη τις ὁμιλία, *Exceptio Ulyſſis in Agro apud Eumæum, & varia inter eos colloquia.* IDEM.

18 Τὰ ἐν Λαέρτῃ] Caſaub. *l. c. in Strabon.* legit τὰ ἐν Λαέρτου. forte Λαέρτου, eſtque pars illa *Iliad.* Ω. quæ continet Ulyſſis ἀναγνωρισμὸν apud Laërtem. KUHN.

Τὰ ἐν Λαέρτῃ] His vero deſignatur demum *Odyſſ.* Ω. quæ Tres habet præcipuas partes, & Tres itaque hujus generis appellationes: Nempe deductas à Mercurio Animas Procorum in Inferos, ſeu Νεκυίαν: Dein res geſtas in horto & *ædibus Laertæ*, cui Patri ſuo Ulyſſes ſe aliquantiſper diſſimulatum obtulit tandem agnoſcendum; Hæc ſunt τὰ ἐν Λαέρτου, ſcil. οἴκῳ. Sic enim omnino hic legendum cum Caſaubono *ad Strabonem.* Sic IV. 15. ἐν Φαρναβάζου γενόμενος. Hæc autem Secunda Pars reliquis eſt paululo major. Tertia autem continet *pactiones* inter Ulyſſem & Ithacos ægre ferentes cædem procorum, unde illa Σπονδαὶ dicta eſt. PERIZ.

19 Οψὲ δὲ Λυκοῦργος] Aliquanto igitur ante Lycurgum ex Auctoris ſententia vixiſſe videtur Homerus, ſecus quam illi ſentiebant, qui Lycurgum cum eo collocutum tradidere, quos ſequitur Marshamus in *Canone Chronico pag. m.* 414. Favet huic ſententiæ aliqnantulum etiam Epocha Attica, quæ 23 tantum annis ante, quam floruit jam Lycurgus, & cum Iphito primam omnium Olympiadem inſtituit, memorat Homerum, &, quod mireris, poſt Heſiodum quidem, licet id & Alii tradant. Tempus autem illud eſt ultra trecentos annos poſt captam Trojam. Crediderim Ego paulo antiquiorem Homerum vel ex hac Hiſtoria Lycurgi: ſed tamen non admoverim multo propius ad tempus Belli Trojani, quia toties ille de ſuæ ætatis Hominibus ait, vix decem homines ſimul, Οἷοι νῦν βροτοί εἰσι, *quales nunc ſunt Homines*, facere poſſe, quod tunc unus fecerit Heros. Varias Veterum de ejus Ætate ſententias Vide apud Marshamum *pag.* 412. &c. IDEM.

20 Αθρόαν] Id eſt, συνηγμένην εἰς ἓν σωμάτιον, *in unum corpus redactam*, cum antea diſperſa circumferretur per rhapſodias. Ulpianus ad Sabinum *lib.* XXIV. *L.* 52. §. 2. *D. de legatis* III. *ſi Homeri corpus ſit legatum, & non ſit plenum, quantæcunque partes hodie inveniantur, debentur.* ipſa etiam Ilias dicitur σωμάτιον τοῦ Ομήρου, *Homeri corpus.* Heſych. in Ιλιάς. Confer Longinum περὶ ὕψους *c.* 8. quibus accinit Auſonius:

Quique ſacrum laceri corpus collegit Homeri,
Atque notas ſpuriis verſibus appoſuit.

KUHN.

21 Εἰς τὴν Ελλάδα] Ex Creta, ait Plutarchus, ubi etiam ante poſteri Creophili ſervabant. Adſcribam verba ejus, quomodo leguntur in *Lycurgo.* Εκεῖ (hoc eſt in Creta) καὶ τοῖς Ομήρου ποιήμασιν ἐντυχὼν πρῶτον, ὡς ἔοικε, παρὰ τοῖς ἐκγόνοις Κλεοφύλου τοῖς διατηρουμένοις καὶ κατιδὼν ἐν αὐτοῖς τῆς πρὸς ἡδονὴν καὶ ἀκρασίαν διατριβῆς τὸ πολιτικὸν καὶ παιδευτικὸν οὐκ ἐλάττονος ἄξιον σπουδῆς ἀναμεμιγμένον, ἐγράψατο προθύμως, καὶ συνήγαγεν ὡς δεῦρο κομιῶν. ἦν γάρ τις ἤδη δόξα τῶν ἐπῶν ἀμαυρὰ παρὰ τοῖς Ελλησιν. ἐκέκτηντο δὲ οὐ πολλοὶ μέρη τινὰ σποράδην τῆς ποιήσεως ὡς ἔτυχε διαφερομένης. γνωρίμην δὲ αὐτὴν καὶ μάλιστα πρῶτος ἐποίησε Λυκοῦργος. Patet ex his verbis, ea quæ de Ho-

Homeri carminibus Noſter refert, de univerſo ejus opere, non partibus, accipienda eſſe. Nota porro, ab Heraclide in republica Spartanorum eadem tradi, ſed pro Κλεοφύλου ſcribi Κρεοφύλου. Conſule omnino, quæ notavit Anonymus *ad Longinum cap.* 5. ex Stephano. SCHEFF. Ex *Jonia*, ut ait Noſter, ubi apud Creophyli poſteros aſſervabatur. cum Noſtro faciunt plerique omnes, & Plutarchus ipſe. Dabo locum integrum ex *vitâ Lycurgi:* ἀπὸ δὲ τῆς Κρήτης ὁ Λυκοῦργος ἐπ' Ἀσίαν ἔπλευσε, βουλόμενος, ὡς λέγεται, ταῖς Κρητικαῖς διαίταις εὐτελέσιν οὔσαις καὶ αὐστηραῖς τὰς Ἰωνικὰς πολυτελείας καὶ τρυφὰς, ὥσπερ ἰατρὸς σώμασιν ὑγιεινοῖς ὕπουλα καὶ νοσώδη παραβαλὼν, ἀποθεωρῆσαι τὴν διαφορὰν τῶν βίων καὶ τῶν πολυτελειῶν· ἐκεῖ δὲ καὶ τοῖς Ὁμήρου ποιήμασιν ἐντυχὼν &c. *ê Creta Lycurgus in Aſiam ſolvit eo, ajunt, animo, ut victum Cretenſium, vilem ſanè & aſperum, cum Ionum ſumptuoſo luxu componens, differentiam ſobrii victus & luxus propius contemplaretur, quemadmodum medicus ſana comparat corpora cum ſubægris & morboſis: ibi vero* (in Aſia ſcil. & in ſpecie Jonia) *etiam in Homeri incidens poëmata*, &c. Creophylus etiam, poëta Epicus, &, ut quidam volunt, gener Homeri Samius fuit aut Chius, adeoque ejus poſteri, qui Homericorum poëmatum capſarii, non alibi locorum quærendi ſunt. Imo ſunt, qui Homerum Lycurgi temporibus vixiſſe volunt. Cicero *Tuſc. Quæſt.* Lycurgumque in *Chio* cum Homero collocutum Strabo *lib.* X. ex Ephoro. quod tamen ratio temporum non admittit. v. Simſon. *Chronicon P.* III. *p.* 21. KUHN.

22 Πεισίστρατος] Hæc Ælianum ſui oblitum ſcripſiſſe ait Scaliger *lib.* I. *Poët. cap.* 41. At contra probat idem Cicero *de Oratore lib.* III. *Quis doctior iiſdem illis temporibus, aut cujus eloquentia literis inſtructior fuiſſe traditur, quam Piſiſtrati, qui primus Homeri libros, confuſos antea ſic diſpoſuiſſe dicitur, ut nunc habemus.* Habet eadem Gellius *lib.* VI. *cap.* 17. Pauſanias *lib.* VII. Suidas in Ὅμηρος. *Epigr. Vet. lib.* IV. *cap.* 4. Euſtath. *Il.* A. Adde, *quæ notavi ſupra lib.* VIII. *cap.* 2. SCHEFF. Confer Dionyſium Thracem MS. apud Langbainium *notis ad Longin.* KONIG.

Πεισίστρατος] De operâ ab ipſo navata carminibus Homeri Vide quæ diximus *ad* VIII. 2. PERIZ.

ΚΕΦ. ιε'.

Περὶ ἀνοήτων τινῶν ἄγαν.

Φασὶ [1] παχύτατον γενέσθαι τὴν διάνοιαν οἱ τῆς κωμῳδίας ποιηταὶ,

CAP. XV.

De quibuſdam ſupramodum fatuis.

Comici poëtæ Polydorum quendam ſtupidiſſimum mente fuiſſe

1 Παχύτατον τὴν διάνοιαν] Sic Eſaias VI. 10. ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου. PERIZ.

2 Ἀδιακόνιστον] Leg. ἀδιακέντητον: Vultejus videtur ἀδιάκαυστον legiſſe. Vertit enim *illæſam ab incendio, aliisque periculis.* GESNER. Sed Vulgatum habet etiam editio Romana, videturque nil mutandum, cum hæc vox Græcis ſignet ſtupidum, & carentem ſenſu. Heſych. ἀδιακόνιστον, ἀναίσθητον, ἄτρωτον. SCHEFF. ἀδιακόνιστον δέρμα notat corium nulla exercitiorum quaſi limâ tenuatum, nullo pulvere ſubactum. κονίζειν enim eſt *in pulvere exerceri*, quod ipſum corpora habili mollitie, tractabilique afficit teneritate, & ſpiſſam cutem poris apertis αἰσθητικωτέραν facit. Vulgo enim creditum, craſſum & obduratum corium prodere ingenium itidem craſſum & pingue. παχύδερμος certè *Stolidum* Græcis notat, &, ut Comicus ait, *corio Elephanti circumtectum. Sunt*, inquit Plinius *lib.* IX. *cap.* 29. *qui ſubtilitatem animi conſtare non tenuitate ſanguinis putent, ſed cute operimentiſque corporum magis aut minus bruta eſſe, ut oſtrea & teſtudines, boum tergora, ſetas ſuum obſtare tenuitati immeantis ſpiritus, nec purum liquidumque tranſmitti: ſic & in homine,*

ταὶ, τὸ δέρμα ἔχοντα [2] ἀδιακόνιστον, [3] Πολύδωρόν τινα, καὶ ἄλλον, [4] Κοικυλίωνα ὄνομα, ὅσπερ τὰ κύματα ἠρίθμει ὑπὸ τῆς ἄγαν μανίας. Λόγος δέ τις, καὶ [5] Σαννυρίωνα τοιοῦτον γενέσθαι, ὃς [6] ἐν τῇ ληκύθῳ τὴν

se ajunt, cutemque durissimam, quæ vulnerari non posset, habuisse, item alium quendam, Cœcylionem nomine, qui fluctus præ nimia stoliditate numerabat. *Circumfertur* autem narratio quædam, similem his exsti-

mine, cum crassior callosiorve excludat cutis: ceu vero non crocodilis & duritia tergoris tribuatur & solertia. Hinc facile dari posset descriptio hominis δέρμα ἀδιακόνιστον habentis. vide Aristot. *lib.* II. *de Anima* & ibi Philoponi *comment.* *Notæ Konigianæ*, pro ἀδιακόνιστον, una literula superadditâ legunt ἀδιακόντιστον, qua voce Auctor alibi utitur, nimir. *lib.* XII. *Hist. Animal. cap.* 44. significatque *jaculo impenetrabilis.* KUHN.

Ἀδιακόνιστον] Incertior est vocabuli origo, quod & ideo à Gesnero rejectum, qui maluit ἀδιακέντητον, ab aliis diversimode est expositum, Vultejus verterat, *illæsam ab incendio aliisque periculis*, non quod pro eo legerit, aut legi voluerit, ἀδιάκαυστον, ut censet Gesnerus, sed quod derivaverit à κόνις, *cinis.* Kuhnius à κονίζειν, *in pulvere exerceri*, deducit, & interpretatur, *corium nulla exercitiorum quasi lima tenuatum, nullo pulvere subactum, corium rude, nondum confectum, crassum.* Sed hæc videntur longius petita. Hesychius Ἀδιακόνιστον exponit ἀναίσθητον, ἄτρωτον, *quod nihil sentiat, vulnerari nequeat.* Patet ex eo Usus vocabuli, satis itaque probi, & ita insuper ab illo expliciti, ut huic Æliani loco quam maxime congruat. Sed & Origo ejus facile expediri potest secundum Analogiam derivationum & significationis, Deduxerim id enim à διακονίζω, pro quo & διακονέω dicitur, quod non modo notat *ministrare*, sed & *perimere*, *lædere.* Hesych. Διακονῆσαι, κατεργάσασθαι, ἀπολέσαι, βλάψαι, *confecisse*, *peremisse*, *læsisse.* Qua significatione derivandum id est ab obsoleto κέω, κένω, *occido*, unde apud Hesychium Κοναὶ, φόνοι, *cædes*, Κονίζεσθαι, φθείρεσθαι, *consumi*, Ἄκονοι, ἀτρόμητοι, ἄτρωτοι, ἄπληκτοι, *intrepidi*, *non vulnerati*, *illæsi*, & Litera Τ, ut solet post Κ & Π, interposita, Κτέννω, Κτείνω, *occido*, & Κτόνος, *cædes.* Forsan & κόνις *pulvis*, *cinis*, quia cæsa in pulverem vel cinerem rediguntur. Konigius apud Kuhnium voluit legi Ἀδιακόντιστον, *jaculo non penetrabile*, idque probat etiam Cl. Boivinius. PERIZ.

3 Πολύδωρον] Eustathius *Odyss.* Κ. scribit Πολύωρον & Σάνναν & Μελιτίδην. Verba quia proximè huc faciunt, adscribo. Τὸν μωρὸν Σάνναν καλεῖσθαι ὡς ἀπὸ κυρίου ὀνόματος, καὶ παράγεται Κρατῖνος. ἐξ ἐκείνων δὲ καὶ Κοροίβους τινὰς ἀποσκώπτομεν, μαθόντες τινὰ Κόροιβον εὐήθη, Μύγδονα Φρύγα τὸ γένος. ὁμοίως ἔγνωμεν καὶ τὸν Μαμμάκουθον καὶ τὸν Ἀμφιετίδην, ὧν ὁ Μελιτίδης ἀριθμεῖν τε μὴ ἐπίστασθαι λέγεται, εἰ μὴ ἄχρι τῶν πέντε· ὥσπερ δὲ τούτους ἡ ἱστορία λόγου ἠξίωσεν, ἐν οἷς καὶ τὸν τὰ κύματα μετροῦντα Πολύωρον. Adde his Suidam in Γελοῖος, Aristophanem in *Ranis*, quæque illic notat Scholiastes ex Didymo. SCHEFF.

Πολύδωρον] Eustathius *ad Odyss.* Κ. *extr.* varios, & ex Historia celebres, recensens stultos, Πολύωρον hunc vocat: addens τὸν τὰ κύματα μετροῦντα, *qui fluctus metiebatur.* Sed nihil hic mutant MSti, cum Mei, tum Regii. PERIZ.

4 Κοικυλίωνα] Cognomen videtur fuisse Hominis, formatum ἀπὸ τοῦ Κοικύλλειν, quod est *circumspicere.* Aristophanes Θεσμοφορ. *pag.* 813. Τί κοικύλλεις; *quid circumspicis identidem?* PERIZ. Βουπαλίωνα inter fatuos recenset Suidas in *v.* Μωρός. & Schol. *Aristoph.* Βατραχ. 1021.

5 Σαννυρίωνα] *Sannas* quidem stultus fuit, a quo stulti omnes *sanni* dicti, Eustathius. Fuit & Sannyrion poeta. GESNER.

Σαννυρίωνα] Nomen hoc est celebris Comici. Vide *supra* x. 6. Dubitem igitur de integritate hujus loci, idque eo magis, quia Eustathius *d. l.* stultos dicat *Sannas* vulgo vocari, ab Homine stulto, qui eo proprio nomine fuerit usus. Τὸν μωρὸν, ait, οἴδαμεν Σάνναν καλεῖσθαι, ὡς ἀπό τινος κυρίου ὀνόματος. Καὶ παράγεται Κρατῖνος, κωμῳδῶν τοιοῦτον τὸν Θεοδοτίδην Σάνναν. *Stultum novimus Sannam vocari*,

τὴν κλίμακα ἐζήτει. Καὶ [7] Κόροιβον δὲ, καὶ [8] Μελιτίδην, καὶ ἐκείνους ἀνοήτους φασίν.

exſtitiſſe etiam Sannyrionem, qui in lecytho ſcalarum gradus quærebat. Item Corœbum, & Melitiden, etiam illos inſanos *fuiſſe* ajunt.

ΚΕΦ. CAP.

cari, tanquam à Proprio quodam nomine. Et inducit Cratinus, in Comœdia ludens talem hominem, Theodotiden Sannam. Ceterum Lugd. legit etiam, ut B. & C. Pariſ. ἐν τῇ ληκυθίᾳ. At vulgatum diſerte tuetur Sluisk. & recte. PERIZ.

6 Ἐν τῇ ληκύθῳ] Λήκυθος eſt, teſte Heſychio, τὸ μεταξὺ λαυκανίης καὶ αὐχένος. Quod niſi fallor, hoc loco notat aſperam arteriam, in qua cum circuli ſint eminentiores, gradus hic eos interpretatus eſſe videtur, quibus voces aſcendant & deſcendant. MSS. B. & C. habent ληκυθίᾳ. SCHEFF. Simplicius & magis pro ſtolido illo fuerit, vocem λήκυθος in protrita ſua ſignificatione ſumere, qua notat *ampullam oleariam.* in illa enim ille quæſivit ſcalam, non in hominis aſpera arteria. Quis enim affirmaverit, Sannyrionem fatuum hanc chirurgicam & alias inuſitatam vocis λήκυθος ſignificationem unquam didiciſſe? KUHN.

7 Κόροιβον] Vide Proverbium *Corœbo ſtultior* apud Eraſmum. GESNER.

Κόροιβον] Ex Trojana Hiſtoria clarus hic eſt. Fuit enim, ut ait Euſtathius *d. l.* Μύγδων, Φρὺξ τὸ γένος. *Mygdon, Phryx genere.* Mygdonia pars eſt Phrygiæ Majoris, teſte Stephano. At Zenobius *Centuria* IV. *Prov.* 58. dicit *Filium Mygdonis.* Κόρυβον (pro Κόροιβον) τὸν παῖδα Μάγδωνος (lege Μύγδονος) τοῦ Φρυγός. Videtur id hauſtum ex Virgilio *Æn.* II. 341.

——— ——— Juveniſque Corœbus
Mygdonides, illis qui ad Trojam forte diebus
Venerat, inſano Caſſandræ incenſus amore.

Ubi Vide & Servium, qui eum *Mygdonis & Anaximenæ Filium* fuiſſe ait, ac *ſtultum induci ab Euphorione.* Stultitia ejus in eo conſtitit, quod ultimus omnium, ut Euſtathius ait, & ultimis diebus ante excidium Trojæ, ut ex Virgilio liquet, venit Priamo in auxilium. Male ergo Zenobius ei quoque tribuit, quod fluctus maris numerare voluerit, quem tamen ſequitur Diogenianus. Ceterum quia jam olim à Poetis ſtultitiæ nomine celebratus fuit, ideo κατ' ἐξοχὴν paſſim pro Stulto ponitur. Sic Lucianus in *Amoribus pag.* 1096. Μελιτίδην ἢ Κόροιβον οἴει με, *ſtultum me putas eſſe.* Et *Philopſeude pag.* 465. ἀλλ' ἐμφρόνως αὐ ἐξετάζων ταῦτα, Κοροίβου τινος ἢ Μαργίτου νομίζοι, τὸ πείθεσθαι: *ſed prudenter examinans ea, ſtultorum putaret, credere* &c. PERIZ. Scholiaſtes *ad locum alleg. Luciani in Philopſ.* hiſtoriam ridiculam de Corœbo refert. ὁ μὲν Κόροιβος μωρός τις ἀπομνημονεύεται ἄνθρωπος, καὶ οὕτως, ὥστε γυναῖκα ἀγαγὼν (leg. ἀγαγόμενος ex MS.) μὴ αὖ ἐλέσθαι συγκαθευδῆσαι αὐτῇ διὰ τὸν εἰς τὴν πενθερὰν αὐτοῦ φόβον· καὶ οὕτως ἐχόμενον τοῦτον παρθενεύειν αὐτὴν, (leg. καὶ οὕτως ἐχομένου τούτου, παρθενεύειν αὐτὴν) μέχρις αὖ τῆς γυναικὸς σκεψαμένης (leg. σκηψαμένης) τὸ ἄρθρον ὃ δύνῃ συνέχεσθαι (leg. ὀδύνῃ συνέχεσθαι ex MS.) καὶ οὐκ ἄλλως ἀπολυθῆναι, εἰ μὴ μορίῳ τοῦ ἀνδρὸς καταψηθείσαν· οὕτω τὴν κοινωνίαν τότε τοῦ γάμου γενέσθαι. Eadem de Margita tradunt Euſtathius *ad Hom. Odyſſ.* K. Dio Chryſoſt. *Orat.* LXVI. & Suidas in Μαργίτης. At Tzetzes *Chiliad.* IV. de Melitida.

8 Μελιτιάδην] *Melitiden* vocat Cælius Rhod. *Melitides* ſtolidus quidam, & *Corœbus* aliique & ridicula eorum facta memorantur ab Euſtathio *in Odyſſ.* K. Vide *Indicem* in Euſtathium. GESNER. Repoſui ex Sluisk. & Regio A. Μελιτίδην, quomodo eum appellat etiam Lucian. *Amorib. d. l.* Ariſtophanes *Ranis p.* 258. Suidas in Γελοῖος, Euſtathius *d. l.* & Apulejus *Apol. p.* 31. *ed. Caſaub.* Sed & Analogia derivationis id poſtulat. Nam à Μέλιτος, quod ejus, qui accuſavit Socratem, Nomen fuit, formatur Μελιτίδης. Stultitiam hominis, qui vix quinque numerare poterat, memorant Euſtathius & Suidas. PERIZ.

ΚΕΦ. ιϛʹ.

Περὶ Ἀπολλωνιατῶν, καὶ τῆς αὐτῶν χώρας, καὶ περὶ Ἐπιδάμνου.

Ἀπολλωνιάται πόλιν οἰκοῦσι γείτονα Ἐπιδάμνου ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ· καὶ ἐν τοῖς πλησίον αὐτῆς χωρίοις [1] ἀσφάλτου ἐστὶν ὀρυκτὴ, [2] καὶ πιμπλᾷ, τὸν αὐτὸν ἐκ τῆς γῆς ἀνατέλλουσα τρόπον, ὃν καὶ αἱ πλεῖσται πηγαὶ τῶν ὑδάτων. Οὐ πόῤῥω δὲ καὶ τὸ Ἀθάνατον δείκνυται Πῦρ· ὁ δὲ [3] καιόμενός ἐστι λόφος ὀλίγος, καὶ

CAP. XVI.

De Apolloniatis, & ipsorum regione, atque Epidamno.

Apolloniatæ urbem habitant vicinam Epidamno, in Ionico ſinu: atque in proximis urbi locis fodina eſt bituminis, quod implet eam, eodem plane modo è terra exoriens, quo pleræque aquarum ſcaturigines. Non procul etiam Immortalis ille Ignis oſtenditur: qui vero ardet collis eſt exiguus, neque in magnum

1 Ἀσφάλτου] Lego ἄσφαλτος. nam ἄσφαλτος gen. fem. eſt. Et Ariſtot. in *Mirabilibus*. *In Apollonia vicina Atlantinorum ajunt naſci* ἄσφαλτον ὀρυκτὴν, id eſt, *bitumen foſſile*. Stephano *Taulantii* vel *Taulantini*, populi ſunt Illyrii, ut & *Epidamnus* civitas Illyridis, & *Apollonia* Epiri. *Atlantinos populos* non invenio, quare *Taulatinorum* legerim apud Ariſtotelem. *Taulantii* Epidamno vicina gens ab Æliano quoque nominatur in *Hiſt. Anim.* XIV. I. item ab Arriano. GESNER.

Ἀσφάλτου ὀρυκτὴ] Habes hæc omnia apud Strabonem *lib.* VII. ex Poſidippo, quem forte Noſter ſecutus eſt. SCHEFF.

2 Καὶ πιμπλᾷ] Scil. τὴν ὀρυκτὴν ἡ ἄσφαλτος, ἀνατέλλουσα &c. Senſus enim eſt, nunquam deficere iſtic bitumen, haud ſecus, ac aqua haud deficit in fontibus ſuis. Non tantum Interpres, ſed & Palmerius in *Græcia Antiqua* I. 28. aliter hæc percepiſſe videtur. Legi enim vult, καὶ πιμπλᾷ τὸν αὐτὸν ἐκ τῆς γῆς ἀνατέλλουσα τόπον, ὡς καὶ αἱ πλεῖσται &c. & *quæ* (fodina) *replet lacum è terra ſcaturiens, ut plerique fontes aquarum*. Mallem, ſi quid mutari deberet, καὶ πιμπλᾷ αὐτὴν, (ſcil. ὀρυκτὴν) τὸν αὐτὸν &c. Turbaſſe viros videtur Mutatio Nominativi Elliptici, quem ex ſuperioribus credunt eſſe ὀρυκτὴ, quum ſenſus poſtulet, ut ſit ἄσφαλτος. De qua mutatione Nominativorum vide omnino quæ congeſſi *infra ad caput* 40. Ceterum conferendus hic eſt Strabo *lib.* VII. *p.* 316. ὑπ' αὐτῇ δὲ κρῆναι ῥέουσι χλιαροῦ ἀσφάλτου, καιομένης, ὡς εἰκὸς, τῆς βώλου τῆς ἀσφαλτίτιδος. Μέταλλον δέ ἐστιν αὐτῆς πλησίον ἐπὶ λόφου. Τὸ δὲ τμηθὲν ἐκπληροῦται πάλιν τῷ χρόνῳ, τῆς ἐγχωννυμένης εἰς τὰ ὀρύγματα γῆς μεταβαλλούσης εἰς ἄσφαλτον. *Sub ea vero* (petra ignem evomente) *fontes fluunt tepidi bituminis, ardente, ut videtur, gleba bituminoſa. Effoditur vero prope in colle. Quicquid autem effoditur, impletur iterum tractu temporis, terra, quæ in fodinas infunditur, tranſeunte in bitumen.* Sic ergo bitumen neque in fodinis, neque in fontibus ſuis deficiebat. Locus autem dicitur *Nymphæum*. Vide laudatos iſtic à Caſaubono, Plutarchum in *Sulla p.* 468. & Dionem Caſſium *lib.* XLI. *p.* 174. Noſter vero ex Ariſtotele in *Mirabilibus p. m.* 1163. fumſiſſe hæc videtur, ita ut aliquando etiam verba ipſius retineat. PERIZ.

3 Καιόμενος λόφος] Πέτραν vocat Strabo, nomine Νυμφαῖον. De qua vide & Dionem *lib.* XLI. & Plutarch. in *Sylla*, quos laudat Ca-

καὶ οὐκ εἰς μέγα διήκει, καὶ ἔχει περίβολον οὐ πολὺν, ὄζει δὲ θείου καὶ στυπτηρίας· καὶ περὶ αὐτόν ἐστι δένδρα εὐθαλῆ, καὶ [4] πολλὰ χλωρά· καὶ τὸ πῦρ πλησίον ἐνακμάζον οὐδὲν λυπεῖ, οὔτε τὴν τῶν φυτῶν βλάστην, οὔτε [5] τὴν τεθηλυῖαν †. Καίεται δὲ τὸ πῦρ, καὶ νύκτα, καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ διέλιπεν οὐδέποτε, ὡς Ἀπολλωνιάται λέγουσι, πρὶν τοῦ [6] πολέμου τοῦ πρὸς Ἰλλυριοὺς συμβάντος αὐτοῖς.

Ὅτι

magnum ſpatium extenditur, neque longum habet ambitum, ſulphur autem & alumen olet: circumque ipſum florentes ſunt arbores, multaque viridia: & ignis juxta exæſtuans nihil lædit, neque teneros arborum ſurculos, neque frondem. Ignis vero diu noctuque ardet, neque deſiit unquam, ut ajunt Apolloniatæ, ante bellum, quod cum Illyriis gerere debuerunt.

Apol-

† Forte addendum φύσιν.

Caſaubonus. SCHEFF.

4 Πολλὰ χλωρά·] Non dubito, quin lector eruditus legere malit, πόα χλωρὰ, *herba viridis*, *pabulum herbeſcens*. Vult enim Auctor locum indicare & arboribus & herbis gignendis feliciſſimum, ita, ut ignis non procul terra emicans fovere potius videatur, quam lædere arborum florem & ſolum pabuli ferax i. e. τὴν τεθηλυῖαν. vide *indicem* in πόα. Lucem emendationi dabit Seneca *Epiſt.* 79. *In Lycia*, inquit, *regio notiſſima eſt*, *Epheſtion incolæ vocant*, *perforatum pluribus locis ſolum*, *quod ſine ullo naſcentium damno ignis innoxius circuit. Læta itaque regio eſt*, *& herbida* (τεθηλυῖαν & πόαν χλωρὰν deſcribit) *nil flammis adurentibus*, *ſed tantum vi remiſſa & languida refulgentibus.* Strabo *lib.* XII. *Geograph.* de Cappadociæ monte Arigæo, qui quidem nemore eſt obſitus, ἀλλ' οἱ ὑποκείμενοι τῷ δρυμῷ τόποι, καὶ αὐτοὶ πολλαχοῦ πυρὰ ἔχουσιν· ἅμα δὲ καὶ ὕφυδροι εἰσὶ ψυχρῷ ὕδατι. οὔτε τοῦ πυρὸς οὔτε τοῦ ὕδατος εἰς τὴν ἐπιφάνειαν ἐκκύπτοντος, ὥστε καὶ ποάζειν τὴν πλείστην. ubi etiam τὸ ποάζειν *herboſum eſſe* igne non impediri ait. vide Leonicum Thomæum *lib.* I. *cap.* 85. *Var. Hiſtor.* imprimis Ariſtotelem περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων *p. m.* 1102. à quo Noſter hunc locum tantum non quoad verba ſumpſit, & ego emendationem mutuatus ſum ab eodem. Dion Caſſius agmen claudat qui XLI. de eodem igne ait, quod terram, in qua exiſtit, minime exurit aut arefacit, ἀλλὰ καὶ πόας καὶ δένδρα καὶ πάνυ πλησίον θάλλοντα ἔχει, *ſed herbas arboreſque proximè germinantes habet.* KUHN.

Πολλὰ χλωρὰ] Sic & MSti, Mei, & Regii. Nec cauſam video, quare cum Kuhnio hic legam πόα, quum optimus in ſcripta lectione ſit ſenſus. Videtur Doctiſſimum Virum in hanc criſin adegiſſe, quod putaret πολλὰ χλωρὰ referri ad δένδρα. In quo fallitur, quiqui ita ſentit, ut ſane ſenſit Marſil. Cognatus, vertens hunc locum in *Var. Obſerv.* IV. 3. *quem circa ſunt floridæ arbores multæ ac virentes.* At vero per ſe illa ſubſiſtunt, ut ſolent Adjectiva ἐλλειπτικῶς, tanquam ſubſtantiva, adhiberi. Optime ergo dicitur, περὶ αὐτὸν λόφον πολλά ἐστι χλωρὰ, *multa exiſtunt viridia*, ſive herbæ, ſive frutices, ſive plantæ, ſive vites *&c.* Sic abſolute itidem, Αὖον ἀπὸ χλωροῦ τάμνειν, *aridum à viridi reſecare*, Heſiod. Ἔργων 741. Et apud Noſtrum *paulo poſt*, τὴν τεθηλυῖαν. PERIZ.

5 Τεθηλυῖαν] Lege εὐθάλειαν. FABER. Faber corrigit τὴν εὐθάλειαν, invito Cupero, qui hanc vocem utpote & alibi uſitatam Noſtro, putat retinendam. vide *lib.* III. *Obſ. cap.* 15. SCHEFF. Τεθηλυῖα ſatis proba vox, de qua videatur Phavorinus in τεθηλυῖα. Noſter *Hiſt. Anim. lib.* II. *cap.* 36. δένδρον τεθηλὸς, *arbor virens.* vid. *indicem* in θάλλω. Cæterum huc faciunt quæ Methodius in *Synopſi explicat. dictor. Apoſtol.* apud Photium ſcribit: ἐθεασάμην ἐν Ὀλύμπῳ ἐγὼ (ὄρος δέ ἐστιν ὁ Ὄλυμπος τῆς Λυκίας) πῦρ αὐτομάτως κατὰ τὴν ἀκρώρειαν τοῦ ὄρους κάτωθεν ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδόμενον, περὶ ὃ πύραγνος φυτόν ἐστι, οὕτω μὲν εὐθαλὲς καὶ χλοερὸν, οὕτω σύσκιον, ὡς ὑπὸ πηγῆς μᾶλλον αὐτὸ βεβλαστηκέναι &c. οὐ μόνον οὐ καταφλέγεται τὸ φυτὸν τοῦτο, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀκμαιότερον ὑπάρχει, εἰ καὶ τῇ φύσει εὔκαυστον, καὶ ταῦτα περὶ αὐτὰς αὐτοῦ τὰς ῥίζας

Ὅτι Ἀπολλωνιάται ξενηλασίας ἐποίουν 7 κατὰ τὸν Λακεδαιμόνιον νόμον· 8 Ἐπιδάμνιοι δὲ ἐπιδημεῖν καὶ μετοικεῖν παρεῖχον τῷ βουλομένῳ.

Apolloniatæ ad Lacedæmoniorum legem peregrinos urbe expellebant: Epidamnii vero poteſtatem, qui vellet, in ſuam urbem migrandi, & in ea habitandi, faciebant.

τοῦ πυρὸς ἀναφερομένου. *vidi in Olympo (mons eſt in Lycia ſitus) ignem ſponte ſua in ſumma montis ex terræ viſceribus erumpentem; circa montem planta pyragnus vel vitex major, adeo floret, viretque, & tam denſam ſpargit umbram, ac ſi à fonte quodam florem ſuum habeat*, &c. *non tantum non comburitur planta illa, ſed potius magis effloreſcit, utut natura poſſit facile comburi, idque igne circa ipſas ejus radices exiſtente.* Geſnerus ad vocem τεθηλυῖαν forte addendum ait φύσιν. quod ſecus eſſe poteſt. KUHN.

Τὴν τεθηλυῖαν] Faber ex conjectura τὴν ἀνθάλειαν. Caſaubonus vero *ad Athenæum* XI. I. τὴν θαλλίαν, quo vocabulo iſtic Athenæus utitur. Sed vulgatum hic tuentur MSti omnes. Et ideo aſſentior Viris Doctiſſ. Cupero & Kuhnio, qui nihil mutandum cenſent. Habuimus jam *cap.* I. ἄμπελοι τεθηλυῖαι. Sed uſitatiſſimum eſt, & de omnibus dicitur rebus in flore naturæ ſuæ conſtitutis. Sic de mulieribus Heſiod. Ἀσπ. 276. ἀγλαΐῃ τεθαλυῖαι, *venuſtate florentes.* Et Θεογ. 902. Themis peperit Εἰρήνην τεθαλυῖαν, *pulchram Irenen.* Interpretor autem βλάστην de ſurculis pullulantibus, at τεθηλυῖαν, non de *fructibus*, ut voluit Vir Ampliſſ. in *Obſerv.* ſed de *frondibus*, in quibus conſiſtit pulchritudo arboris. Sed & paſſim θαλλὸς pro virente fronde, aut ramo frondente ponitur. Vide Caſaubonum *ad Athenæum* I. 19. PERIZ.

6 Πολέμου τοῦ πρὸς Ἰλλυριοὺς] Intelligi credo bellum, quo eos & Epidamnios ac Corcyræos inviſit Teuta Illyriorum Regina, & cujus metu vel cauſa ſe permiſerunt Romanis, 12. annis ante Bellum Hannibalicum. Vide Polybium *lib.* II. Jam antea tamen etiam Glaucias Rex Illyriorum, tempore Caſſandri, obſedit Apolloniam, ſed pace facta diſceſſit, teſte Diodoro Sic. *lib.* XIX. PERIZ. Mediceus & Sluisk. πλὴν τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς Ἰλλ.

7 Κατὰ τὸν Λακεδαιμόνιον νόμον] De qua Plutarch. *Inſtit. Lac.* & Damaſcenus apud Stobæum *ſerm.* XLII. SCHEFF. Ariſtot. *lib.* II. *Polit. cap.* 9. KUHN.

Κατὰ τὸν Λακεδαιμόνιον νόμον] Lugd. Λακεδαιμονίους. De more illo eleganter Theophilus, Græcus *Inſtit. Juris* Interpres, *de Jure Nat. G. & Civ. pag.* II. ἡ τῶν Λακεδαιμονίων πόλις ἐκέχρητο ξενηλασίᾳ, Λυκούργου τοῦτο νομοθετήσαντος, ἵνα μὴ διὰ τῆς τῶν ξένων ἐπιμιξίας διαφθείροιτο καὶ χεῖρον γένοιτο τὸ τῶν Λακεδαιμονίων ἦθος. *Laced. Civitas non admittebat peregrinos, Lycurgo illud ſanciente, ne peregrinorum commercio corrumperentur, ac deteriores fierent Lacedæmoniorum mores.* Vide quos ibi notavit Fabrottus, eadem de Laconibus tradentes. Horum legem & rationem ſecutos Apolloniatas, crediderit quis forſan; nam & horum Civitatem εὐνομωτάτην, *optimis legibus inſtructam*, ait Strabo. Sed ſecuti ſunt potius Corinthios, à quibus fuere conditi. Nam & hi non dabant Civitatem ſuam peregrinis. Unde apud Senecam *de Beneficiis* I. 13. cum Alexandrum M. victorem jam Aſiæ, per legatos Civitate ſua donarent, & ille riſiſſet hoc officii genus, reſponderunt. *Nulli civitatem unquam dedimus alii, quam Tibi & Herculi.* Ratio horum & plerorumque Græcorum erat, ut ſuam priſtinorum Civium *nobilitatem ſervarent*, ut nos docet Dionyſius Hal. II. 2. Sed & Apolloniatarum hæc fuit ratio, qui idcirco etiam primos coloniæ ſuæ ductores & ſocios tantum admiſere ad Magiſtratus, reliquis dein accedentibus in conſortium civitatis quidem, ſed non honorum adſcitis. Ariſtot. *Polit.* IV. 4. de Iis, ἐν ταῖς τιμαῖς ἦσαν οἱ διαφέροντες κατ' εὐγένειαν, καὶ πρῶτοι κατασχόντες τὴν ἀποικίαν, ὀλίγοι ὄντες πολλῶν. *In honoribus erant ſoli eminentes Nobilitate, & qui Primi coloniæ fuerant Participes, qui pauci erant inter multos.* Ceterum utrum expediat admittere, an rejicere, peregrinos, de eo agunt Thucydides *libro* I. *init.* & Ariſtoteles in *Politicis* paſſim, & maxime V. 3. Dionyſ. Halic. II. 2. Tac. *Ann.* XI. 24. PERIZ.

8 Ἐπιδάμνιοι δὲ ἐπιδημεῖν] Nullus dubito, quin

quin inde Urbs hæc fuerit dicta, quum ab initio, ut videtur, darent Epidamnii, præter morem plerorumque Græcorum, facultatem omnibus in eam ἐπιδημεῖν, quasi Urbem τῶ Ἐπιδήμων, seu Ἐπιδάμων, ut loquebantur Dores, unde ἐπιδάμινος, ἐπίδαμνος. Nam quod Græci (Vide Appianum *Bell. Civ.* & Stephanum Byz.) ab heroe quodam *Epidamno* primum conditam & dictam volunt, fabula est mera, ab iis conficta, qui omnium pene Urbium & Locorum Nomina ad Heroem aliquem, seu notum, sive ignotum, referunt. PERIZ.

ΚΕΦ. ιζ'.

Παροιμία, καὶ περὶ Φρυνίχου.

1 (Αἰθμὸν σφηκῶν) Πτήσσει Φρύνιχος, ὥς τις ἀλεκτρυὼν· παροιμία ἐπὶ τῶ κακῶς τι παθόντων. Ὑπο-

CAP. XVII.

Proverbium, & de Phrynicho.

(Vesparum examen) Trepidat Phrynichus, ut gallus quis gallinaceus: Proverbium de iis, qui mali

1 Αἰθμὸν σφηκῶν] Vide in *Historia Avium* nostra in *Gallinaceo* H. h. GESNER. Imo scribe potius, Ἀριστοφάνης σφηξὶν, hoc est, Aristophanes in Comœdia ejus nominis, quæ hodieque extat. Sic eruditissime Leopardus *lib.* 11. *Emend. cap.* 12. quem vide. SCHEFF. Ego vero, an aliquid mutandum sit, valde dubito. Non enim solet Noster ita Auctorem laudare, à quo sumpsit aliquid deinde per ἀριθμὸν σφηκῶν sensus proverbii alias pendens suppleri videtur. numerum vesparum i. e. Judicum timuit Phrynichus, instar galli. ipse Aristoph. in *Vespis* judices Atticos cum vespis subinde comparat, quia ὀξύθυμοι & facile irritabiles erant σφηκῶν δίκην. Ergo majoris evidentiæ gratia ab Auctore additum, τὸν ἀριθμὸν σφηκῶν. alias Aristoph. ita effert proverbium.

Πτήσσει Φρύνιχος, ὥς τις ἀλέκτωρ.
Timet Phrynichus, gallus ut hospes.

ante Aristophanem Simonides, ni fallor, dixit. ἔπτηξ' ἀλέκτωρ δοῦλος ὡς κλίνας πτερόν, *pertimuit ut servus gallus, demittens alas* Plut. in *Pelopid.* posset etiam dici, vocem ἀριθμὸν male coaluisse, ex Αρ. i. e. Ἀριστοφάνης, quod è margine in textum venit, & θυμὸν, *iram.* KUHN.

Ἀριθμὸν σφηκῶν πτήσσει &c.] Erudite, ut solet omnia, hunc locum tractavit Doctiss. Leopardus *Emendat.* 11. 12. Et debuisset illi auscultare Kuhnius. Adagium est antiquum apud Græcos, πτήσσειν, ὥς τις ἀλεκτρυὼν; vel ὡς ἀλέκτωρ, ut patet ex Plutarchi *Alcib.* p. 183. Hoc transtulerunt Athenienses ad Phrynichum ex ea causa, quam Auctor hic refert. Inde ergo Aristophanes, Σφηξὶ, h. e. in *Vespis, p.* 536. πτήσσει Φρύνιχος, ὥς τις ἀλέκτωρ. Censuit itaque Leopardus, pro illis Αἰθμὸν σφηκῶν reponendum Ἀριστοφάνης Σφηξί. Sed excipit Kuhnius, Nostrum non solitum laudare Auctores, unde aliquid sumpsit. Et verum id est. Quapropter persuasissimum equidem habeo, verba illa Ἀριθμὸν σφηκῶν, quæ nihil pertinent ad hoc proverbium, & quorum etiam sensus est ab eo alienissimus, orta quidem ex compendiose scriptis, in margine primum, ac dein in Textu ipso, Ἀριστοφ. Σφη. Neutrum vero esse Auctoris Nostri. Confirmat me multum in hac sententiâ Lugd. Codex, qui insititia hæc & corrupta nullus agnoscit, & sine ullo indicio vitii caput incipit à πτήσσει. Neque aliter Regius Par. B. sed & in Margine Regii C. annotatum est, *Vacat in antiquo*, h. e. deest. Nam & ita *cap.* 19. ad Λακωνικῶς, quod itidem à quibusdam Codd. abest, adscriptum est in margine illud ipsum. Atque ideo suspecta hæc uncis inclusi, penitus ejicere non ausus,

Ὑποκρινομένου γὰρ [2] Φρυνίχου τοῦ τραγικοῦ τὴν [3] Μιλήτου ἅλωσιν, οἱ Ἀθηναῖοι δακρύσαντες [4] ἐξέβαλον δεδοικότα καὶ ὑποπτήσσοντα.

ΚΕΦ.

mali quid patiuntur. Quum enim Phrynichus tragicus Mileti expugnationem ageret, Athenienses eum lacrymantes ejecerunt theatro metuentem ac trepidantem.

CAP.

ausus, quia Sluisk. ea tuetur. De *Phrynicho* abunde egimus *ad* III. 8. PERIZ.

2 Φρυνίχου] Clarius hæc Strabo ex Callisthene *lib.* XVI. φησί γε, ait, Καλλισθένης ὑπ' Ἀθηναίων χιλίαις δραχμαῖς ζημιωθῆναι Φρύνιχον τὸν τραγικὸν, διότι δρᾶμα πεποίηκε Μιλήτου ἅλωσιν ὑπὸ Δαρείου. Nota non ejectum aut urbe expulsum esse Phrynichum, ut Interpres opinatus est, sed pecunia multatum. Id quod verissimum. Testatur etiam Plutarch. in *Præc. Reip. Gerend.* ubi habet hanc historiam. Herodot. Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ δῆλον ἐποίησαν ὑπεραχθεσθέντες τῇ Μιλήτου ἁλώσει, τῇ τε ἄλλῃ πολλαχῇ καὶ δὴ καὶ ποιήσαντι Φρυνίχῳ δρᾶμα Μιλήτου ἅλωσιν καὶ διδάξαντι, ἐς δάκρυα τε ἔπεσε τὸ θέητρον, καὶ ἐζημίωσάν ὡς ἀναμνήσαντα οἰκήια κακὰ χιλίῃσι δραχμῇσι, καὶ ἐπέταξαν μηκέτι μηδένα χρᾶσθαι τούτῳ τῷ δράματι. Imposuit Interpres noster nonnemini ex iis etiam, qui adagia compilavere, ubi Phrynichus etiam ejectus scribitur. Porro historiam hanc habet etiam Herodotus *lib.* VI. & Suidas, cujus posterioris verba tamen corrupta, & ex Nostro emendanda sunt. SCHEFF. οἱ Ἀθηναῖοι ἐξέβαλον Φρύνιχον, Interpres reddit, *Athenienses ejecerunt Phrynichum.* idque non male, si theatro ejectum, explosum, exclusum, intelligas. Gloss. *Explosâ* ἐκβληθείσης. & iterum, ἐκβεβλημένος, *explosus.* Bene Donatus in *illud Terentii.*

Partim sum earum exactus, partim vix steti.

sensus est, *aut displicui*, *aut in aliquibus vix placui* &c. *& propriè locutus est. Nam fabulæ aut agi dicuntur aut stare.* Ergo fabula cum non *stetit*, *exacta* propriè dicitur, ut ex multis aliis in Terentio locis videre licet. Ita non urbe, sed theatro locoque scenico ejectus Phrynichus & mulctam quoque drachmarum millium dare jussus est. Quod Suidam attinet, ejus verba hæc sunt. Φρύνιχον οἱ Πέρσαι χιλίαις ἐζημίωσαν, ἅλωσιν τραγῳδήσαντα Μιλησίων. *Phrynichum Persæ mille drachmis mulctarunt*, *cum Tragœdiam de Milesiorum captivitate ageret*, ad verbum descripta omnia ex Scholiis *in Aristoph. Vespas*, nisi quod ibi melius legitur, ὃν (Φρύνιχον) Ἀθηναῖοι, *quem Athenienses* &c. confer Tzezem *Chiliad. p.* 139. Ammian. *lib.* XXVIII. *cap.* I. KUHN.

3 Μιλήτου ἅλωσιν] Quam expugnarunt Persæ tempore Darii Hystaspis, Viris interfectis, & feminis in servitutem abductis. Ægerrime autem tulerunt id Athenienses, qui jam sibi quoque metuebant à Persis. Atque ideo Phrynichum mulctarunt 1000. drachmis, tanquam qui domestica sibi mala renovasset, testibus Herodoto VI. 21. Plutarcho in *Polit. præceptis.* Strabone *lib.* XVI. Suida, & Schol. Aristophanis. Adde Tzetzem *ad Hesiodum* Ἐργ. *v.* 414. sed ubi corrupte Φερένικος legitur pro Φρύνιχος: ὡς καὶ πρὸ Αἰσχύλου τῆς ἀληθείας ὁ Τραγικὸς Φερένικος δίκας ἐξέτισε, ζημιωθεὶς χιλίας δραχμὰς, ὅτι Μιλήτου παρὰ Περσῶν γεγράφηκεν ἅλωσιν, καὶ τὸ θέατρον πρὸς ὀλοφύρσεις ἐκίνησεν. *sicut etiam ante Æschylum veritatis pœnas dedit Phrynichus Tragicus*, *mulctatus mille drachmis*, *quod Mileti expugnationem à Persis factam scripsisset*, *& spectatores in lamentationes conjecisset.* PERIZ.

4 Ἐξέβαλον] *Ejecerunt*, vertit Vultejus simpliciter, quod erroris incusat Schefferus, quasi mens fuisset Vulteji, Phrynichum ideo *Urbe ejectum.* Defendit Kuhnius, & accipit, sensu *explodendi*, *exigendi*, scil. è theatro. Et recte prorsus. Nam ne dubitemus ita exactum tunc quoque & explosum Phrynichum, Herodotus addit præter mulctam illi dictam, fabulam quoque abolitam ex usu hominum. Sed & ἐκβάλλειν notat quoque, ratione significationis haud dubie à theatro petenda, aliquid *contemnere*, *contemptim abjicere & aspernari.* *Supra* II. 24. Ἤδη τινες τὴν Μίλωνος ῥώμην ἐξέβαλον, τοιαῦτα ὑπὲρ αὐτοῦ λέγοντες. Ubi Vide, quæ notavi. IDEM.

ΚΕΦ. ιη'.

Περὶ Διονυσίου.

[1] Διονύσιος, ὁ τῆς Σικελίας τύραννος, τραγῳδίαν μὲν ἠσπάζετο, καὶ ἐπῄνει, καὶ οὖν καὶ δράματα ἐξεπόνησε τραγικά· [2] ἀλλοτρίως δὲ πρὸς τὴν κωμῳδίαν διέκειτο, ὅτι [3] οὐκ ἦν φιλόγελως.

CAP. XVIII.

De Dionysio.

Dionyſius Siciliæ tyrannus Tragœdiam quidem amabat, ac laudabat, atque ideo etiam tragica faciebat dramata: à Comœdia vero abhorrebat, quod ad riſum non eſſet propenſus.

ΚΕΦ. CAP.

1 Διονύσιος ὁ τῆς Σικελίας] Meminit Strabo *alicubi.* Conſule & Suidam, & Gyraldum, & Voſſium. SCHEFF. Helladius apud Photium *pag.* 870. ὁ πρῶτος Διονύσιος ὑπὸ τῆς ἐξουσίας καὶ τῶν κολάκων καὶ τῆς τρυφῆς διαφθειρόμενος ἐπεχείρησε καὶ τραγῳδίας γράφειν. *prior Dionyſius* &c. *potentia, adulatoribus, luxuque corruptus, conatus eſt etiam Tragœdias ſcribere.* ſubjicit deinde monſtra vocabulorum, quibus quaſi gemmis Tragœdias ornare voluit. Diodorus *lib.* XIV. σφόδρα εἰς τὴν ποιητικὴν ὑπῆρχε μεμηνώς, *inſano Poëtices ſtudio tenebatur* &c. Athenis quoque in Liberalibus Tragœdiam docuit vicitque. Idem *lib.* XV. Plut. ex ejus quadam tragœdia hoc dictum exhibet:

Η γὰρ τυραννὶς ἀδικίας μήτηρ ἔφυ.
Injuſtitiæ etenim Tyrannis eſt parens.

vid. Philoſtrat. *lib.* I. *de Vit. Soph.* it. *Antiphontis.* KUHN.

Ο τῆς Σικελίας] In Sluisk. ac Regiis A. & C. poſt hæc verba vacuum ſpatium integri vocabuli eſt relictum. Et forte addideris haud male τύραννος, quod unica videtur litera notatum, & ideo facilius excidiſſe. De Dionyſii ſtudio in Poëſin & maxime Tragicam, Cicero *Tuſc. quæſt.* v. 22. & Alii, quos Vide hic apud Kuhnium. A Comœdia alienior quidem fuit, ſed tamen eam quoque tentavit, ut tradit Suidas, qui ita in concordiam redigendus eſt cum Æliano. Satis autem φιλόγελως & facetus erat Dionyſius in ſacrilegiis ſuis. Vide Cicer. *lib.* III. *de Nat. Deor. cap.* 34. PERIZ. Hiatum, qui exſtat in Sluiskiano aliisque MSS. commodum ſupplet Mediceus voce τύραννος.

2 Αλλοτρίως] At Suidas: ἔγραψε τραγῳδίας καὶ κωμῳδίας. SCHEFF.

3 Ουκ ἦν φιλόγελως] Ariſtot. *de R. P. cap.* 5. ἡ δὲ κωμῳδία ἐστὶ μίμησις φαυλοτέρων μέν, οὐ μέντοι κατὰ πᾶσαν κακίαν, ἀλλὰ τοῦ αἰσχροῦ ἐστι τὸ γελοῖον μόριον. τὸ γὰρ γελοῖόν ἐστιν ἁμάρτημά τι καὶ αἶσχος ἀνώδυνον καὶ οὐ φθαρτικὸν &c. *Comœdia autem imitatio eſt pejorum, non tamen ſecundum omnia malorum genera, ſed turpitudinis pars eſt res ridicula.* Eſt *enim peccatum quoddam & turpitudo ſine dolore & innoxia.* Ea propter Tyrannus comœdiam pro re ludicra & riſui amica habuit ſtudioque ſuo indignam judicavit. KUHN.

ΚΕΦ. ιθ'.

Περὶ τῶν ὑπὸ Κλεομένους ῥηθέντων ὑπὲρ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου.

Ἔλεγεν ὁ [1] Κλεομένης [2] Λακωνικῶς κατὰ τὸν ἐπιχώριον τρόπον, τὸν Ὅμηρον Λακεδαιμονίων εἶναι ποιητὴν, ὡς χρὴ πολεμεῖν λέγοντα· τὸν δὲ Ἡσίοδον [3] τῶν Εἱλώτων, λέγοντα ὡς χρὴ γεωργεῖν.

ΚΕΦ.

CAP. XIX.

Cleomenis ſententia de Homero & Heſiodo.

Cleomenes Laconice ſecundum patrium morem dixit, Homerum Lacedæmoniorum eſſe poëtam, Heſiodum vero Helotarum: quoniam ille belligerandi, hic agros colendi rationem doceret.

CAP.

1 Ὁ Κλεομένης] Plutarchus *in Apopht. Lacon.* SCHEFF. Dio Chryſoſt. x. *orat.* 2. *de Regno* refert, Alexandrum Macedonem ſolum inter Poëtas Homerum lectitaſſe, quod ejus poeſin animadverteret, τὴν ὄντως γενναίαν καὶ μεγαλοπρεπῆ καὶ βασιλικὴν, *vere generoſam, magnificam & regiam.* Heſiodum autem fabris, opilionibus & agricolis, non ducibus aut regibus legendum idem cenſuit *l. c.* KUHN.

Κλεομένης] Fuit hic *Anaxandridæ F.* ut diſerte ait Plutarchus *Apophth. Lac.* Primus ergo ejus Nominis Rex Spartanus, qui vixit tempore Darii Primi. PERIZ.

2 Λακωνικῶς] Hoc MS. B. non agnoſcit & eſt haud dubie ex gloſſa. SCHEFF. Si textui dempſeris Λακωνικῶς, ſenſus perſpicuitatem non leviter obſcurabis. Cæterum non abſimili argumento Meleager Gadarenſis Homerum dixit Syrum eſſe, quia patriæ ſuæ more introducit in Poëſi priſcos illos Heroas piſcium abſtinentes, cum tamen ad Helleſpontum eſſent piſcibus abundantem: Athen. *lib.* IV. KUHN.

Λακωνικῶς] Etiam à Lugd. abeſt hæc vox, æque ac à Pariſ. B. At in Cod. C. annotatum eſt iterum, *Vacat in antiquo.* Et ſane ſi afuiſſet ab omnibus Edd. nemo, opinor, eam deſideraſſet, modo Cleomenem ſciviſſet Spartanum fuiſſe. Nam de homine Lacedæmonio idem eſt, dixiſſe eum aliquid Λακωνικῶς, vel, κατὰ τὸν ἐπιχώριον τρόπον, quum utique ἐπιχώριος τρόπος ſit illi Λακωνικὸς. Nihil tamen mutare ſum auſus, quia reliqui Codd. retinent vocabulum. Et utrumque conjunxit Noſter etiam *ſupra* II. 19. Λακωνικῶς τε ἅμα καὶ κατὰ τὸν ἐπιχώριόν σφισι τρόπον. PERIZ.

3 Τῶν Εἱλώτων] Vide *ſupra ad* III. 20. & Cragium *de Rep. Laced.* I. 11. IDEM.

Κ Ε Φ. κ'.

Περί τινος ἡδέως ἀποθνήσκοντος, ὅπως ἂν ἴδοι τινας τῶν τεθνεώτων.

Ἀνὴρ Μεγαλοπολίτης ἐξ Ἀρκαδίας, [1] Κερκιδᾶς ὄνομα, ἀποθνήσκων ἔλεγε πρὸς τοὺς οἰκείους, [2] ἐνθυμούμενος ἡδέως ἀπολύεσθαι τοῦ ζῆν· [3] δι' ἐλπίδος γὰρ ἔχειν συγγενέσθαι, τῶν μὲν Σοφῶν Πυθαγόρᾳ, τῶν δὲ Ἱστο-

ρι-

C A P. XX.

De quodam lubenter vita defuncto, tantum ut mortuos quosdam videre posset.

Civis Megalopolitanus ex Arcadia, Cercidas nomine, moriens dixit familiaribus suis, se cum jucundis cogitationibus hac vita solvi: sperare enim se conventurum, ex Philosophis Pythagoram,

ex

1 Κερκιδᾶς] An Poëta ille Megapolitanus, cujus *jambos* allegat Athenæus? Suidas *Cercidam* habet, Macedonum partibus studentem. Forte unus idemque est. KUHN.

Κερκιδᾶς ὄνομα] Fuit hic non tantum Poëta jamborum, quem tamen, quod miror, Vossius in *Poëtis Græcis* prætermisit, sed & Legislator Arcadum, qui & Primum ac Secundum Librum *Iliados* Homericæ sepeliri secum jussit. Vide Ptol. Hephæstionem apud Photium *Bibl. p.* 485. Meminerunt ejus præter Athenæum, complures Alii, inque iis Laertius in *Diogene*, seu VI. 76. Ubi Vide omnino Menagium. Addam Ego illis Eustathium, tanto magis, quoniam simul eum in hoc Nomine corrigam. Ait ille ad Homer. *Iliad.* B. *pag.* 199. *extr.* Νόμους τινὲς ἐξέθεντο, ἀποστοματίζειν τοὺς παιδευομένους τὸν Ὁμήρου κατάλογον, ὡς καὶ ὁ Κερδίας νομοθετῶν τῇ πατρίδι. *Quidam leges tulerunt, ut illi, qui docentur* in Scholis, *memoriter recitent Catalogum Navium, sicuti fecit etiam Cerdias leges ferens suæ patriæ.* Sed quis ille Κερδίας? Legendum sine dubio Κερκιδᾶς, qui utique Leges patriæ suæ condidit, & amavit Homerum, ac ejus, ut vidimus, *Secundum Iliados librum*, cujus potissima pars est ille *Catalogus*, sepeliri secum jussit. Verum hæc quum jam scripsissem, præceptam dein vidi hanc emendationem ab Ampliss. Cupero *Apoth. Homer. pag.* 130. quod, ne quis me plagii argueret, testandum ultro censui. PERIZ.

2 Ενθυμούμενος] Interpres omisit: redderem, *dixit ad familiares, re consideratâ* vel *cogitatâ*. Gl. ἐνθυμοῦμαι, *cogito, excogito, animadverto, voluto.* Innuitur illum ante serio secum hæc, quæ dixit perpendisse: nisi malis εὐθυμούμενος, *lætus.* KUHN.

Ενθυμούμενος ἡδέως] Miris hic modis hæsitat Eruditissimus Kuhnius, & in Notis modo secutus vulgatam distinctionem, à Perusco usque profectam, quæ commate separat hæc vocabula, exponit ἐνθυμούμενος absolute, *re considerata, cogitata:* modo suspicatur legendum εὐθυμούμενος, *lætus.* Similiter in *Indice* modo exponit *ex animo*, modo præfert iterum illud εὐθυμούμενος. Vultejus nullam ejus vocabuli in Versione, quæ servata hic est ab omnibus, rationem habuit. Et tamen nihil hic difficultatis est, modo tollatur ineptum illud comma, quod distinguit conjungenda. Syntaxis enim est, ἔλεγε ἀπολύεσθαι τοῦ ζῆν ἐνθυμούμενος ἡδέως. Neque alia est loquendi ratio in Infinito, quam si in Finito dicatur, ἀπολύομαι τοῦ ζῆν ἐνθυμούμενος ἡδέως, h. e. *discedo è vita cum jucundis cogitationibus*, seu *suaviter cogitans* de illa spe, quam concepi, brevi jam videndi Pythagoram *&c.* Passim ita junguntur Verbis etiam Infinitis Nominativi, in quo hæsisse hic videntur Interpretes, æque ac Gesnerus dein *cap.* 23. Sic *supra* III. 29. Diogenes de se dicebat, εἶναι πλάνης, πα-

ρικῶν [4] Ἑκαταίῳ, τῶν δὲ Μουσικῶν [5] Ὀλύμπῳ, τῶν δὲ Ποιητῶν Ὁμήρῳ. Καὶ ἐπὶ τούτοις, ὥς λόγος, τὴν ψυχὴν ἀπέλιπεν.

ex Hiſtoricis Hecatæum, ex Muſicis Olympum, ex Poëtis Homerum. Et poſt hæc *dicta*, ut fama eſt, vitam reliquit.

ΚΕΦ. CAP.

τεῖδος ἐστερημένος &c. V. 17. *οἱ δὲ*, ſcil. *φασὶ* μεμηνὼς τοῦτο δρᾶσαι. VII. 5. ὁμολογεῖ δὲ καὶ Ὀδυσσεὺς πολλὰ εἰδέναι καὶ τεχνίτης αὐτῶν εἶναι. Sic & mox *cap.* 23. & 38. *extr.* Imp. Julianus *Orat.* I. *pag. m.* 44. τῷ χαίρειν πάντα δωρούμενος, *lætari, dum omnia donas* aliis. Vide & Budæum *Comment. L. Gr. p. m.* 1327. Sed & Latini Græciſmum hunc ſæpe imitati ſunt, ut notarunt Grammatici. Vide Sanctii *Minervam* III. 7. *extr.* Ενθυμούμενος eſt ſimpliciter *cogitans*, Sic *Actor. Ap.* X. 19. Ενθυμουμένος περὶ τοῦ ὁράματος, *cogitans de iſta viſione.* PERIZ. Parens meus ſuſpicabatur Ælianum ſcripſiſſe, ἔλεγε πρὸς τοὺς οἰκείους ἀθυμουμένους, *triſtitia ac mœrore affectos.*

3 Δι' ἐλπίδος γὰρ ἔχειν] Idem ante fecerat Socrates, ut videre eſt apud Platonem in *Apologia:* Cicero verba ejus ita concipit, *lib.* I. *Tuſcul. quæſt. Si vera ſunt, quæ dicuntur, migrationem eſſe mortem in eas oras, quas, qui è vita exceſſerunt, incolunt: id multo jam beatius eſt te, cum ab iis, qui ſe judicum numero haberi volunt, evaſeris, ad eos venire, qui vere judices appellentur, Minoëm, Rhadamantum, Æacum, Triptolemum, convenireque eos, qui juſte & cum fide vixerint, hæc peregrinatio mediocris vobis videri poteſt? Ut vero colloqui cum Orpheo, Muſæo, Homero, Heſiodo liceat, quanti tandem æſtimatis?* &c. Obſerva, quæ paganis maxima in obeunda morte fuerint ſolatia, nec enim alia majora habuerunt, uti conſtat ex quamplurimis ipſorum locis. SCHEFF. Vide Platon. in *Phædone*, ἢ ἀνθρωπίνων &c. *Caton. Major. de Senectute, ſub fine. Somnium Scipionis* &c. Sed Ethnici de animæ ſtatu poſt mortem ſatis diſerte & confidenter locuti tandem in dubitationem nullo ſubnixam fulcimento deſinunt. *Cicero l.* I. *Q. Tuſcul.* fatetur nihil ultra quo progrediatur ſe habere quam veriſimilia & conjecturas. Nos vero, qui Chriſtum ſequimur ducem & βεβαιότερον λόγον *habemus, fiducia compertæ veritatis* ſinum Abrahæ cæleſtiaque cum ſanctis contubernia fide ſpeque certa jam nunc præcerpere jubemur. KUHN.

4 Ἑκαταίῳ] Illuſtris hic fuit Hiſtoricus, Mileſius patria, qui & primus dicitur à quibuſdam ſcripſiſſe Hiſtoriam ſoluta oratione. Vixit & floruit tempore Darii Primi. Vide Voſſium. PERIZ.

5 Ὀλύμπῳ] De hoc Muſico conſule Plutarchum *libro de Muſica.* Ariſtophanem & Scholiaſtem *ejus*, Euſtath. *Iliad.* A. meminit & Plato *lib.* III. *de Legibus* & in *Minöe*, ubi eum optimum Muſicæ doctorem appellat. SCHEFF.

Ὀλύμπῳ] Duo iſtius Nominis memorantur ex Phrygia celeberrimi Tibicines. Alter amaſius & diſcipulus Marſyæ, dudum ante Trojana tempora, qui maxime celebratur. Hyginus *fab.* 273. interfuiſſe eum ludis ait, quos Acaſtus Peliæ F. fecerit Argis, & *viciſſe tibiis*, ſicuti *voce ad Olympi tibias* viciſſe iſtic dicitur Eumolpus Neptuni F. Alter junior, qui tamen refertur à Suida ad tempora Midæ. Utrique tribuuntur αὐλῳδικοὶ Νόμοι, Priori etiam Μέλη, *carmina.* Vide de Utroque Plutarchum *de Muſica, init.* & Suidam. Adde Ariſtoph. *Equitibus, pag.* 288. & ibi Scholiaſten, Ariſtot. *Polit.* VIII. 5. Lucian. *adv. Indoctum pag.* 540. & *Harmon. p.* 639. Pauſaniam *Phocicis cap.* 30. Philoſtratum *Vitis Sophiſt. p.* 568. Ovidium *Metam* VI. 393. & *Pont.* III. 3. Hyginum *fab.* 165. Alioſque. Ex quibus liquet, Priorem illum, Marſyæ diſcipulum, hoc Nomine κατ' ἐξοχὴν intelligi. PERIZ.

ΚΕΦ. κα'.

Περὶ Φρυγίου ἁρμονίας.

Ὅτι [1] ἐν Κελαιναῖς [2] τῇ δορᾷ τοῦ Φρυγὸς ἐὰν προσαυλῇ τις τὴν ἁρμονίαν τὴν Φρύγιον, ἡ δορὰ κινεῖται· [3] ἐὰν δὲ εἰς Ἀπόλλωνα, ἀτρεμεῖ, καὶ ἔοικε [4] κωφῇ.

CAP. XXI.

De Phrygia harmonia.

Si quis Celænis pelli Phrygis tibia accinat Phrygiam harmoniam, pellis movetur: ſin in Apollinem *canat*, quieta eſt, & ſurdæ ſimilis videtur.

1 Ἐν Κελαιναῖς] Ubi Marſyæ Phrygis pellis, forma utris ſuſpenſa fuit, ut docet Herodotus *lib.* VII. SCHEFF.

2 Τῇ δορᾷ τοῦ Φρυγὸς] Noſtri Codd. pariter, ſed & ex Regiis B. & C. τὴν δορὰν, quod cur mutaverit Cam. Peruſcus, ratio idonea eſt nulla, quum paſſim vocula πρὸς cum Verbis compoſita Accuſativum illis Caſum jungat. *Supra* V. 6. καὶ ὁ μὲν Ἥλιος αὐτὸν προσέβαλλεν. Et ubivis apud Homerum, Τὸν δ' αὖ προσέφη, προσέειπεν, & ſimilia. *Phryx* autem ille eſt Marſyas, cui detracta cutis ab Apolline, ſuſpenſa eſt Celænis. Vide Lucanum *Pharſ.* III. 206. Statium *Theb.* IV. 186. & maxime Herodotum VII. 26. ſed ex quo loco male putant Marſyæ pellem *forma utris* iſtic ſuſpenſam, cum Schefferus noſter, tum Bartholinus *de Tibiis* III. 2. Decepit eos Interpres Herodoti, qui ita vertit, quum verba Auctoris ſint, καὶ ὁ τοῦ Σιληνοῦ Μαρσύεω ἀσκὸς ἐν τῇ πόλι ἀνακρέμαται, *Etiam Sileni Marſyæ cutis in illa Urbe ſuſpenſa eſt.* Nempe ἀσκὸς notat etiam ipſam pellem animalis, ſeu cutem corporis, ut notum eſt. Ceterum, quia Marſyas invenit *Phrygiam Harmoniam*, eâque celebrabatur maxime Cybele, quam coluit & affectatus eſt ille, ideo etiam *pellis* ejus audita hac Harmonia *movetur*, nihil vero movetur ad cantum *Apollineum*, ſeu ad cantus & hymnos in honorem Inimici. PERIZ. Receptam lectionem, quam abſque ulla ratione ſollicitavit vir Doctiſſimus, non ſolum tuetur Mediceus a ſecunda manu, ſed & ipſa conſtructionis ratio flagitat. *lib.* IV. *cap.* 7. Ἀλλ' ἴθι προσαύλησον σὺ νῷιν πῶσμόν τινα. Sed & idem uſus obtinet in verbis ἐπαυλεῖν, & προσᾴδειν. Lucianus *de Sacrificiis p.* 337. Ed. Salm. καὶ ἡμίφωνον ἤδη τῇ θυσίᾳ ἐπαυλοῦν. *Infra lib.* XIV. *cap.* 23. ὁ ἐν Ἰλιάδι Ἀχιλλεὺς ὁ τῇ κιθάρᾳ προσᾴδων. Suidas: Προσᾴδω, δοτικῇ. Pollux *loc. alleg.* ἦν δὲ καὶ ἀλήτης ᾆσμα ταῖς ἠιώραις προσαδόμενον. Ariſtophanes in *Ranis v.* 898.

Ὑμεῖς δὲ ταῖς Μούσαις τι μέλος προσᾴσατε.

3 Ἐὰν δὲ εἰς Ἀπόλλωνα] Puto locum eſſe vitioſum, & ſcribendum, ἐὰν δέ τις Ἀπόλλωνος, ut intelligatur modus, ab Apolline ſic dictus, ſenſusque ſit, ſi quis ipſum canat, hoc fieri. Pollux *lib.* IV. *cap.* 9. νόμοι δ' αὐτῶν, Διὸς, Ἀθηνᾶς, Ἀπόλλωνος &c. Cuperus III. *Obſ. cap.* 15. ἐὰν δὲ τὴν Ἀπόλλωνος, quod ſenſu pari recedere longius à ſcripturâ vulgari videtur. SCHEFF. Mihi videtur ἀπὸ κοινοῦ repetendum ἁρμονίαν, quemadmodum & verbum προσαυλεῖν repetitur, hoc ſenſu, *ſin aliquis modos in honorem Apollinis accinat, immota manet & ſurda videtur eſſe.* KUHN.

Εἰς Ἀπόλλωνα] Malis hæc avibus ſollicitant Eruditi. Schefferus legit, ἐὰν δέ τις Ἀπόλλωνος. At Ampliſſ. Cuperus *Obſerv.* III. 15. ἐὰν δὲ τὴν Ἀπόλλωνος, præfatus *nihil videre ſe, cum quo* vulgata lectio *cohæreat.* At omnia ſunt ſana prorſus & plana. Fuit enim inter νόμους αὐλῳδικοὺς, unus εἰς Ἀπόλλωνα, ab ipſo, ut plerique tradunt, Olympo inventus. Plutarchus *de Muſica*, *non longe ab initio*, Λέγεται τὸν προειρημένον Ὄλυμπον, αὐλητὴν ὄντα τῶν ἐκ Φρυγίας, ποιῆσαι νόμον αὐλητικὸν εἰς Ἀπόλλωνα, τὸν καλούμενον Πολυκέφαλον. *Dicitur enim, ſupra dictum Olympum Tibicinem ex iis, qui fuerunt ex Phrygia, feciſſe in Apollinem harmoniam*

Tibicinam, *quæ vocatur Polycephalos.* Addit deinde, Alios eam tribuere Crateti diſcipulo Olympi, Alios Juniori Olympo. Senſus ergo hujus loci eſt, ἐὰν δὲ προσαυλῇ τις ἁρμονίαν τὴν εἰς Απόλλωνα &c. PERIZ.

4 Κωφὴ] Perperam prorſus vertebatur *Muta.* Nec enim pellis ceciniſſe dicitur & ipſa, ſed tantum moviſſe ſe ad Phrygiam Harmoniam, quæ ad Hymnum in Apollinem Victorem ſuum & Ultorem Acerbum, quaſi ſurda, nihil ſe movet. Græca autem vox æque *Surdum* notat ac *Mutum.* Nicarchus *Anthol. Epigr.* II. 30.

Δυσκώφῳ δύσκωφος ἐκρίνετο, καὶ πολὺ μᾶλλον
Ην ὁ Κριτὴς τούτων τῶν δύο κωφότερος.

Surdaſter cum ſurdaſtro litigabat, & multo magis ſurdus erat judex, quam hi duo. Apud Lucian. quidem in *Tragopod. ext.* dicitur Marſyæ pellis in pinu λιγὺ ψαίρειν, *lene ſtridere*, ut egregie locum hunc reſtituit Doctiſſ. Jenſius, ſed nihil illud huc pertinet. Ceterum edidit Peruſcus, & omnes dein Alii ἔοικε κωφή. At MSti mei pariter κωφῇ: Voluerunt, (nam jota nunquam ferme ſubſcribunt) κωφῇ, quod quin recipiendum ſit, nullus dubito. Sic II. 44. ἔοικεν ὁρμῶντι εἰς τὴν μάχην. Vertendum itaque erat, *& ſimilis videtur ſurdæ.* IDEM.

ΚΕΦ. κβ'.

Περὶ Ομήρου ναοῦ, καὶ ἀγάλματος.

CAP. XXII.

De Homeri templo, & ſimulacro.

[1] Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ, κατασκευάσας [2] Ομήρῳ νεὼν, αὐτὸν μὲν καλῶς ἐκάθισε· κύκλῳ δὲ [3] τὰς πόλεις περιέστησε τοῦ ἀγάλματος,

Ptolemæus Philopator, exſtruens Homero templum, ipſum quidem decore ſedentem collocavit: circa ſtatuam vero undique civitates

1 Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ] Quartus hic fuit Ægypti Rex inter Ptolemæos Lagidas: Peſſimæ notæ Homo, de quo velim videas Juſtinum *lib.* XXIX. & XXX. ac Auctorem *libri* III. *Macchab.* PERIZ.

2 Ομήρῳ νεὼν] Idem fecerunt Smyrnæi teſte Strabone *lib.* XIV. & Cicerone *pro Archia.* SCHEFF. Lucianus in *Encomio Demoſthenis* indicat, poëtas Homerum ſalutare & precari ſolitos, ut copiam verſuum inſpiraret, προσειπεῖν τουτονὶ δεόμενος ἥκω, τῇ χειρὶ τὸν Ομηρον ἐπιδείξας· ἴσε δήπου τὸν ἐν δεξιᾷ τοῦ τῶν Πτολεμαίων νεὼ, τὸν καθειμένον τὰς κόμας. *venio neceſſitate adductus ad iſtum ſalutandum, manuque deſignavit Homerum: forte enim noſtis illum in templo Ptolemæorum ad dextram collocatum, comam demittentem*, inquit Poëta *l. c.* KUHN.

Ομήρῳ νεὼν] De Templis & Honoribus divinis *Homero* habitis, ut & de Septem illis Urbibus, quæ de Homero ſibi vindicando certabant, Vide Ampliſſ. Cuperum ad Elegantiſſimum Marmor Αποθεώσεως Homericæ, ac Marshamum *Chron. Can. ad Seculum* XV. denique Leonem Allatium *de Patria Homeri*, ubi id agit, ut eum inſulæ Chio potiſſimum aſſerat. Sluisk. legit ſequentia ſic, αὐτὸν μὲν καλὸν καλῶς ἐκάθισε. Atque ita etiam Regii Par. A. & C. probante Cl. Boivinio. Solebant autem Dii potiſſimum exhiberi *ſedentes*, ut liquet etiam ex illo Marmore Αποθεώσεως. PERIZ. reliquis MSS. etiam favet Mediceus.

3 Τὰς πόλεις] Septem quondam civitates fuere, quarum unaquæque Homerum apud ſe natum eſſe volebat. Has M. Varro *lib.* I. *de Imaginibus* hoc diſticho ſibi viſus eſt comprehendiſſe.

Σμύρνα,

τ☉, ὅσαι ἀντιποιοῦνται τȣ̃ Ὁμήρου. [4] Γαλάτων δὲ ὁ ζωγράφ☉ ἔγραψε τὸν μὲν Ὅμηρον αὐτὸν ἐμοῦντα, [5] τοὺς δὲ ἄλλȣς ποιητὰς τὰ ἐμημεσμένα ἀρυομένους.

tes poſuit omnes, quæ certatim Homerum ſibi vendicant. Galaton vero pictor Homerum quidem pinxit vomentem, reliquos autem poëtas ea, quæ ipſe evomuiſſet, haurientes.

ΚΕΦ.

CAP.

Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφῶν, Σαλαμὶν, Χῖος,
Ἄργος, Ἀθῆναι,
Ἑπτὰ πόλεις διερίζȣσι περὶ ῥίζαν Ὁμήρȣ.

vide Senec. *Epiſt.* LXXXVIII. Ciceronem *Orat. pro Archia*, Gellium *lib.* III. *cap.* II. Scheff. Jam olim inter Spinoſas Grammaticorum quæſtiones habita eſt illa de patria Homeri, *Appion*, illud cymbalum mundi, prodidit *ſe evocaſſe umbras ad percontandum Homerum, qua patria quibusve parentibus genitus eſſet: non tamen auſus profiteri, quid ſibi reſpondiſſe diceret.* Plinius *lib.* XXX. *ſap.* II. Heliodorus *lib.* III. *Æthiop.* Ægyptium nobis facit Homerum, Thebis oriundum Hecatompylis. vide locum. Lucianus *lib.* II. *veræ hiſtoriæ* ludit more ſuo & Babylone Homerum natum eſſe ab ipſo Homero didicit. Simonides Χῖον ἄνδρα Homerum vocat apud Stobæum *Serm.* CCXLVII. Sed in hoc non vertitur Salus Græciæ, qui plura cupit, videat, præter Herod. in *vita ejus* Pauſan. in *Phocicis*, Gellium *lib.* III. *cap.* II. *Antholog. lib.* IV. Theocrit. *Idyll.* XVI. Ciceron. *pro Archiâ* & alios, qui libros dederunt de hoc argumento. Kuhn.

4 Γαλάτων] Puto corruptum eſſe pictoris hujus nomen. Cælius profecto *lib.* XXI. *cap.* 44 ſcripſit *Palaton*, quod jam Hartungus obſervavit. Scheff.

Γαλάτων] Ignobilis hic fuit, certe ignotus nobis, Pictor. Scholiaſtes Luciani nuper editus, videtur eum appellare Γελάτω, *Tom.* I. *pag.* 14. Convenit hoc cum *Elada*, Phidiæ Præceptore, ſtatuario, qui & Tzetzi dicitur Γελάδας. Vide Franc. Junium in *Eladas.* Multi autem ſtatuariam & picturam olim exercebant ſimul. Periz.

5 Τȣ̀ς δὲ ἄλλȣς] Alludit Manilius *lib.* II. teſte Scaligero his verſibus.

> ——— *cujuſque* (Homeri) *ex ore profuſos*
> *Omnis poſteritas latices in carmina duxit,*
> *Amnemque in tenues auſa eſt deducere rivos*
> *Unius fœcunda bonis* ———

Volaterranus *lib.* XVII. mejentem facit ex hoc ipſo Æliano, parum diligenter, uti arbitror, inſpecto. Scheff. Adde illud Poëtæ:

> ——— ——— *cujus* (Homeri) *de fonte perenni*
> *Vatum Pieriis ora rigantur aquis.*

Id quod probe agnovit Æſchylus, ingenue profeſſus, τὰς ἑαυτȣ̃ τραγῳδίας τεμάχη εἶναι τῶν Ὁμήρου μεγάλων δείπνων, *ſuas tragœdias eſſe fruſta magnarum Homeri cœnarum.* Athenæus *lib.* VIII. Kuhn.

ΚΕΦ. κγ'.

Περὶ Λυκούργου τοῦ Λακεδαιμονίου.

Λυκοῦργος ὁ Λακεδαιμόνιος, [1] ὁ Εὐνόμου παῖς, [2] δικαίους βουληθεὶς ἀποφῆναι Λακεδαιμονίους, [3] ὑπὲρ τούτου γε οὐ καλοὺς τοὺς μισθοὺς ἠρύσατο. Ἀπήντησε γὰρ αὐτῷ τὸν ὀφθαλμὸν [4] ἐκκοπῆναι ὑπὸ [5] Ἀλκάνδρου· ὡς μέν τινές φασιν, ἐξ ἐπιβουλῆς [6] λίθῳ † βληθεὶς, ὡς δὲ ἄλλος διαφοιτᾷ λόγος, βακτηρίᾳ * παθὼν τὸ πάθος. Λέγεται δὲ ὁ λόγος πρὸς τοὺς ἄλλα θελήσαντας,

† βληθέντι. * παθόντι.

CAP. XXIII.

De Lycurgo Lacedæmonio.

Lycurgus Lacedæmonius, filius Eunomi, volens juſtos reddere Lacedæmonios, pro eo minime bonam retulit mercedem. Accidit enim, ut illi oculus excuteretur ab Alcandro: ut quidam ajunt, ex inſidiis lapide ictus, ut vero alia circumfertur narratio, ictu baculi paſſus id malum. Narratur autem hæc Hiſtoria de iis, qui alia volunt, alia vero conſequun-

1 Ο Εὐνόμου] Hoc incertum eſt. Quidam enim Prytanidem parentem ejus nominant. Vide Plutarchum in *Lycurgo* & Suidam. SCHEFF.

Εὐνόμου παῖς] Vulgatam ſequitur ſententiam, quam omnibus perpenſis etiam prætulit Plutarchus. Ex hoc tamen diſcimus, Simoniden dediſſe Lycurgo patrem, non *Eunomum*, ſed *Prytanin*, qui ceteroquin Eunomi fuit pater. Sequitur Eum Phlegon in *Olympiis*, diſerte prorſus. Accedit & Suidas, qui Lycurgum dicit *fratrem Eunomi*, & tamen *Patruum Charilai*, Turbat hæc etiam magis Herodotus 1. 65. Lycurgum referens ad familiam Euryſthenidarum, ſiquidem *patruum* dicit *&* *Tutorem Leobotæ Regis*, qui ætate haud paulo major fuit Charilao, cujus Alii eum *Tutorem & Patruum* fuiſſe tradunt. Pauſanias tamen in *Laconicis cap.* 2. ſequi videtur Herodotum, niſi quod *Leges* Lycurgum *tuliſſe* dicat demum *ſub Ageſilao*, Labotæ nepote. Sed & nunc, & Herodotum, immo & reliquos à recepta ſententia recedentes, Erroris accuſare haud veretur Meurſius in *Regno Laced. cap.* 11. & 16. ut & *Miſcell. Lacon.* 11. 5. PERIZ.

2 Δικαίους βουληθεὶς &c.] Sic Plutarchus in *Apophth. Lacon.* Βουλόμενος ἐκ τῆς προϋπαρχούσης διαίτης τοὺς πολίτας εἰς σωφρονεστέραν βίου τάξιν μετάγειν, καὶ καλοκαγαθικοὺς ἀπεργάζεσθαι· ἁβροδίαιτοι γὰρ ἦσαν. *Volens Cives ex priori genere vitæ traducere ad magis temperantem vitæ rationem, & honeſtos ſtrenuoſque reddere; Erant enim remiſſioris vitæ.* Fuerant ſcilicet antea κακονομώτατοι σχεδὸν πάντων Ἑλλήνων, ut ait Herodotus, ac perpetuis conflictabantur ſeditionibus, in quibus etiam Lycurgi pater Eunomus cultro coqui fuit occiſus. Vide Plutarchum. Mox ut B. & C. Pariſ. ſic & Lugd. ὑπὲρ τούτων. IDEM.

3 Ὑπὲρ τούτου] MSS. B. & C. ὑπὲρ τούτων. SCHEFF.

4 Ἐκκοπῆναι] Stobæus *Serm.* XCII. πηρωθεὶς ὑπό τινος τῶν πολιτῶν ὀφθαλμῶν τὸν ἕτερον &c. *cum Lycurgus altero oculo à quodam civium orbatus eſſet, populus ei ad pœnam juvenem illum dedidit. Lycurgus vero injuriam Spartana patientia concoquens, inimicum probis moribus domi ſuæ imbuit, eumque deinde populo iterum in theatro exhibuit jam alium, & optimum ex peſſimo.*

Hæc vindicta bonum eſt vita jucundius ipſa.

vide

τας, ἄλλων ἢ τυχόντας. Λέγει δὲ [7] Ἔφορος, αὐτὸν [8] λιμῷ διακαρτερήσαντα ἐν φυγῇ ἀποθανεῖν.

quuntur. Ephorus vero dicit, eum in exsilio periisse, perseverantem in inedia.

vide Themist. *Orat.* v. imprimis Pausan. in *Laconicis.* KUHN.

5 Ἀλκάνδρου] Habet hanc historiam Plutarchus in *Lycurgo*, Cicero, & alii. SCHEFF.

6 Βληθεὶς] Gesnerus habet βληθέντα & *paulo post* pro παθὼν, παθόντα. Verum hæc correctio non necessaria videtur. SCHEFF.

Λίθῳ βληθεὶς] Male Gesnerus voluit βληθέντα, & mox παθόντα. Græcismum hunc satis jam asserui *supra ad caput* 20. Varietas autem traditionis ex eo orta est, quod in seditione simul lapidibus petitus est, & foro ejectus, simul ab Alcandro insequente eum percussus baculo, qua de causa dein baculis in concione haud amplius usi sunt Lacedæmonii. Vide Plutarchum in *Lycurgo*, & *Apophth. Laconicis*, Valer. Max. v. 3. 2. *ext.* atque Alios. PERIZ.

7 Ἔφορος] Justinus mortuum naturali modo scribit *lib.* III. *cap.* 3. Vide quos modo nominavi. Excerpta ex Nic. Damasceni *Histor.* testantur, ipsum se interfecisse. Confirmatque Suidas voce ἀποκαρτερήσας. Sed hoc ipsum forte de inedia intelligendum, de qua idem Suidas testis, *voce* ἀποκαρτερήσαντα. SCHEFF.

Ἔφορος] Cumanus ex Æolide hic fuit, discipulus Isocratis: scripsit res Græcorum ab reditu Heraclidarum in Peloponnesum ad sua usque tempora. Illius etiam auctoritate in Historia Lycurgi refutat Hellanicum Strabo *lib.* VIII. *p.* 366. & Lycurgo templum ac honores divinos Lacedæmone asserit. Ceterum de Lycurgi genere mortis res est incertior. Vide Plutarchum, & Justinum. PERIZ.

8 Λιμῷ διακαρτερήσαντα] Sic *supra* VII. 6. Scytha quispiam in frigore & nive erat διακαρτερῶν γυμνός. Lucianus *de Morte Peregr. in medio:* δέον τοὺς θεατὰς τῶν Ὀλυμπίων διακαρτερεῖν διψῶντας, καὶ νὴ Δία, γε καὶ ἀποθνήσκειν πολλοὺς αὐτῶν, *necesse, ut spectatores Olympiorum perseverent sitim ferre, & per Jovem etiam moriantur ex eo multi illorum.* Vide & Suidam in *v.* Ἀπεκαρτέρησεν, ut jam monuit Schefferus. PERIZ.

ΚΕΦ. κδ'.

CAP. XXIV.

Περί τινων ὑπ' ἰδίων νόμων βλαβέντων.

De quibusdam, quibus propriæ leges nocumento fuerunt.

[1] Λυκοῦργος ὁ ῥήτωρ ἔγραψε [2] μὴ ἐλαύνειν τὰς γυναῖκας ἐν τοῖς μυστηρίοις ἐπὶ ζευγῶν, ἢ τῇ δρώσῃ τοῦτο

Lycurgus orator legem scripsit, ne mulieres in festo mysteriorum bigis veherentur, aut, si quæ id

1 Λυκοῦργος] Hoc caput argumento conjunctum est cum superiori. GESNER.

Λυκοῦργος ὁ ῥήτωρ] Lycophronis filius Atheniensis, genere Eteobutades. Vide Suidam. SCHEFF. Male hic novum commentus est caput, quisquis Auctorem primus in capita distinxit. Argumentum enim plane idem utrobique est, agiturque de iis, qui ἑτέρου μὲν ἐβούλοντο, ἔτυχον δὲ ἑτέρων, *ad alium scopum collimarunt, quam quem tetigerunt.* KUHN.

Λυκοῦργος &c.] Discipulus Platonis & Isocratis, floruit in Rep. Atheniensium, tempore Philippi & Alexandri. Vitam & laudes ejus Vide apud Plutarchum in *Vitis* x. *Rhetorum.* PERIZ.

τοῦτο [3] ἐπηρτῆσθαι ζημίαν, [4] ἥν γε ᾤετο τάξας ἀποχρῶσαν. Πρώτη τῷ ψηφίσματι ἠπείθησεν ἡ τούτου γυνὴ, καὶ τὴν ζημίαν ἐξέτισε καταδικασθεῖσα.

Καὶ [5] Περικλῆς ἔγραψε, [6] μὴ εἶναι Ἀθηναῖον, ὃς μὴ ἐξ ἀμφοῖν γέγονεν ἀστοῖν· εἶτα ἀποβαλὼν τοὺς γνησίους παῖδας, [7] ἐπὶ τῷ νόθῳ Περικλεῖ κατελέλειπτο. Δῆλα δὲ ὅτι καὶ Περικλῆς ἐβούλετο μὲν ἕτερα, ἔτυχε δὲ ἑτέρων.

[8] Κλεισθένης δὲ ὁ Ἀθηναῖος τὸ δεῖν [9] ἐξοστρακίζεσθαι πρῶτος εἰσηγησάμενος, [10] αὐτὸς ἔτυχε τῆς καταδίκης πρῶτος.

[11] Σά-

id feciſſet, mulcta in eam eſſet conſtituta, quam ipſe definiens idoneam putabat. Prima vero ipſius uxor adverſus hoc decretum deliquit, & damnata pœnam ſolvit.

Pericles etiam legem tulit, ne quis Athenienſis eſſet, qui non utroque parente cive natus eſſet: deinde amiſſis legitimis filiis, cum notho Pericle relictus eſt. Manifeſtum vero ex his, quod ergo etiam Pericles alia voluerit, alia vero ipſi evenerint.

Cliſthenes Athenienſis, primus quum introduxiſſet, oportere quoſdam oſtraciſmo ejici, ipſe primus damnatus eſt.

Za-

2 Μὴ ἐλαύνειν &c.] Plutarchus *d. l.* rationem Legis, & mulctæ modum addit, ἐπὶ ζεύγους μὴ ἀπιέναι γυναῖκα Ἐλευσίναδε, ὅπως μὴ ἐλαττῶνται ὑπὸ τῶν πλουσίων· εἰ δέ τις φωραθείη, ἀποτίνειν δραχμὰς ἑξακισχιλίας. *Mulierem bigis non proficiſci Eleuſina, ne ſuperentur pauperes à divitibus* Sic Interpres rationem illam exponit, ſed quæ obſcurior eſt: neque vero *Pauperes* in Græcis nominantur. Si locus recte ſe habet, malim τὸ ἐλαττῶνται referre ad ipſos Viros, non ad feminas, de quibus in ſingulari numero egit Plutarchus. Ita ſenſus erit, ne Cives damnum fortunarum ſuarum facerent, vel pauperiores fierent per divites feminas, quæ immodicis ſumptibus faciendis in bigas, reliquas dein omnes in æmulationem ſumptuum illorum excitarent: Sic certe Demoſthenes *contra Midiam, p. m.* 407. inter reliqua luxuriæ argumenta vitio illi vertit, quod Uxorem ſuam ducat εἰς μυστήρια, ἐπὶ τοῦ λευκοῦ ζεύγους τοῦ ἐκ Σικυῶνος, *bigis equorum candidorum ex Sicyone.* Nempe, ut ex his liquet, ab opulentis hominibus non vulgares adhibebantur bigæ, ſed quæ ſumptu præcipuo, ſeu pretio ac ſpecie, illas vulgares ſuperarent. PERIZ.

3 Ἐπηρτῆσθαι] MSS. B. & C. ἐπερθήσας. probè. SCHEFF. Malæ notæ eſt τὸ ἐπερθήσας. quid enim eſt, quidve ſibi vult? dic & eris mihi magnus Apollo. interim vulgatum ἐπηρτῆσθαι retineamus. KUHN.

Ἐπηρτῆσθαι ζημίαν] Scripturæ vitium eſt haud dubium, quando in Notis Schefferi, eo probante, legitur, MSS. B. & C. Pariſienſes habere ἐπερθήσας, quod Græcum non eſt. Voluit Schefferus ἐπαρτήσας, quod diſerte exhibet Lugd. Codex, & Pariſienſis Secundus, ac Margo Tertii. Sed vulgatam lectionem, quam & Sluisk. tuetur, præfero. *Supra* VII. 15. τοῖς ἀφισαμένοις τιμωρίαν ἐκείνην ἐπήρτησαν. PERIZ.

4 Ἥν γε ᾤετο τάξας ἀποχρῶσαν] Kuhnius in Indice putat *excidiſſe particulam*, ὁ, & exponit ὁ τάξας de Accuſatore, vel Judice, litem æſtimante, quod facere illi ſolebant, ſi eſſet ἀγὼν τιμητὸς, non ἀτίμητος, ut perperam illic legitur, h. e. *accuſatio criminis, cui pœna lege non erat conſtituta.* Sed quum nihil mutent MSti, & quum abſurdum ſit Accuſatoris arbitrio permitti pœnam rei, judex vero nunquam ita ſimpliciter vocetur ὁ τάξας, quum denique Plutarchus diſerte tradat mulctam 6000 drachmarum ipſa lege ſancitam, ſatis patet aliter hæc accipienda; nempe, quam mulctam ipſe *ſua lege definiverit*, prout *ſufficere putabat.* Τάττειν paſſim ita ponitur

pro

[11] Ζάλευκος ὁ Λοκρῶν νομοθέτης προσέταξε [12] τὸν μοιχὸν ἁλόντα ἐκκόπτεσθαι τοὺς ὀφθαλμούς· [13] ἃ τοίνυν μηδὲ προσεδόκησε, ταῦτα ὁ Δαίμων αὐτῷ παρὰ τὴν δόξαν καὶ τὴν ἐλπίδα ἐπήγαγεν. Ὁ γάρ τοι παῖς ἁλοὺς ἐπὶ μοιχείᾳ, εἶτα ἔμελλε πείσεσθαι τὰ ἐκ τοῦ πατρῴου νόμου. Ἐνταῦθα, ἵνα μὴ διαφθαρῇ τὸ ἅπαξ κεκυρωμένον, ὑπέμεινεν αὐτὸς ὁ εἰσηγησάμενος

Zaleucus, legiſlator Locrenſium, juſſit, ut adulterii convicto oculi effoderentur: quæ vero minime exſpectarat, ea præter opinionem atque ſpem ipſi Deus immiſit. Nam filius ejus damnatus adulterii, pœnam ex paterna lege daturus erat. Ibi vero, ne, quod ſemel ſancitum erat, irritum fieret, ipſe qui *legem hanc*

pro certi aliquid conſtituere, definire. *Supra* XI. 9. de Ariſtide, τοὺς φόρους τοῖς Ἕλλησι τάξας, *tributa ſingulis Græcis conſtituens*, *præfiniens*. Epictetus *cap.* 40. Τάξον σεαυτῷ ἤδη τινὰ χαρακτῆρα καὶ τύπον, ὃν φυλάξεις, *conſtitue tibi certam vitæ formam*, *quam ſerves*. Actor. Ap. XXVIII. 23. ταξάμενοι αὐτῷ ἡμέραν, *diem illi conſtituentes* Quin ſicuti hic de Eo, qui legem fert, dicitur, ita *infra* XIV. 22. *init.* de Tyranno civibus ſuis quid præcipiente & edicente: ἔταξε τοῖς ἐπιχωρίοις, μηδένα μηδενὶ διαλέγεσθαι. Periz.

5 Περικλῆς] Dixi *ſupra ad cap.* 10. *lib.* VI. Scheff.

6 Μὴ εἶναι Ἀθηναῖον] De hac lege Periclis, de duobus Filiis ejus legitimis, Paralo & Xanthippo, denique de Filio ejus notho Pericle, qui tamen dein in Patris gratiam civitate donatus eſt, Vide *ſupra* VI. 10. & quæ iſtic notavi Periz.

7 Ἐπὶ τῷ νόθῳ Περικλεῖ] *Nothum Periclem ſibi habuit reliquum & ſuperſtitem.* Eunapius in *vita Himerii*, ἐπὶ θυγατρὶ δὲ τελευτᾷ, quod Hadr. Iunius malè reddit. *diſceſſit è vita poſt filiam*, imo, *relicta & ſibi ſuperſtite filia moritur.* Kuhn.

8 Κλεισθένης] *Cliſthenes* hic nepos ex filia fuit Cliſthenis Sicyonii, de quo habuimus *ſupra* XII. 24. Ille vero poſt Piſiſtratidas ejectos reſtituit Athenis & intendit Democratiam, X. fecit Tribus, & multos peregrinos ac ſervos & inquilinos in eas admiſit. Vide Ariſtotelem *Polit.* III. 1. & VI. 4. & Iſocratem *Areopag. pag.* 338. Hinc à Maximo Tyrio *Diſſert.* IX. *init.* conjungitur cum Lycurgo & Solone, tanquam præcipua quapiam poteſtate leges ferendi inſtructus. Utrum autem *Cliſthenes* hic primus *oſtraciſmum* induxerit, & paſſus fuerit, res incerta eſt, quia Alii alios rei auctores narrant, ſed à veriſimilitudine neutiquam abhorrens, quippe quum voluerit poſt Tyrannos ejectos αὐξῆσαι τὴν Δημοκρατίαν, ut ait Ariſtoteles, & ipſe poſt conſtitutam ab ſe Remp. & multos peregrinos in civitatem aſcitos, qui omnes ipſius erant clientes, neceſſario potentiſſimus Athenis evaſerit, quæ unica oſtraciſmi ſubeundi erat cauſa. De *oſtraciſmo* & ejus origine Vide Scaligerum *ad Euſebium* DCCLXXXVI. & Meurſium *Lectionibus Atticis* V. 18. Mox Lugd. αὐτὸς δὲ ἔτυχε, quod ex Pariſienſibus duobus etiam Schefferus protulit, & ſibi placere teſtatus eſt. Periz.

9 Ἐξοστρακίζεσθαι] Res eſt plane incerta. Alii enim ad Piſiſtratidas, & inter eos aliqui ad Hipparchum, aliqui ad Hippiam referunt. Alii Achillem, alii Theſeum, alii alios hujus auctores faciunt. Vide Meurſ. *lib.* V. *Att. Lect.* & Sam. Petitum *ad Leges Att. pag.* 368. Scheff.

10 Αὐτὸς ἔτυχε] MSS. B. & C. αὐτοῖς δὲ ἔτυχε. placet ſi præmittatur punctum. Scheff. Lectio vulgata multis, ut ajunt, paraſangis melior eſt illa Codicum MSS. Kuhn.

11 Ζάλευκος] Valer. Maximus. *lib.* V. *cap.* 5. Cicero *lib.* II. *de Legibus*. Heraclid. *de Rep. Lacon.* Scheff. Multa in hiſtoriis exuberant paſſim exempla eorum, qui primi legem paſſi ſunt, quam aliis tulerant. Charondas capite truncandum ſanxerat, qui gladio ſuccinctus concionem intraret. ipſe vero tumultuaria concione aliquando coacta, rure rediens ut erat gladio cinctus prodiit in concio-

νος ὑπὲρ τοῦ ἑτέρου τῶν τοῦ παιδὸς ὀφθαλμῶν, ἀντιδοῦναι τὸν ἑαυτοῦ, ἵνα μὴ ὁ νεανίσκος τυφλωθῇ τελέως.

hanc tulerat, pro altero oculorum filii, ſuum dare ſuſtinuit, ut ne prorſus excœcaretur adoleſcens.

cionem, ſolutæque legis admonitus, in ferrum ſtatim ſe induit. Valer. Max. *lib.* VI. *cap.* 5. Eutropius Arcadii Cubicularius legem tulerat, qua licebat, τοὺς εἰς ἐκκλησίας πεφευγότας τῶν θυσιαστηρίων ἀφέλκεσθαι, *eos, qui ad Eccleſias confugerant, ab ipſis aris abſtrahere.* Paulo poſt collectam gratiam Principis ſui effundens & ad templum confugiens, vi legis ſuæ ab ara ad capitale ſupplicium abſtractus eſt. Suidas in Εὐτρόπιος. confer Ulpian. *D.* 2. 2. ad, *Quod quisque juris in alterum ſtatuerit, ut ipſe eodem jure utatur.* KUHN.

12 Τὸν μοιχὸν] Heraclides legem iſtam latam in fures ſcribit in *Rep. Lacon.* SCHEFF.

13 Μηδὲ προσεδόκησε]. MSS. B. & C. μὴ προσεδόκησε. IDEM.

A τοίνυν μηδὲ προσεδόκησε, ταῦτα ὁ Δαίμων] Variant hic Codices. Sluisk. & Regius 1. omittunt ταῦτα. Idem fecit Regius 3. ſed cujus margini adſcripta eſt ea vox. Lugd. vero & Regius 2. agnoſcunt eam, ſed pariter legunt æque ac prima manus Regii 3. μὴ προσεδόκησε. Et recte forſan. De *Zaleuco* Vide *ſupra* II. 37. & III 17. Heraclides *de Politiis* pœnam hanc ait apud Locrenſes fuiſſe furti, & ad id crimen, convicto Zaleuci Filio, omnem hanc Hiſtoriam refert. Sed veriſimilius Noſter, cui aſſentitur Valer. Max. VI. 5. & Ratio pœnæ in Adulterio, quum *Oculi ſint in Amore duces.* PERIZ. Pronomen ταῦτα abeſt quoque a MS. Mediceo.

ΚΕΦ. κε'.

Περὶ Πινδάρου ἐν ἀγωνίᾳ Κορίννης ἡττηθέντος.

CAP. XXV.

De Pindaro in certamine ſuperato à Corinna.

Πίνδαρος ὁ ποιητὴς ἀγωνιζόμενος ἐν Θήβαις, ἀμαθέσι περιπεσὼν ἀκροα-

Pindarus poëta Thebis certans, quum in imperitos incidiſſet audi-

1 Κορίννης] Fuit hæc nobilis apud Tanagræos poëtria. Porro de re ipſa Pauſanias in *Bœoticis. In Gymnaſio Corinna picta eſt, tænia redimita, victoriæ inſigne, quod Thebis carmine Pindarum vicerit. Viciſſe eam arbitror linguæ cauſa. Neque enim Dorica, uti Pindarus, cecinit, ſed ea, quam eſſent Æolenſes percepturi.* Vide etiam Plutarchum *de gloria Att.* SCHEFF.

Κορίννης] Tanagræ vixit & Poëticam exercuit, & ideo poſt mortem ſuam honorata eſt iſtic, teſte Pauſania in *Bœoticis*, monumento & pictura. Ab ea non victus tantum eſt Pindarus, ſed & Juvenis ipſe illius conſiliis in carminibus recte pangendis eſt uſus. Vide Plutarchum in *lib. Utrum Athenienſes bello,*

an ſapientia clariores. PERIZ.

2 Συνεκάλει] *Vocavit*, ſenſus eſt obſcurior: forte *teſtem vocavit.* GESNER. Livinejus putat ἐν ἐκάλει legendum eſſe. Et conſentit Schottus *lib.* III. *Obſerv. Hiſt. cap.* 34. Aliter Robertus Titius. Verba ejus ſunt ex *lib.* V. *Loc. Cont. cap.* 17. *Quid tandem eſt quod dicitur,* ὁ Πίνδαρος συνεκάλει τὴν Κόρινναν? *ego puto pro* Κόρινναν *legendum eſſe* κορώνην, *vel ſaltem hanc vocem poſt illam in verborum contextu collocari debere, hoc ſenſu: tantum abeſt, ut Corinna in Carminum conficiendorum artificio me ſuperet, canendique artem melius me teneat, ut ſi mecum conferatur, perinde ſit, ac ſi quis cornicem cum cygno contendat. Notum eſt autem proverbium, cornix cum*

cygno

ἀκροαταῖς, ἡττήθη [1] Κορίννης πεντάκις. Ἐλέγχων δὲ τὴν ἀμουσίαν αὐτῶν ὁ Πίνδαρος [2] σῦν ἐκάλει τὴν Κόρινναν.

auditores, superatus est à Corinna quinquies. Redarguens vero ruditatem ipsorum Pindarus, suem vocavit Corinnam.

ΚΕΦ. CAP.

cygno. At Petrus Faber *lib.* III. *Agon. cap.* 26. retinet scripturam veterem, & ait sic intelligendam: cum judicum seu auditorum imperitiam & ruditatem esset reprehensurus Pindarus, in conspectu Corinnæ victricis hoc fecisse, cui nimirum ejus rei gratia condixisset: quod ait idcirco ab Æliano fortean annotatum, ut non vulgarem Pindari de suis ipsius meritis existimationem, conscientiam, imo & confidentiam, qui coram victrice judicum ignorantiam ipsius exprobrabat, ostenderet. SCHEFF. Dividatur male juncta vox συνεκάλει, legaturque σῦν ἐκάλει, & res erit in vado. exprobratur enim Judicibus crassa ignorantia, dum Corinnam, σῦν Βοιωτίαν, *suem Bœoticam*, id est, *rudem & inficetam* Pindaricæ Minervæ prætulerunt. Allusum simul est ad ἀρχαῖον ὄνειδος, Βοιωτίαν ὗν, *antiquum convitium*, *Bœoticam suem*, ut ipse Pindarus inquit in *Olymp. Od.* VI. ἢ ὅτι σύας Βοιώτιον ἔθνος ἔλεγον. ὁ Πίνδαρός φησι, καὶ πάλιν ὁ αὐτός· εἰ φύγωμεν Βοιωτίαν ὗν, ἀξιῶν ὅλου σχεδὸν ἔθνους τ' ἐπ' ἀμαθίᾳ λόγον ἀπολύεσθαι διὰ τῆς ἑαυτοῦ Μουσικῆς. *Erat, cum Sues Bœoticam nationem dicerent, Pindarus inquit, & iterum idem ille: ut fugiamus suem Bœoticam: totam fere gentem sua arte Musica liberare volens ignorantiæ vitio.* Galenus in *Protreptico ad artes*, aut quisquis illius libelli Auctor. adde συηνίαν idem esse quod ἀμαθίαν, συηνεῖν, ἀμαθῶς ἀναστρέφεσθαι, *imperite se gerere.* Sunt quidem qui defendunt τὸ συνεκάλει. vide post Mattium *cimelia* Colomesii *p.* 25. sed nondum probarunt συγκαλεῖν Græcis significare, *judicem constituere*, ὅπερ ἔδει δεῖξαι. Cæterum Corinnæ hujus fragmentum ex MS. libello Apollonii Alexandrini producitur, ubi illa ita βοιωτιάζει: μέμφομαι ἰώνγα τὰν λιγυρὰν Μυρτίδα, ὅτι βάνα (Hesych. legit βάννα) φοῦσα ἔβα Πινδάροιο ποτ' ἔριν. *increpo ego tinnulam Myrtida, quod mulier nata in certamen cum Pindaro descendit.* Quibus aut suis ipsa cruribus asciam illidit Corinna, aut victoriam ab imperitis judicibus nolenti obtrusam necesse est. KUHN.

Συνεκάλει τὴν Κόρινναν] Defendunt hanc lectionem Pet. Faber *Agonist.* III. 26. & Colomesius Κειμηλ. *Lit. cap.* II. sed quæsitissimis ac diversis interpretantur modis: Et Hic quidem συγκαλεῖν exponit *Judicem constituere*, quasi *Convocare aliquem*, simpliciter ita positum, idem sit, quod capere aliquem injuriæ sibi factæ Arbitrum. Faber vero ita hæc accipit, quasi Pindarus, quum vellet *reprehendere Judicum imperitiam, in conspectu Corinnæ victricis id fecerit, cui ejus rei gratia condixerat*, h. e. diem constituerat. At nullam illa habent veri speciem, nisi etiam ἐλέγχων hic interpreteris de publica oratione, qua Auditorum suorum imperitiam declararit, & ad quam audiendam vocaverit etiam Corinnam. Sed simplicissimum ac verissimum est, vel quod voluerunt Scaliger adversus *Rob. Titium*, & Livinejus apud Schottum *Observ.* III. 33. legentes ὗν ἐκάλει, vel quod Kuhnius hic loci, diviso tantum vocabulo σῦν ἐκάλει. Quod ipsum, ne me admisisse ægre feras, diserte ita exhibet Sluisk. & ex Regiis Par. A. & C. Dum autem Corinnam Pindarus appellavit *Suem*, inscitiam ejus arguit, & simul, ac vel maxime, inscitiam Judicum vel Auditorum, qui Suem suæ vel Musæ, vel Minervæ, prætulerint. Notum est illud, Ὗς τὴν Ἀθηνᾶν, *Sus Minervam*, h. e. Indoctus Doctissimum docet, corrigit, superat. Sic Demades de Demosthene, Δημοσθένης ἐμὲ βούλεται διορθοῦν, ἡ ὗς τὴν Ἀθηνᾶν, *Demosthenes me vult corrigere, Sus Minervam*, apud Plutarchum in *Præc. Politicis.* Sed & Bœotorum inscitia notata fuit adagio hoc, Ὗς Βοιωτία, De cujus adagii opprobrio Vide ipsum Pindarum *Olymp.* VI. 152. & ibi Scholia. Adde hic Kuhnium. PERIZ. Corinnam μυῖαν λυρικὴν cognominatam fuisse docet Suidas. Κόριννα, Ἀχελοδώρου (Ἀχελωοδώρου MS.) καὶ Προκρατίας, Θηβαία, ἢ Ταναγραία, μαθήτρια Μύρτιδος· ἐπωνόμαστο δὲ Μυῖα Λυρική.

ΚΕΦ. κϛ'.

Πῶς ὁ Διογένης ἐν ἀπορίᾳ πάντων γενόμενος παρεμυθήσατο ἑαυτόν.

Διογένης ὁ Σινωπεὺς ἔρημος ἦν, καὶ μόνος ἀπέῤῥιπτο· καὶ οὔτέ τινα δι' ἀπορίαν ὑπεδέχετο, [1] οὔτέ τις αὐτὸν ἐξένιζε, τὸν ἄνδρα ἐκτρεπόμενος διὰ τὸ τοῦ τρόπου ἐλεγκτικὸν, καὶ ὅτι ἦν πρὸς τὰ πραττόμενα καὶ λεγόμενα δυσάρεστος. Ηθύμει οὖν ὁ Διογένης, καὶ [2] φύλλων ἄκρα ἤσθιε· ταῦτα γάρ οἱ παρῆν. Τοῖς δὲ ἀποπίπτουσι τοῦ ἄρτου θρύμμασι μῦς ἐχρῆτο ἐπιφοιτῶν. Ο οὖν Διογένης φιλοπόνως κατε-

CAP. XXVI.

Quomodo Diogenes in inopia omnium rerum se ipse sit consolatus.

Diogenes Sinopensis desertus erat, & solus jacebat: & neque propter egestatem ipse quenquam domi suæ excipiebat, neque ipsum hospitio quisquam accipiebat, fugiens virum propter ingenium ejus ad reprehendendum proclive, & quod ad ea, quæ agebantur aut dicebantur, sese morosum præberet. Animum itaque despondebat Diogenes, & summas foliorum extremitates manducabat: illa enim ipsi suppetebant. Mus vero acce-

1 Οὔτέ τις αὐτὸν ἐξένιζε τὸν ἄνδρα, ἐκτρεπόμενος διὰ τὸ τοῦ τρόπου ἐλεγκτικὸν] Ita hæc distinguebantur: vertebantur autem, quasi ἐκτρεπόμενος referendum esset ad Diogenem, & notaret *invisum*, seu eum, quem alii fugiunt & aversantur. Id quod longe secus se habet. Εκτρέπεσθαι enim cum Accusativo Personæ proprie notat *fugere aliquem obvium*, & ideo *de via deflectere*. Nam intelligitur τῆς ὁδοῦ, quod exprimitur ab Auctore XIV. 49. de Milite in Agmine, ὃς τὴν τάξιν ἐκλιπὼν ἐξετράπετο τῆς ὁδοῦ διψήσας. Hinc jam simpliciter pro *fugere*, *aversari* aliquem vel aliquid, ponitur. Dionys. Halic. *lib*. v. de Bruto Filiorum suppliciis præsidente, οὔτε αὐτὸς ἐκ τῆς ἀγορᾶς παρεχώρησεν, ἕως ἐκεῖνοι κολασθῶσι, τὴν δεινὴν θέαν ἐκτρεπόμενος, *neque ipse foro excessit, usque dum illi puniti jam essent, triste spectaculum fugitans*. Epictetus *cap*. 38. conjunxit ideo tanquam synonyma, φεύγειν καὶ ἐκτρέπεσθαι τὰ βλαβερά, *fugere & aversari noxia*. Distinguo itaque οὔτε τις αὐτὸν ἐξένιζε, τὸν ἄνδρα ἐκτρεπόμενος διὰ &c. *neque eum excipiebat quispiam, fugiens virum propter* &c. PERIZ.

2 Φύλλων ἄκρα] Non ignoro veterum Græcorum aliorumque cibum hunc fuisse. Seneca *lib*. III. *de ira cap*. 20. de exercitu Cambysis: *Sustinebant famem primo tenerrima frondium & cacumina arborum*. & *Epist*. 110. *Tunc te admirabor, si scieris, cacumina arborum explementum esse ventris*. Aristoph. *in Pluto*.

> ——— ——— σιτεῖσθαι δ' ἀντὶ μὲν ἄρτων
> Μαλάχης πτόρθους. ἀντὶ δὲ μάζης, φύλλ' ἰσχνῶν
> ῥαφανίδων.

Isidorus quoque meminit *lib*. I. *ep*. 13. & de hoc genere ἀκρίδας, quibus vescebatur Johannes Baptista, explicandas putat. Quomodo tamen θρύμματα τοῦ ἄρτου excidere Diogeni potuerint, si foliorum partes extimas comedit, non dispicio. Puto igitur quædam verba ante ista, καὶ φύλλων ἄκρα præcessisse, ut καὶ μάζαν aut similia: Ita enim etiam Plutarchus *lib. de Pers. virtut*. εἶτα μέν τοι μῦν τινα προσ-

τεσκέψατο τὸ πραττόμενον, καὶ μειδιάσας, καὶ ἑαυτοῦ γενόμενος φαιδρότερός τε, καὶ ἵλεως, εἶπεν· ὁ μὲν μῦς οὗτος τῆς Ἀθηναίων πολυτελείας δεῖται οὐδέν· σὺ δὲ, ὦ Διόγενες, ἄχθῃ, φησὶν, ὅτι μὴ συνδειπνεῖς Ἀθηναίοις· Καὶ ἐπόιησεν ἑαυτῷ εὔκαιρον εὐθυμίαν.

accedens, decidentibus panis frustulis vescebatur. Diogenes igitur diligenter rem spectabat, & subridens ac lætior factus, quam fuerat, atque hilaris, Mus hic, inquit, nihil indiget Atheniensium lautitia: tu vero, ô Diogenes, ægre fers, te cum Atheniensibus non cœnare? Atque *ita* opportunam animi tranquillitatem ipse sibi conciliavit.

ΚΕΦ. CAP.

περιστρεπύσαντα λέγεται περὶ τὰς ψίχας αὐτοῦ τῆς μάζης ἀναστρέφεσθαι.] SCHEFF. Galenus *lib.* II. περὶ τροφῶν δυνάμεως: ἀπορήσαντες εἰωθότες οἱ παρ' ἡμῖν ἄνθρωποι τόντε καυλὸν καὶ τὰ φύλλα τῶν γογγυλίδων, ἃς καὶ βουνιάδας ὀνομάζουσιν, ἐσθίουσιν ἐνίοτε καὶ ταῦτα, ἐν ἀπορίᾳ καταστάντες ἀμεινόνων ἐδεσμάτων. *Nostrates cum soleant abjicere foras caulem & folia raparum, nihilominus ad penuriam melioris cibi redacti illa quoque comedunt.* Idem Auctor tradit, solere homines multa olera comedere δίκην ὄψων, οὐ τροφῶν, *obsonii instar, non alimenti.* Prudentius *oleris comam* inter terrestres Christianorum epulas numerat *Cathemerin. hymn.* III. Ita etiam Diogenes mazam vel offam, quæ hic intelligenda κατὰ τὸ σιωπώμενον, & absque hâc figura seipsam micis suis prodit, comedisse una cum foliis tenerrimis dicitur. Ἄρτος enim *h. l.* μάζαν *offam* significat, quamvis Grammatici inter ἄρτον & μάζαν distinguant, quod ἄρτος πάλαι μέμακται, *dudum confectus pistusque sit.* μάζα vero *recens ex farina vel polenta fiat.* vid. Schol. Aristoph. *in Plutum.* ipse etiam Diogenes laudibus μαζοφάγων arguitur esse μαζοφάγος. οὐκ ἐκ τῶν μαζοφάγων φησὶν ὁ Διογένης οἱ κλέπται, καὶ οἱ πολέμιοι, ἀλλ' ἐκ τῶν κρεοφάγων οἱ συκοφάνται καὶ τύραννοι. *Ex illis, qui offis victitant, non fur prodit, non hostis, sed calumniatores & tyranni à carnivoris veniunt.* Porphyr. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχ. Cæterum de *maza* vid. Marsil. Cagnat. *lib.* I. *Observ. cap.* 29. & *lib.* III. *cap.* 18. KUHN.

Φύλλων ἄκρα &c.] Vetustissimus hic erat cibus hominum, ante glandes repertas, si fides Ovidio *Fast.* IV. 393.

Panis erant primis virides mortalibus herbæ,
Quas tellus nullo sollicitante dabat.
Et modo carpebant vivax è cespite gramen,
Nunc epulæ tenera FRONDE Cacumen erat.

Plura ejus argumenti vide hic apud Schefferum. Sluisk. & Medd. legunt φυλλίων, quo notantur *folia herbarum hortensium, & olerum.* Vide Suidam in φυλλεῖα, & Schol. Aristoph. *ad Acharn. p.* 394. Sed vulgatum verius, licet vilissimis etiam *oleribus*, λαχάνοις, victitasse Diogenem, ex colloquio illius & Aristippi constet. Vide Laertium in *Aristippo*, & Valer. Max. IV. 3. 4. PERIZ.

ΚΕΦ. κζ΄.

Περὶ Σωκράτους σώματος.

Ὅτι [1] τὸ Σωκράτους σῶμα [2] ἐπεπίστευτο κόσμιον, καὶ σωφροσύνης ἐγκρατὲς γεγονέναι· [3] καὶ ταύτῃ ἐνόσουν Ἀθηναῖοι [4] πανδημεὶ, καὶ οἱ μὲν ἀπέθνησκον, οἱ δὲ ἐπιθανατίως εἶχον, Σωκράτης δὲ μόνος οὐκ [5] ἐνόσησε τὴν ἀρχήν. Ὁ τοίνυν τοιούτῳ συνὼν σώματι, τίνα ἡγούμεθα εἶχε ψυχήν;

ΚΕΦ.

CAP. XXVII.

De Socratis corpore.

Socratis corpus recte ſe habere & temperantiæ deditum eſſe, creditum eſt: atque ita Athenienſes in univerſum ægrotabant, & hi quidem moriebantur, illi vero lethaliter decumbebant, Socrates autem unus non ægrotabat omnino. Qui vero ejuſmodi corpus habuit, quali eum animo præditum fuiſſe, credimus?

CAP.

1 Τὸ Σωκράτους] Habes apud Diog. Laërtium, *vita Socrat.* & Gellium *lib.* II. *cap.* I. Peſtem deſcribunt Thucyd. *lib.* II. Lucretius *lib.* VI. SCHEFF.

2 Ἐπεπίστευτο] MSS. πεπίστευτο, ut ſolent pluſquam perfecti temporis verba paſſim etiam ſine illo Augmento nobis occurrere. Vide *Indicem*. PERIZ.

3 Καὶ ταύτῃ ἐνόσουν] Lege καὶ ὅταν. FABER. Cuperus diſtinctionem tantum putat vitioſam, & ſic formandam: γεγονέναι καὶ ταύτῃ ἐνόσουν Ἀθηναῖοι. Præfero ſententiam Cuperi, quem vide ipſum *lib.* III. *Obſerv. cap.* 15. SCHEFF. Nulla textus indiget correctione. & καὶ ταύτῃ ſignificat, *itaque*. Heſychius: ταύτῃ, οὕτως, τούτῳ τῷ τρόπῳ. KUHN.

Καὶ ταύτῃ ἐνόσουν &c.] Turbata hæc ſunt ineptis diſtinctionibus, & ideo ab Editoribus atque aliis Eruditis parum intellecta. Junxerant hæc ſuperioribus per comma, & punctum collocaverant poſt πανδημεὶ, atque ideo Faber pro ταύτῃ legi voluit ὅταν. Cuperus vero *Obſerv.* III. 15. ita hæc diſtingui voluiſſe videtur: Ὅτι τὸ Σ. σ. ἐπεπ. κ. καὶ σ. ε. γεγονέναι καὶ ταύτῃ. Ἐνόσουν Ἀθηναῖοι πανδημεὶ, καὶ &c. Ut ſenſus ſit, *creditum eſt* &c. *etiam ex eo*, quod ſcil. ſequitur. Sed non opus eſt ea divelli, & ſatis plana ſunt omnia, modo poſt εἶχον ponas non punctum, ſed comma, & exponas ut à me vides factum. Peſtilentia autem hic deſignatur celebris illa, in qua & Pericles duos amiſit Filios, quos ſolos habebat legitimos, Vide *ſupra* VI. 10. & IX. 6. PERIZ.

4 Πανδημεὶ καὶ] Poſt πανδημεὶ tollendum eſt punctum. FABER. Romana editio poſt πανδημεὶ comma habet, quod poſtliminio in ſedem ſuam reſtitui. KUHN.

5 Ἐνόσησε τὴν ἀρχήν.] Non repudio. videtur tamen Noſter potius ſcripſiſſe: ἐνόσησε οὐ τὴν ἀρχήν. SCHEFF. Hoc eſt variare phraſin, non corrigere. KUHN.

ΚΕΦ. κη΄.

Περὶ τοῦ οἰκέτου τοῦ Διογένους ὑπὸ κυνῶν διασπασθέντος.

[1] Διογένης ἡνίκα [2] ἀπέλιπε τὴν πατρίδα, [3] εἷς αὐτοῦ τῶν οἰκετῶν ἠκολούθει, ὄνομα Μάνης, ὃς οὐ φέρων τὴν μετ' αὐτοῦ διατριβὴν [4] ἀπέδρα· προτρεπόντων δέ τινων ζητεῖν αὐτὸν, ἔφη· οὐκ αἰσχρὸν, Μάνην μὲν μὴ δεῖσθαι Διογένους, Διογένην δὲ Μάνους; Οὗτος δὲ ὁ οἰκέτης εἰς Δελφοὺς ἀλώμενος ὑπὸ κυνῶν διεσπάσθη; [5] τῷ ὀνόματι τοῦ δεσπότου δίκας ἐκτίσας, ἀνθ' ὧν ἀπέδρασεν.

ΚΕΦ.

CAP. XXVIII.

De servo Diogenis à canibus discerpto.

Quum Diogenes patriam relinqueret, unus ex servis eum secutus est, nomine Manes, qui non ferens ejus convictum, aufugit: quum vero nonnulli *Diogenem* hortarentur, ut eum quæreret: An non, inquit, turpe foret, Manen Diogenis non egere, Diogenem vero Manis *indigere*? Servus autem ille, quum Delphos errando pervenisset, à canibus discerptus est, pœnam Domino persolvens pro eo, quod aufugerat.

CAP.

1 Διογένης] Adde Laertium & Thaletem apud Stobæum *serm.* XCV. SCHEFF.

2 Απέλιπε τὴν πατρίδα] *Patria* fuit Sinopensis; eam vero reliquit, fugâ sibi consulens, quum accusaretur adulterasse & circumcidisse nummos. Vide Laertium in *Diogene*. PERIZ.

3 Αυτοῦ τῶν οἰκετῶν] MSS. B. & C. αὐτῷ τῶν οἰκετῶν. SCHEFF.

Εις αὐτοῦ τῶν οἰκετῶν ἠκολούθει] Ut B. & C. Parisienses, sic & Lugd. αὐτῷ: quod ferme prætulerim vulgato. De re ipsa, & hoc Diogenis dicto Vide Diog. Laert. & Senecam *de Tranquill. An. cap.* 8. PERIZ. Editiones Perusci & Gesneri præferunt αὐτῷ.

4 Απέδρα] Meminit Seneca *de Tranquill.* SCHEFF.

5 Τῷ ὀνόματι τοῦ δεσπότου] Kuhnius in *Indice* hæc interpretatur, *Domini vice*, & *allusum* putat ad cognomen Diogenis, quo Κύων passim audiit. Voluisse ergo videtur. jungi hæc superioribus, ut sensus sit, Servum à Canibus discerptum vice Domini, quasi Canes pro Domino pœnam sumpserint de servo. Sed alienum hoc est ac longe nimis petitum. Repugnat etiam Articulus τῷ. Simpliciter igitur locutione hac *Dominum* designari putem, vel disertius, *illum qui jus & Nomen Domini* in hunc servum *obtinebat*. Sic passim ὀνόματα, *nomina*, pro ipsis hominibus. Lucas *Actor. Ap.* I. 15. ἦν τε ὄχλος ὀνομάτων εἰς ἑκατὸν εἴκοσι. Johannes *Apocal.* III. 4. Εχεις ὀλίγα ὀνόματα, ἃ οὐκ ἐμόλυναν τὰ ἱμάτια. Adde XI. 13. ubi dicuntur *occisa* ὀνόματα ἀνθρώπων *septies mille*. Sed &, ut hic, ita *Actor.* X. 43. ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβεῖν διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ. Etiam Latini: Livius I. 10. *Ita per se ipsum nomen Cæninum in agrum Romanum impetum facit*, h. e. soli Cæninenses. Vide plura ejus generis apud Vechnerum *Hellenol.* II. 8. *p. m.* 338. PERIZ.

ΚΕΦ. κθ΄.

Περὶ ἐλπίδος.

Ἔλεγεν [1] ὁ Πλάτων, τὰς ἐλπίδας, [2] ἐγρηγορότων ἀνθρώπων [3] ὀνείρους εἶναι.

CAP. XXIX.

De spe.

Plato dicebat, spes, vigilantium hominum esse somnia.

1 Ὁ Πλάτων] Laertius hoc *Aristoteli* tribuit, *Pindaro* Stobæus in *sententiis cap.* 110. SCHEFF.

2 Ἐγρηγορότων ἀνθρώπων ὀνείρους] Sluisk. ut Paris. A. ὕπνους. Male. Ratio autem dicti est, quod sperantes multa sibi inania fingunt, atque iis animum pascunt ac fallunt. Sic Poëta in *Eclogis* de amantibus, qui vehementissime sperant, & desiderant sua vota,

Credimus? an qui Amant, ipsi sibi somnia fingunt?

PERIZ.

3 Ὀνείρους] MS. A. ὕπνους. apud Stobæum legitur ἐνύπνια. SCHEFF. Synesius *de insomniis p.* 146. πᾶν τοῦτο, ὕπαρ ἐστὶν ὀνειρώττοντος καὶ ἐγρηγορότος ἐνύπνιον. περὶ γὰρ ταυτὸν ὑποκείμενον ἄμφω συνίστανται, τὴν φανταστικὴν φύσιν, ἣν ὅταν μὲν ἡμεῖς εἰδωλοποιεῖν ἐθελήσωμεν, ἓν τοῦτο παρέχεται χρήσιμον, ἐπαλείφει τὸν βίον ἡμῶν εὐθυμίᾳ (ita scribendum esse ejusdem Dio monet *p.* 47.) καὶ κολακεύουσα τὴν ψυχὴν ταῖς πεπλανημέναις ἐλπίσιν ἀναλαμβάνει τῶν δυσχερῶν τῆς αἰσθήσεως, *omne illud (quod speraverat) est vera somniantis visio & vigilantis insomnium. utrumque enim circa eandem versatur materiam, rem scilicet phantasiæ subjectam, cui si personam affingere velimus, unum illud emolumento est, quod vitam nostram hilarititate reddit delibutam, animamque blanda vanâque spe à sensu calamitatum avocat reficitque.* Hinc patet, Platonem περὶ τῆς ἀπατηλῆς ἐλπίδος, *de fallaci spe*, locutum esse. At spes confisa Deo ὑπόστασις ἐλπιζομένων est, nec cum somniis ullam habet affinitatem. KUHN.

ΚΕΦ. λ΄.

Περὶ Ὀλυμπιάδος ἐπὶ τῷ Ἀλεξάνδρῳ τεθνηκότι καὶ ἀτάφῳ δυσχεραινούσης.

Ὀλυμπιὰς ἡ Ἀλεξάνδρου πυθομένη, ὅτι [1] πολὺν χρόνον ὁ παῖς αὐτῆς ἄταφος μένει, βαρὺ ἀναστένουσα, καὶ θρηνοῦσα εὖ μάλα λιγέως, ὦ τέκνον,

CAP. XXX.

De Olympiade dolente propter Alexandrum mortuum & inhumatum.

Olympias, Alexandri *mater*, quum audivisset, longo tempore jam filium suum manere insepultum, graviter ingemiscens, atque ejulans

1 Πολὺν χρόνον] Triginta & aliquot diebus. Vide *supra lib.* XII. *cap. ultim.* SCHEFF. Vid. Ind. in ταφή. KUHN.

Πολὺν χρόνον] Vide *supra* XII. 64. ubi triginta dies jacuisse dicitur, ante quam ullum de eo sepeliendo caperetur consilium. Post quod

τέκνον, εἶπεν, ἀλλὰ σὺ μὲν οὐρανοῦ μεταχεῖν βουλόμενος, καὶ τοῦτο σπεύδων, νῦν οὐδὲ [2] τῶν κοινῶν δήπου, καὶ ἴσων πᾶσιν ἀνθρώποις, μεταχεῖν ἔχεις, γῆς τε ἅμα, καὶ ταφῆς· καὶ τὰς ἑαυτῆς τύχας οἰκτείρασα, καὶ τὸ τοῦ παιδὸς τετυφωμένον ἐλέγξασα.

ejulans prorſus argute, o fili, inquit, Tu vero quum in cælum cooptari volueris, & in id ſummo ſtudio incubueris, nunc neque communium rerum, & quæ omnibus mortalibus æqualiter obtingere ſolent, particeps fieri potes, terræ ſimul ſepulturæque: ita & ſuas miſerata fortunas, & filii faſtum arguens.

quod demum tempus alii cadaver in Macedoniam, alii in Ægyptum abducere voluerunt, quo etiam abductum tandem eſt à Ptolemæo. Periz.

2 Τῶν κοινῶν &c.] Sic IV. 7. ſepultura vocatur κοινὸς πάντων σωμάτων ὅρμος, *communis omnium corporum portus.* Idem.

ΚΕΦ. λα΄.

Οτι Ξενοκράτης φιλοικτίρμων ἦν.

CAP. XXXI.

Quod Xenocrates fuerit miſericors.

[1] Ξενοκράτης ὁ Χαλκηδόνιος, ὁ ἑταῖρος Πλάτωνος, τά τε ἄλλα ἦν φιλοικτίρμων, καὶ οὐ μόνον φιλάνθρωπος, ἀλλὰ καὶ πολλὰ τῶν ἀλόγων ζώων ἠλέει· καὶ οὖν ποτε καθημένου ἐν ὑπαίθρῳ, [2] διωκόμενος βιαίως στρουθὸς ὑπὸ ἱέρακος, εἰς τοὺς κόλπους αὐτοῦ κατέπτη. Ο δὲ ἀσμένως ἐδέξατο [3] τὸν ὄρνιν, καὶ διεφύλαξεν ἀποκρύψας, ἔστ᾽ ἂν ὁ διώκων ἀπῆλ-

Xenocrates Chalcedonius, Platonis diſcipulus, cum in ceteris miſericors erat, tum vero non ſolum amicus hominum, ſed complura etiam brutorum animantium miſericordia proſequebatur: atque ideo quum ſederet quondam in loco aprico, paſſer, quem vehementer perſequebatur accipiter, in ſinum ipſius devolavit. At ille cum voluptate

1 Ο Καρχηδόνιος] Vitioſa lectio, pro qua Χαλκηδόνιος ſubſtitue. Fuit enim Chalcedonius hic Philoſophus. Noſter *infra lib.* XIV. *cap.* 9. Cicero *lib.* I. *Quæſt. Academ. Nam cum Speuſippum, ſororis filium Plato philoſophiæ quaſi hæredem reliquiſſet, duos autem præſtantiſſimos ſtudio atque doctrina, Xenocratem Chalcedonium & Ariſtotelem Stagiritem* &c. Adde Diogenem Laertium in *vita ejus.*

Scheff. Vide Petavii *notas in Syneſ. pag.* 22. Kuhn.

Ξενοκράτης ὁ Καρχηδόνιος] Sic quidem MSti, cum Mei, tum Regii omnes. Repoſui tamen, quod reponendum monuerunt Scheffervs, Kuhnius, atque omnes Eruditi, immo & Margo Medicei I. quodque ex Marmoribus, & Scriptoribus, non Hiſtoricis tantum, ſed & Geographis, Strabone ac Mela,

ἀπῆλθεν. Ἐπεὶ δὲ ἠλευθέρωσεν αὐτὸν τοῦ φόβου, ἀπλώσας τὸν κόλπον, ἀφῆκε τὸν ὄρνιν, ἐπειπὼν, ὅτι μὴ ἐξέδωκε τὸν ἱκέτην.

luptate recepit avem, & occultatam custodivit, donec persecutor ille abiisset. Ubi vero eam à metu liberam reddiderat, aperto sinu avem dimisit, addens se supplicem non prodidisse.

la, denique ex omni *Xenocratis* vita, satis constat. Vide Diog. Laertium, & ibi Notas. Nec rationem ullam video, quare certi adeo errores librariorum in ipso contextu ab Editoribus identidem relinquantur, quum ita lectores necessario vel ipsi quoque in errorem præcipitentur, vel certe adigantur eo, ut Textui nunquam fidere possint, sed evolvere semper debeant omnes Interpretum Notas. Neque est, quod quis culpam hanc ipsius Auctoris memoriæ adscribat, quum ipse *supra* II. 41. & *infra* XIV. 9. diserte Xenocratem vocet *Chalcedonium*, & notissimum insuper sit, vitio librariorum sæpissime hoc vocabulum transiisse in illud, quod multo ipsis notius erat. PERIZ.

2 Διωκόμενος βιαίως στρουθὸς] Tradit Laertius in *ipsius vita*. SCHEFF. Contrarium de quodam Areopagita Helladius: ἱέρακα, inquit, φεύγων στρουθὸς ἐν Αρείῳ πάγῳ τῶν Αρεοπαγιτῶν ἑνὸς κατέπεσεν εἰς τὸν κόλπον· ὁ δὲ τὸν πρόσφυγα, δέον σώζειν, ἀνεῖλε. τὸ δὲ συνέδριον ἀπεκήρυξεν, ὡς οὐχ ὅσια δράσαντα, τοῦτον. ἔδωκε τοίνυν οὐχὶ στρουθοῦ χάριν δίκην, τοῦ δὲ ἰταμότητος τῶν τρόπων. *accipitrem fugiens passer in Areopago decidit in sinum cujusdam Areopagitæ. ille vero clientem, quem servare debuisset, occidit. Senatus autem eum, ut impia patrantem per præconem ordine Areopagitarum movit. Dedit itaque pœnas non passerculi, sed crudelis ingenii nomine.* Photius *Cod.* σοθ. Non possum non adscribere locum Philonis geminum germanum: μὴ νεοττιὰν, φησὶ, κατοικίδιον ἐρημοῦν, μὴ ζώων ἱκεσίαν, οἷα ἔσθ᾽ ὅτε προσφευγόντων, ἀναιρεῖν. *ne disturbes, inquit, nidum domesticum, ne avem supplicem adeoque interdum ad Te confugientem spernas.* apud Euseb. *Præpar. Evangel. lib.* VIII. *p.* 359. KUHN.

3 Τὸν ὄρνιν] Mediceus & Sluisk. τὴν ὄρνιν. nec aliter in seq.

ΚΕΦ. λβ'.

CAP. XXXII.

Πῶς ὁ Σωκράτης ἑταίρας τινὸς ἀλαζονείαν ἤλεγξεν.

Quomodo Socrates arrogantiam cujusdam scorti refellerit.

1 Φησὶ Ξενοφῶν, ὅτι Θεοδότῃ τῇ ἑταίρᾳ εἰς λόγους ἀφῖκτο Σωκράτης, καλλίστῃ γυναικὶ οὔσῃ. Ἀλλὰ καὶ 2 τῇ Καλλιστοῖ ἦλθεν εἰς

Tradit Xenophon, Socratem aliquando in colloquium cum Theodota meretrice, femina formosissima, venisse. Sed & cum Callisto-

1 Θεοδότῃ] Interpres legit Θεοδόρῃ. Sed alterum rectum. Ita enim nominatur etiam apud Libanium *declam.* XXV. Xenophontis locus, cujus mentio hic fit, extat *lib.* III. *de dict. & fact. Socratis.* SCHEFF.

Φησὶ Ξενοφῶν, ὅτι Θεοδότῃ &c.] Refert hoc colloquium Socratis cum *Theodote* Xenophon *lib.* III. *dict. & fact. Socr. p. m.* 456. & ex eo etiam Athenæus I. 20. & XIII. 6. PERIZ.

2 Τῇ Καλλιστοῖ] Meretricem Atheniensem ejusdem nominis, quæ *Sus* fuerit cognominata,

εἰς λόγους, ἢ ἔλεγεν· Ἐγὼ μὲν, ὦ Σωφρονίσκου, κρείττων εἰμί σου. Σὺ μὲν γὰρ οὐδένα τῶν ἐμῶν δύνῃ ἀποσπᾶσαι, ἐγὼ δὲ, ἐὰν βούλωμαι, τοὺς σοὺς πάντας. Ο δὲ, Καὶ μάλα γε εἰκότως· Σὺ μὲν γὰρ [3] ἐπὶ τὴν κατάντη αὐτοὺς [4] πάντας ἄγεις, ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἥκειν βιάζομαι· ὀρθία δὲ ἡ ἄνοδός ἐστι, καὶ ἀήθης τοῖς πολλοῖς.

listone sermonem *aliquando* habuit, quæ dicebat: Ego quidem, ô *Fili* Sophronisci, potentior te sum. Nam tu neminem ex meis à me possis abstrahere, at ego, si velim, tuos omnes. Ille vero, Et plane quidem probabiliter *loqueris*: Tu enim in declivem *tramitem* illos omnes ducis, Ego vero ad virtutem contendere eos adigo: arduus vero ille adscensus est, & plerisque insolitus.

nata, memorat Athenæus XIII. *pag.* 583. ex Machone: Sed quæ diversa est ab hacce, ut ex ætate utriusque liquet, quum hæc fuerit temporis Socratici, illa vero æqualis Gnathænæ, de qua *supra* XII. 13. PERIZ.

3 Ἐπὶ τὴν κατάντη] MSS. B. & C. ἐπὶ τὴν κακίαν. An scripsit utrumque Noster ἐπὶ τὴν κακίαν καὶ κατάντη? quia sequitur ex opposito, ἐπὶ τὴν ἀρετήν. SCHEFF. Non puto lectionem MSS. pro emendatione, sed potius pro explicatione habendam esse. KUHN.

Ἐπὶ τὴν κατάντη] Sic & Sluisk. At Lugd. ἐπὶ τῇ κακίᾳ, quod credo voluisse & Parisienses B. & C. quos Schefferus ait legere ἐπὶ τὴν κακίαν. Immo diserte Par. B. τῇ κακίᾳ legere testatur Cl. Boivinius. Sine dubio rectum tamen est, quod vulgatur. Nam sic solet via virtutis *ardua* fingi & *acclivis*, at *declivis* ea, quæ voluptatis est. Vide Hesiodum Ἔργων 288. Xenophontem *de Dictis & Fact. Socr. p.* 429. 430. & *Tabulam* Cebetis. PERIZ.

4 Πάντας ἄγεις] Malim πάντως. tu omnino vel plane per declive ducis juvenes, inquit Socrates ad meretriculam. de re ipsa, arduâ scilicet virtutis viâ, Claud. Minoem *ad Alciat. Embl.* 131. vide sis. hunc in modum loquitur Noster *infra lib.* XIV. *cap.* 7. τοὺς ἐφήβους πάντως παρίστασθαι τοῖς Ἐφόροις, *ephebos omnino se sistere Ephoris. cap.* 22. τέξεσθαι τι αὐτῷ πάντως κακόν, *planè mali aliquid sibi pariturum.* KUHN.

ΚΕΦ. λγ'.

Περὶ Ῥοδώπιδος ἑταίρας τύχης.

[1] Ῥόδωπίν φασιν Αἰγυπτίαν ἑταίραν γενέσθαι ὡραιοτάτην. Καί ποτε

CAP. XXXIII.

De Rhodopidis scorti fortuna.

Rhodopin Ægyptiam ajunt, meretricem fuisse pulcherrimam. Et

1 Ῥόδωπιν] Strabo *lib.* XVII. *Rhodopen* nominat hanc historiam referens. GESNER. Athenæus nominat Ῥοδῶπιν *lib.* XIII. Porro nimis ardua mihi paragraphi hujus positio videtur, & sic conficienda: Ῥόδωπίν φασιν Αἰγυπτίων λόγοι, ἑταίραν γενέσθαι ὡραιοτάτην &c. MSS. B. & C. Αἰγυπτίων λόγοι, ε, γ, ω, Ρ, φ. SCHEFF. Transpone, & lege Αἰγυπτίων λόγοι. FABER. Herod. *lib.* II. ait quidem Ῥοδῶπιν floruisse sub Amasi rege, sed historiæ hujus, quam Noster affert, nihil plane habet. KUHN.

Ῥόδωπίν φασιν Αἰγυπτίων ἑταίραν γενέσθαι λόγοι ὡραιοτάτην] Hoc ordine scripta hæc sunt in omnibus Edd. Ille vero quem non offendat?

ποτε αὐτῆς λουομένης, ἡ τὰ παράδοξα καὶ τὰ ἀδόκητα φιλοῦσα ἐργάζεσθαι τύχη προὐξένησεν αὐτῇ, οὐ τῆς γνώμης, ἀλλὰ [2] τοῦ κάλλους ἄξια. Λουομένης γὰρ, καὶ τῶν θεραπαινίδων τὴν ἐσθῆτα φυλαττουσῶν, ἀετὸς καταπτὰς, τὸ ἕτερον τῶν ὑποδημάτων ἁρπάσας, ἀπιὼν ᾤχετο, καὶ ἐκόμισεν εἰς Μέμφιν, δικάζοντος [3] Ψαμμιτίχου, καὶ εἰς τὸν κόλπον ἐνέβαλε τὸ

Et ei aliquando lavanti, inopinatorum atque inexſpectatorum amans fortuna, conciliavit, quæ non iſto animo, ſed formâ erant digna. Quum enim lavaret, ac veſtimenta famulæ cuſtodirent, aquila devolans, alterum calceorum quum rapuiſſet, abiit, & deportavit Memphim, jus dicente Pſammiticho, & calceum in *ejus* ſinum injecit. Pſammitichus miratus

Conſtitui itaque verba eo ordine, quem malebat Schefferus, & quem palam præfert Codex Lugd. & Regius Secundus, ac Tertii, ſed recentior manus. Sluisk. nihil mutat, niſi quod legit Αἰγυπτίαν: in quo etiam commodus ſatis foret ſenſus, ſi abeſſet illud λόγοι. Nam licet Thracia fuerit origine & natalibus, tamen *Ægyptia* erat & dicebatur propter habitationem, ſicuti multæ meretrices dicuntur *Athenienſes*, quia Athenis habitarunt. Neque aliter Apollonius dicitur *Rhodius*, aut Clemens *Alexandrinus*, ut monitum ab Eruditis, immo & Alcman *Lacedæmonius*. Vide XII. 50. Et forſan hic vox Αἰγυπτίαν, ſive caſu, ſive conſulto, corrupta in Αἰγυπτίων, cauſam dedit voci λόγοι, in margine prius adſcribendæ, & dein in Textum variis locis inſerendæ. Sed & ſi maxime retineas Αἰγυπτίων, modo deleas ſuſpectum illud λόγοι, ſenſus erit vel ſic ſatis opportunus, nempe, *Rhodopin fuiſſe pulcherrimam Ægyptiorum meretricem*, vel *pulcherrimam omnium Ægyptiarum meretricum.* Nam φασὶ ita abſolute in initio Capitis ſæpe ab Auctore ponitur, Vide *ſupra* VIII. 13. IX. I. XIII. 6. & 8. Ceterum *Rhodopis*, quæ quidem ſerva Jadmonis & conſerva Æſopi fuit, in Ægyptum abducta, floruit & meretricem egit Naucrati. Vide de ea Herodotum II. 134. & 135. Strabonem *lib.* XVII. *p. m.* 808. Plutarchum *de Pythia*, Athenæum XIII. 7. Plinium *Nat. Hiſt.* XXXVI. 12. ubi & Pyramiden ultimam ab ea exſtructam refert, quod tamen jam olim negarat & refutarat Herodotus *d. l.* PERIZ.. Induxi vocem λόγοι, & pro Αἰγυπτίων repoſui Αἰγυπτίαν auctoritate codicis Medicei, cujus ſcripturam conjectura adſecutus fuerat Cl. Perizonius.

2 Ἄξια] MSS. B. & C. ἄξιον. SCHEFF.

τοῦ κάλλους ἄξια. Λουομένης γὰρ καὶ τῶν θεραπ.] Lugd. ἄξιον, ut B. & C. Pariſienſes. Sed præterea brevius, nec minus concinne, exhibet ſequentia, Λουομένης δὲ θεραπαινίδων τὴν ἐσθῆτα &c. h. e. *Cum vero lavantis illius veſtimenta ſervarent ancillæ.* Eſt enim in his quaſi repetitio quædam ad nexum faciendum cum ſuperioribus, καί ποτε αὐτῆς λουομένης. PERIZ.

3 Δικάζοντος Ψαμμητίχου] Cuperus *lib.* III. *Obſ. cap.* 15. ſic hæc ordinat: καὶ ἐκόμιζεν εἰς Μέμφιν καὶ εἰς τὸν κόλπον δικάζοντος Ψαμμιτίχου ἐνέβαλε τὸ ὑπόδημα. vix opus erit. SCHEFF.

Ψαμμητίχου] Sluisk Ψαμμιτίχου, ut Herodotus. Ceterum majoris eſt momenti, quod hic *Rhodopis* refertur ad tempora *Pſammitichi*, quum Herodotus diſerte eam tradat II. 134. floruiſſe tempore *Amaſidis*: κατὰ Ἄμασιν βασιλεύοντα ἦν ἀκμάζουσα Ῥοδῶπις. Jam vero inter ultimum *Pſammitichi* annum & primum *Amaſidis* interjecti ſunt ſecundum Herodotum anni 47. ſecundum alios, etiam plures. Neutiquam autem *florere* tum demum poteſt dici meretricula, quando jam ante 47. annos, & amplius, artem exercuerat, & nupſerat Regi. Dicendum itaque: Vel Ælianum de ſuo addidiſſe nomen hujus Regis, quum & Strabo eandem referat Hiſtoriam, & verbis ferme ſimilibus, ſed ſine Regis nomine: Vel erratum in Nomine ſive ab Æliano, ſive à librariis, referendamque hanc Hiſtoriam non ad *Pſammitichum*, ſed ad ejus Nepotem, quem Herodotus *Pſammin*, Euſebius *Pſammiten*, Africanus *Pſammuthin*

τὸ ὑπόδημα. Ὁ δὲ Ψαμμίτιχος θαυμάσας [4] τοῦ ὑποδήματος τὸν ῥυθμὸν, καὶ τῆς ἐργασίας αὐτοῦ τὴν χάριν, καὶ τὸ πραχθὲν ὑπὸ τοῦ ὄρνιθος, προσέταξεν ἀνὰ πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον ἀναζητεῖσθαι τὴν ἄνθρωπον, ἧς τὸ ὑπόδημά ἐστι, καὶ εὑρὼν γαμετὴν ἠγάγετο.

miratus concinnitatem calcei, & operæ ejus elegantiam, & id, quod ab ave factum erat, mandavit, ut per universam Ægyptum quæreretur femina, cujus is calceus esset, eamque quum invenisset, uxorem duxit.

ΚΕΦ. CAP.

thin vocant, & qui Pater fuit Hophræ seu Apryis, cui successit *Amasis:* id enim ferret utcunque ratio annorum: Vel denique Herodotum ad designandam ætatem *Rhodopidis* laxiore modo adhibuisse Regem Ægypti ex toto illo seculo Græcis maxime notum. Sed tamen his omnibus mihi longe verisimilius videtur duas fuisse *Rhodopides*, easque ab Herodoto, Strabone, & Plinio confusas: alteram proprie sic dictam, ex meretrice *Uxorem Psammitichi*, & sepultam in Pyramide: alteram Æsopi conservam, & Charaxi, Fratris Sapphus, amicam, quæ tempore *Amasidis* floruerit, & proprio nomine *Doricha* fuerit dicta, cognominata vero *Rhodopis*, Prioris illius nomine, plane sicut duæ eadem ratione fuerunt *Sappho*, itidem confusæ à Veteribus, Vide *supra* XII. 19. plures etiam *Sibyllæ*, à prima Sibylla sic cognominatæ. Et hæsitatum jam olim quoque in his meretricibus fuisse, liquet ex eo, quod Athenæus XIII. 7. *p.* 596. incuset Herodotum, quod Charaxi amicam, à Sappho carminibus exagitatam, & quæ Δωρίχη fuerit dicta, appellaverit *Rhodopin*, diversam quippe ab illa *Dorica:* Herodotus autem ipse refutaverit illos, qui tradiderint unam ex Pyramidibus à *Rhodopide* exstructam, eamque in ea sepultam, quod tamen tradidere etiam deinceps Strabo & Plinius: refutaverit autem eos hoc argumento, quod *Rhodopis* ætate fuerit posterior, Amasidi quippe æqualis, nec adscenderit ad tantas opes. Omnia hæc facile conciliabuntur, si diversas statuamus, ut fecisse videtur sane Athenæus, *Rhodopin* illam Veterem, quæ ad Reginæ fortunas adscendit, & cui ultima Pyramidum exstructa est, ac Posteriorem illam, proprie *Doricam* dictam, quam Charaxus, Sapphûs Frater amavit & ex servitute redemit. Nam & hanc, etiam *Rhodopin* vere fuisse cognominatam, quod ignorasse videtur Athenæus, non ex Herodoto tantum, sed & ex Strabone constat, qui diserte ait *Doricham* illam *ab aliis nominari Rhodopen*, immo & ex donario illo veruum Delphis ab ipsa dicatorum ex decimis quæstus meretricii, quod Herodotus & Plutarchus pariter *Rhodopidi*, non Veteri, & à Charaxi amica & Æsopi conserva diversæ, ut facit Athenæus, sed posteriori, seu illi ipsi Amicæ, palam adscribunt. PERIZ. Reposui Ψαμμιτίχου, & mox Ψαμμίτιχος, secutus Codices MSS. & Herodotum.

4 Τοῦ ὑποδήματος τὸν ῥυθμὸν] Sic Strabo *d. l.* ὁ δὲ τῷ ῥυθμῷ τοῦ ὑποδήματος, καὶ τῷ παραδόξῳ κινηθείς. *Ille vero* (Rex) *concinnitate calcei, & facti novitate motus.* PERIZ.

ΚΕΦ. λδ'.

Περὶ Διονυσίου.

[1] Ὅτι τὸν Λέοντα ὁ Διονύσιος, μετὰ τὴν πρόσταξιν τὴν κατ' αὐτοῦ [2] ἀνευρὼν, εἰς τρὶς τοῖς δορυφόροις ἐκέλευσεν ἀπάγειν, καὶ μετέγνω τρὶς, καὶ καθ' ἑκάστην μεταπομπὴν, κατεφίλει κλαίων, καὶ καταρώμενος ἑαυτοῦ, [3] ὅτι [4] ὅτε ἔλαβε τὸ ξίφος. Τελευτῶν ἡττήται

CAP. XXXIV.

De Dionysio.

Dionysius Leonem, post sententiam contra eum *pronunciatam*, denuo inveniens, ter mandavit satellitibus, ut abducerent, atque ter animum mutavit, & quotiescunque eum revocabat, exosculatus est lacrymans, & execratus se ipse tunc, quum sumsit primo gla-

1 Ὅτι τὸν Λέοντα] Quis hic Leo fuerit, ignoro. Hoc scio simillimum de Dionysio facinus extare apud Ciceronem *lib.* v. *Tuscul. quæst.* in hæc verba: *Cum pila ludere vellet, tunicamque poneret, adolescentulo, quem amabat, tradidisse gladium dicitur. Hic cum quidam familiaris jocans dixisset, huic quidem certe vitam tuam committis, arrisissetque adolescens: utrumque jussit interfici: alterum, quia viam demonstravisset interficiendi sui, alterum, quia id dictum risu approbavisset. Atque eo facto sic doluit, ut nihil gravius tulerit in vita: quem enim vehementer amarat, occiderat.* SCHEFF.

2 Ἀνευρὼν] MSS. B. & C. εὑρὼν. SCHEFF. MSS. τῷ εὑρὼν indicare videntur, idem esse hoc loco ἀνευρὼν quod εὑρὼν. ita Suidas in illud Lucæ II. καὶ ἀνεῦρον τήν τε Μαριὰμ καὶ τὸν Ἰωσὴφ &c. inquit: ὅτι ἡ ἀνὰ πρόθεσις χάριν κόσμου κεῖται, *quod præpositio* ἀνὰ *sit ornamenti instar.* vide locum in *voce* ἀνεῦρον. & Phavorinum in ἀνευρόντες. ergo hic τὸ ἀνευρὼν indicat post sententiam mortis abductum requisivisse Leonem, inventumque & sibi redditum iterum jussisse abduci *&c.* KUHN.

Ἀνευρὼν] Etiam Lugd. ut B. & C. Parisienses, at posterior tantum in margine, εὑρών. Sed vulgatum ex aliis MSS. inter quos & Sluisk. est, præfero, & interpretor, fugitivum vel latitantem *denuo nactus*, seu *quum denuo invenisset.* Fugerat enim Leo, vel latebat, postquam eum comprehendi occidique jusserat Dionysius, vel sententiam contra eum pronunciaverat. Perperam exponunt in Indice suo Schefferus *invisens*, Kuhnius, *investigans.* Vultejus prorsus prætermiserat. PERIZ.

3 Ὅτι ὅτε ἔλαβε] Quis non viderit abundare, & supervacuum esse ultimum ὅτε, ex præcedente ὅτι malè natum: aut legendum ὅτι ποτε. KUHN.

Ὅτι ὅτε ἔλαβε τὸ ξίφος] Kuhnius delet ὅτε, vel legendum putat ὅτι ποτε. Non adeo male hoc posterius, cujus sensus foret, *exsecrans se ipse, quod unquam gladium sumpsisset.* Malim tamen, quia in exsecrationibus sui per pœnitentiam rei jam gestæ factis, solent homines initium istius rei gestæ exprimere, malim ergo illud ὅτι eradere, & legere καταρώμενος ἑαυτοῦ, ὅτε ἔλαβε &c. h. e. *imprecatus sibi ipsi mortem eo temporis momento, quo primum cepit gladium*, seu *optans, ut tunc mortuus esset, quum pr.* &c. Sic Phyllis apud Ovidium in *Heroid. Epist.*

Quæ fuit ante illam, mallem suprema fuisset
NOX mihi, dum potui Phyllis honesta mori.

Per

τῷ φόβῳ, καὶ προσέταξεν ἀποσφαγῆναι, εἰπὼν, ὅτι οὐκ ἔστιν, ὦ Λέον, σοι ζῆν.

gladium. Tandem metu est victus, eumque interfici jussit, Non licet, inquiens, ô Leo, tibi vivo esse.

Per *gladium* autem, quem *sumpsisse* dolet, intelligenda videtur vel militia, vel tyrannis, cujus insigne est gladius. Vide Tacitum *Histor.* III. 68. & confer Xiphilinum in *Vitellio*, ubi is tradendo Consulibus τὸ ξίφος, credebatur τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν δι' αὐτοῦ ἀποτεθεικέναι, *imperatoriam potestatem tradendo gladio deposuisse.* Clariss. Boivinius distinguendo ante ὅτι juvare hunc locum conatur. Sed verba ipsa Viri Eruditissimi adscribam: *Parecbolæ, seu Excerpta, incipiunt à Voce* ὅτι, *eaque Vox in uno eodemque Capite aliquando repetitur. Hujus Capitis initium est,* ὅτι τὸν Λέοντα &c. *Vox* ὅτι *repetitur in his Verbis,* ὅτι ὅτε ἔλαβε τὸ ξίφος, *quæ sic vertenda fuerunt;* Item quod, cum ille Leo ensem arripuisset, tandem metu victus est Tyrannus, & eum jussit interfici. *Nimirum Leo, tertium revocatus, ensem arripuerat, ac Tyrannum terruerat.* PERIZ. Parens meus in *Notit. Dissert. de Morte Judæ p.* 9. malebat ὁπότε ἔλαβε τὸ ξίφος. Nec tamen huic loco minus idonea videtur emendatio Cl. Kuhnii legentis ὅτι ποτε: quæ particulæ etiam junctim occurrunt apud Dionem Cocc. in *Exc. Peiresc. p.* 657. ὥστε τὸ τοῦ Μιθριδάτου πολὺ δεινὸν νομισθὲν, ὅτι ποτε πάντας τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ Ῥωμαίους ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἀπέκτεινεν, ἐν βραχεῖ πρός τε πλῆθος καὶ τὸν τρόπον τῶν τότε φονευθέντων νομισθῆναι, *propterea quod aliquando omnes, qui in Asiâ erant, Romanos uno eodemque die occiderat.*

4 Ὅτε ἔλαβε τὸ ξίφος] Seneca *de Clement. lib.* I. *cap.* 13. *Hoc inter cætera vel pessimum habet crudelitas, quod perseverandum est, nec ad meliora patet regressus. Scelera enim sceleribus tuenda sunt.* SCHEFF.

ΚΕΦ. λε'.

CAP. XXXV.

Περὶ ἐλάφου ἐν νόσῳ φυσικῆς θεραπείας.

De cervi in morbo physica curatione.

Λέγουσι φυσικοὶ ἄνδρες [1] τὸν ἔλαφον καθάρσεως δεόμενον, † [2] σέλινα

† σέσελι.

Physici dicunt, cervum, indigentem purgationis, apium edecitur.

1 Τὸν ἔλαφον &c.] Intelligi *cervam* certum est. Nam *ante partum* hac *purgatione* cervæ utebantur. Vide Auctores mox citandos. MSti tamen legunt diserte Τὸν ἔλαφον. Nempe eodem modo, quo *Equæ* Cimonis *supra* IX. 32. & apud Herodotum VI. 103. promiscue οἱ & αἱ ἵπποι dicuntur. Accedit etiam, quod quæ sequuntur de *morsu phalangiorum*, referenda sint ad totum genus Cervorum, atque ea etiam ratione tanto rectius masculinum hic adhibeatur in Nomine Epicœno, de quo Vide *ad Sanctii Minervam p.* 34. PERIZ.

2 Σέλινα ἐσθίειν] Scribe σέσελιν. Cicero *lib.* II. *de Nat. Deor. Cervæ paulo ante partum perpurgant se quadam herbula, quæ seselis dicitur.* Quod hi duo ante, id Aristoteles post partum eas scribit facere *lib.* IX. *Histor. Anim. cap.* 5. Ὅταν τέκῃ, inquit, ἐσθίει τὸ χορίον πρῶτον, καὶ ἐπὶ τὴν σέσελιν ἢ τρέχουσι, καὶ φαγοῦσαι, οὕτως ἔρχονται πρὸς τὰ τέκνα πάλιν. Corrige ex his porro nostrum & pro τὸ, scribe τὴν ἔλαφον. De cerva enim, non de cervo sermo est. SCHEFF. Ita etiam legendum putat Doctiss. Bochartus *part.* I. *Hierozoïci pag.* 890. Sed non opus est mutatione, præsertim cum optimi Auctores genera hæc soleant confundere. Eustathius *in Odyss.* κ. Jones dixisse ἡ ἔλαφος notat, Homerum vero ὁ ἔλαφος, cum de cervis non loquatur κατ' εἶδος, sed in genere. Quod etiam Nostro accommo-

λινα ἐσθίειν· 3 φαλαγγίων δὲ 4 κνήσμασιν ἐχόμενον, 5 καρκίνους.

edere: laborantem vero ex phalangiorum morsibus, cancros.

modari poterit. Servius *ad illud Virgil. lib.* IV. *Æn. sola bubo: sola contra genus posuit* &c. *sed Virgilius mutavit, referens ad avem. plerumque enim genus relicta specialitate a generalitate sumimus* &c. Vide Eundem *ad* v. *Æn. p.* 368. Phavorinus: ἄγελον αἶγα dicit *Homerus:* ἔςι καὶ θηλυκῶς λαβεῖν τὴν ἄγελον, *potest etiam de fœmina intelligi & mare.* ἀτλικὸς γὰρ ἀνὴρ τ̀ αἶγα λέγει, ὥσπερ καὶ τὸν ἀηδόνα. ita ille ex veterum *Scholiis.* vid. notata *ad lib.* v. *cap.* 7. Plinius: *iidem,* (cervi) *percussi à phalangio, quod est aranei genus, aut aliquo simili, cancros edendo sibi medentur.* quod autem σέλινον attinet, quod Viri docti cum σέσελις permutandum censent, id mihi ab ipso videtur Auctore profectum lapsu quodam memoriæ. Nihil enim illam magis turbat quam similitudo nominum, quæ hic est inter σέλινον, σίλις vel σέσιλις. Plinius de silere differens, postea subdit: *& quoniam plerosque similitudo nominum Græcorum confundit, contexemus & de sili.* KUHN.

Σέλινα ἐσθίειν] h. e. *Apium.* At Alii Auctores, Græci & Latini, tradunt cervas *purgationis* indigas, sive ante, ut plerique, sive post partum, ut Aristoteles, decurrere ad *seselin.* Cicero *de Nat. Deor.* II. 50. *Cervæ paulo ante partum perpurgant se quadam herbula, quæ Seselis dicitur.* Plinius VIII. 32. de Cervis agens, *Feminæ ante partum purgantur herba quadam, quæ Seselis dicitur, faciliore ita utentes utero.* Et XX. 5. de *Seseli,* vel *Sili; Sunt & folia utilia, ut quæ partus adjuvent etiam quadrupedum. Hoc maxime pasci dicuntur cervæ pariturae.* Aristoteles *Histor. Anim.* IX. 6. post partum statim ad *Seselin currere* ait, & sic *redire ad fetum.* Quem Ego locum respexisse puto Plinium VIII. 32. ubi verbis modo laudatis subjicit, *à partu* eas etiam *seselin* adhibere, & *pastas* câ *redire ad fetum.* Videtur ergo Noster, nisi memoriæ vitio sit lapsus, emendandus, pro σέλινα reponendo, ut jam monuit Schefferus & Ill. Spanhemius *ad Callimachum Hymno in Dianam v.* 165. Σέσελιν. De ipsa autem herba Vide Salmasium *ad Solinum pag.* 1002. & Bodæum Stapelium *ad Theophrastum Hist. Plant.* IX. 15. PERIZ.

3 Φαλαγγίων δὲ κνήσμασιν ἐχόμενον] Sic Anton Liber. *fab.* 41. de Minoe, καταλαβοῦσα δὲ αὐτὸν ἐχόμενον ὑπὸ ἀτεκνίας, *deprehendens autem eum in penuria liberorum constitutum, liberos generare non valentem. Phalangium* exponit Plinius VIII. 27. de hac ipsa medicina cervorum agens, *Percussi à phalangio, quod est aranei genus, aut aliquo simili, cancros edendo sibi medentur:* Noster *supra* I. 8. ejusdem mali remedium cervis ait esse *hederam sylvestrem.* IDEM.

4 Κνήσμασι] Leg. δήγμασι. FABER. Quid opus est hoc δήγμασι? KUHN.

5 Καρκίνους] Auctor Aristoteles *dicto loco.* SCHEFF. Vide Oppian. *lib.* II. *de Venation. p.* 57. & ibi Rittershusium. KUHN.

ΚΕΦ. λϛʹ.

CAP. XXXVI.

Περὶ Εὐρυδίκης Φιλίππου θυγατρὸς τελευτῆς.

De morte Eurydices, Philippi filiæ.

1 Ὀλυμπιὰς 2 τῇ Φιλίππου θυγατρὶ 3 Εὐρυδίκῃ, (4 ἦν δὲ ἄρα

Olympias Philippi filiæ Eurydicæ, (erat vero illa Philippo

1 Ὀλυμπιὰς] Duris apud Athenæum *lib.* XIII. prodit, πρῶτον γενέσθαι πόλεμον δύο γυναικῶν Ὀλυμπιάδος καὶ Εὐρυδίκης, ἐν ᾧ τὴν μὲν βακχικώτερον μετὰ τυμπάνων προελθεῖν· τὴν δ᾽ Εὐρυδίκην

ἄρα ἐξ Ἰλλυρίδος γυναικὸς τῷ Φιλίππῳ γενομένη) προσέπεμψε κώνειον, καὶ βρόχον, καὶ ξίφος· ἡ δὲ αἱρεῖται τὸν βρόχον.

po ex Illyrica quadam muliere nata) misit cicutam, & laqueum, & ensem: Illa vero laqueum delegit.

τὴν Μακεδονικῶς καθωπλισμένην, ἀσκηθεῖσαν τὰ πολεμικὰ καὶ παρὰ Κυννάνῃ τῇ Ἰλλυρίδι, Dalecampius vertit: *muliebre primum bellum extitisse duarum feminarum, Olympiadis & Eurydices, ac in conflictu cum tympanis furiosius Olympiadem impressionem fecisse* (malim ita: *ac Olympiadem Bacchantium more cum tympanis ad bellum profectam*) *Eurydicen autem Macedonum more armatam pugnasse* (*pugnasse* abundat. ex præcedentibus enim τὸ προελθεῖν subintelligendum), *ut quæ bellicis esset rebus exercitata, commissumque prælium fuisse ad Cynnanem Illyrici.* malè hæc quidem: vertendum enim, *quæ in bellicis rebus exercitata dudum fuerat etiam apud Cynnanem Illyricam.* Erat autem Κύνα ut est *lib.* 1. Arriani *de R. G. Alex.* vel *Cynnane*, aut, ut alii per syncopem, *Cynna* soror Alexandri Magni, quam Philippus susceperat ex Audata Illyrica, quæ & Eurydice dicta est. Hæc *Cynna* nupserat Amyntæ, ab Alexandro postea occiso, & filiam Adeam ex matrimonio illo habuit, quæ mutato nomine Eurydice salutata deinde & uxor Aridæo data est. Hanc ipsam Eurydicen mater *Cynna* in bellicis exercitiis educaverat, eaque cum exercitu occurrit ad Euia Macedoniæ Olympiadi, cum reditum in regnum armata manu pararet. Sed ad prælium res non devenit, ut quidem Dalecampii *versio* vult: siquidem Eurydice una cum marito à Macedonibus deserta & Olympiadi prodita est, cum jam castra castris opposita essent. Olympias hostibus in potestatem redactis Philippum, Eurydices maritum, è carcere protractum Thracum gladiis confodiendum objecit; in Eurydicem vero muliebrem iræ impotentiam plenius effusura misit ei gladium, laqueum & cicutam, data optione, ut ex his tribus muneribus unum pro lubitu in remedium miseriarum sibi sumeret. illa vero coram ministro, qui feralem optionem detulerat, Olympiadi similia dona obvenirent precata, arrepto laqueo, se suspendit. Hæc ex Diodoro *lib.* XIX. Arriani *excerptis* apud Photium *Cod.* 192. Athenæo *lib.* XIII. paulo prolixius, quia ad rem facere videbantur. Noster certe hic passus est humani aliquid, dum Eurydicen, de qua jam dictum est, Philippi filiam facit. Audata enim Illyrica, quam Arrianus *l. c.* Eurydicen quoque dictam innuit, uxor Philippi, (erat enim πολύγαμος, non filia, peperit *Cynnam*, *Cynna* Eurydicen, adeoque confundit Noster Eurydicen Philippi uxorem cum alia hujus nominis, quæ Philippi neptis ex filia *Cynna*. Aut Noster neptem hoc loco θυγατέρα vocat. Cæterum Philippus Alexandri Magni parens, habuit quidem matrem *Eurydicen*, de qua Strabo *pag.* 326. τούτου (Ἀῤῥαβαίου) δ' ἦν θυγατριδῆ ἡ Φιλίππου μήτηρ Ἀμύντου τοῦ Εὐρυδίκης. legerim, ἡ Φ. τοῦ Ἀμύντου μήτηρ Εὐρυδίκη. aliam cum Xylandro lectionem affert Casaubonus, quam vide: habuit & uxorem hujus nominis, quam Noster Ἰλλυρίδα γυναῖκα vocat. Filiam autem Eurydicen Philippo quidem dedit etiam interpres Latinus Pausaniæ, sed invita, ut ajunt, Minerva. Nam 1. *Eliacorum* Εὐρυδίκη ἡ Φιλίππου, *uxor est Philippi*, cujus æquè ac Olympiadis imaginem victor post Chæroneam pugnam sacraverat Elide in Philippæo. vid. Pausan. *pag.* 164. 68. Optime igitur Polyænus hanc Eurydicen, cujus Noster meminit, Κυννάνης θυγατέρα ἐξ Ἀμύντου ait *lib.* VIII. *Stratag.* ubi vide sis & alia non vulgata. Kuhn.

2 Τῇ Φιλίππου θυγατρί] Erudite prorsus errorem Auctoris eruit & confutavit Kuhnius, perperam dicentis Eurydicen *Filiam Philippi & Illyricæ Mulieris*, quorum neptis fuit, Filia Amyntæ & Cynnæ, *Philippo & Illyrica* illa *muliere* natæ. Erat autem Uxor Aridæi, qui Alexandro successor datus, *Philippi* quoque nomen accepit, & Macedoniam obtinuit, sed victus tandem ab Olympiade Alexandri M. Matre, & una cum Uxore occisus, quæ quia Philippi erat neptis, sibi potius deberi regnum, quam Olympiadi, clamabat. Mater hujus *Eurydices* erat, ut dixi, *Cynna*, vel *Cynane*, uxor Amyntæ, cujus Pater fuit Perdiccas, Philippi Frater. Mater Cynnæ, vel Cynanæ,

 Illy-

Illyrica illa erat, dicta *Audata*, ut patet ex Athenæo XIII. I. qui tamen in *extremo Capitis* etiam Cynanen dicit Ἰλλυρίδα, forte quia *Illyricam* habuit matrem. Sed Audata à Philippo in matrimonium ducta, cognominata est etiam *Eurydice*, matris Philippi nomine. Prius tamen nomen, *Audatæ* nimirum, videtur Cynna etiam Filiæ suæ imposuisse. Nam & hæc Filia, Audatæ Neptis, ab Arriano apud Photium *pag.* 222. dicitur à Matre primum appellata *Adea*, quod sine dubio ex *Audatæ* nomine corruptum est, vel certe alterum ex altero emendandum: postea tamen & ipsa μετονομασθῆναι Εὐρυδίκη, quo etiam Nomine in Historiis est notissima. *Cynna* ab Alceta fuit occisa, & à Cassandro Ægis sepulta cum Filia Eurydice & hujus Marito Aridæo. Vide Diod. Sicul. *lib.* XIX. *p.* 695. ubi pessime vertitur, tanquam si *Cinna* esset, & Nomen Viri. PERIZ.

3 Εὐρυδίκη] Idem scribit Diodorus Siculus *lib.* XIX. & Justinus *lib.* XIX. *cap.* 6. fuit autem uxor Aridæi, qui post Alexandrum regnavit. SCHEFF.

4 Ἦν δ' ἄρα ἐξ] MSS. B. & C. ἦν δ' ἄρα αὐτὴ ἐξ. IDEM

Ἦν δ' ἄρα ἐξ Ἰλλυρίδος &c.] Lugd. ἦν δ' ἄρα αὐτῆ (voluit vel debuit αὐτὴ, quod habent etiam B. & C. Parisienses, sed posterior in margine, teste Scheffero & Boivinio) ἐξ Ἰλλ. γυν. τοῦ Φιλ. γεννωμένη. in extremo Capitis Sluisk. & Regius Par. C. à prima manu pro αἱρεῖται legunt αἱρεῖτο. Voluisse videntur ᾑρεῖτο. PERIZ.

ΚΕΦ. λζ'.

Περὶ Γέλωνος, καὶ τῶν αὐτῷ ἐπιβουλευόντων.

[1] Γέλων, ὁ τῶν Συρακουσίων τύραννος [2] τὴν τῆς ἀρχῆς κατάστασιν πρᾳότατα εἶχε· στασιώδεις

CAP. XXXVII.

De Gelone, & iis qui illi insidiati erant.

Gelo Syracusanorum tyrannus mansuetissime imperium gerebat: seditiosi vero quidam struebant

1 Γέλων] Historiam habes apud Polyænum *lib.* I. quanquam aliter is in quibusdam. SCHEFF. Syracusani durante bello contra Carthaginenses, cum æs cudendis nummis aliunde nullum suppeteret, statuas Tyrannorum, quibus abundabant, conflandas decreverunt. Judices etiam dati sunt, qui causa rite cognita pronuntiarent, quænam stare vel cadere mererentur statuæ. eoque judicio vicit Gelon Deinomeni filius. An fuit hæc statua illa, cujus hic mentio fit? KUHN.

2 Τὴν τῆς ἀρχῆς κατάστασιν πρᾳότατα εἶχε] Rationem locutionis ita in Indice accipit Kuhnius, ut Ellipsin statuat Præpositionis περὶ. Nec videtur ab hac interpretatione abhorrere versio Vulteji. Sed tamen quia ratior est ea Ellipsis in hac locutione, & Auctores ferme, Vel addunt ipsas Præpositiones, περὶ, πρὸς, εἰς, veluti II. 42. ἀλλοτρίως ἔχειν πρὸς τὸ ἴσον. Epict. 64. πρᾴως ἕξεις πρὸς τὸν λοιδοροῦντα: Vel Genitivum jungunt huic locutioni, ut XII. I. κατηλικῶς ἔχουσι καὶ τοῦ εἴδους, καὶ τοῦ τρόπου ἔτι μᾶλλον: idcirco malim planissima Syntaxi ἔχειν accipere hic in sensu *regendi*, *gerendi*. Sic Hesiodus Ἀσπ. 97.

Ἰθὺς ἔχειν θοὸν ἅρμα, καὶ ὠκυπόδων σθένος ἵππων.

recta regere, *habere*, *celerem currum*, & *robur celerium equorum.* Et *v.* 248. Τοὶ δ' αὖτε μάχην ἔχον, *Illi vero pugnabant*, *pugnam agebant.* Κατάστασις ἀρχῆς notat hic *rationem imperii*, *ipsum imperium.* Dionys. Halic. *lib.* XI. de judicio Virginiæ, ἀρχομένης ἔτι τῆς καταστάσεως, *quum in initio res judicii adhuc dum esset.* Sic ἡ τῆς διαίτης κατάστασις, *ratio victus*, apud Galenum. PERIZ.

3 Γυμνὸς

δεις δέ τινες ἐπεβούλευον αὐτῷ· ἃ πυθόμενος ὁ Γέλων, εἰς ἐκκλησίαν συγκαλέσας τοὺς Συρακουσίους, εἰσῆλθεν ὡπλισμένος ὁ Γέλων, καὶ διεξελθὼν, ὅσα ἀγαθὰ αὐτοῖς εἰργάσατο, καὶ τὴν ἐπιβουλὴν ἐξεκάλυψε, καὶ ἀπεδύσατο τὴν πανοπλίαν, εἰπὼν πρὸς πάντας· Ἰδοὺ τοίνυν ὑμῖν ἐν χιτωνίσκῳ [3] γυμνὸς τῶν ὅπλων παρέστηκα, [4] καὶ δίδωμι χρῆσθαι ὅ, τι βούλεσθε. Καὶ ἐθαύμασαν αὐτοῦ τὴν γνώμην οἱ Συρακούσιοι· οἱ δὲ καὶ τοὺς ἐπιβουλεύοντας παρέδοσαν αὐτῷ κολάσαι, καὶ τὴν ἀρχὴν ἔδωκαν· ὁ δὲ καὶ τούτους εἴασε τῷ δήμῳ τιμωρήσασθαι. Καὶ εἰκόνα αὐτοῦ οἱ Συρακούσιοι ἔστησαν [5] ἐν ἀζώστῳ χιτῶνι, καὶ ἦν τοῦτο τῆς δημαγωγίας αὐτοῦ ὑπόμνημα, καὶ τοῖς εἰς τὸν μετὰ ταῦτα αἰῶνα μέλλουσιν ἄρχειν δίδαγμα.

ΚΕΦ.

bant ei insidias: quod quum rescivisset Gelo, Syracusanis in concionem vocatis, ingressus est eam armatus: & quum exposuisset, quæcunque iis bona fecisset, simul insidias detexit, atque arma exuit, dicens ad universos: En igitur in tunicula nudus armorum vobis adsto, &.dedo me vobis, ut, prout vultis, mecum agatis. Syracusani vero mirati sunt ejus animum: & illi quidem & insidiatores ei tradiderunt coercendos, & ipsi dederunt imperium: ipse vero etiam hos puniendos reliquit populo. Et Syracusani statuam ei posuerunt in discincta tunica: fuitque ea popularitatis ejus monumentum, & in posterum tempus regnantibus documentum.

CAP.

3 Γυμνὸς τῶν ὅπλων] Lugd. τῶν ὅλων. Sed minus bene. Historiam licet paullo aliter relatam Vide & *supra* VI. 11. atque ibi Notas. Periz.

4 Καὶ δίδωμι] Addendum ἐμὲ Faber. δίδωμι absolute positum pro συγχωρῶ vel ἐπιτρέπω. Kuhn.

5 Ἐν ἀζώστῳ χιτῶνι] Hic erat ornatus plane domesticus. Domi enim non erant veteres cincti. Hinc eleganter Hesiodus Ἔργων 345. *vicinum* præfert *cognato*, quia, *ubi desideras opem*,

Γείτονες ἄζωστοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πηοὶ,

Vicini discincti (h. e. ita ut sunt domi suæ) *accurrunt*, *cognati vero* prius *cinguntur*, & se ornant. Indecorum enim erat & inhonestum prodire in publicum sine cinctu. Atque ideo, quod Balbus publice in supplicio sumendo, *pransus*, *nudis pedibus*, *Tunica Soluta*, *inambulaverit*, reprehendit Asinius Pollio apud Ciceronem *Famil. Ep.* X. 32. Similiter Neroni vitio vertitur, quod *in publicum aliquando prodierit sine cinctu & discalceatus* apud Suetonium *cap.* 51. Sed & ignominiosum erat, militibus certe, *tunicatum discinctumque* stare in publico, (Suet. *Aug.* 24.) vel luctus publici indicium, qui omnem ornatum respuit. Ideo reliquias Augusti legerunt Equites *tunicati & discincti*, *pedibusque nudis*, *ibidem cap.* 100. Periz.

ΚΕΦ. λη'.

Περὶ Ἀλκιβιάδου.

Ἰσχυρῶς Ὅμηρον ἐθαύμαζεν Ἀλκιβιάδης, καί ποτε διδασκαλείῳ παίδων προσελθὼν, [1] ῥαψῳδίαν Ἰλιάδος ᾔτει· τοῦ δὲ διδασκάλου μηδὲν ἔχειν Ὁμήρου φήσαντος, ἐντρίψας αὐτῷ κόνδυλον εὖ μάλα στερεὸν, παρῆλθεν, ἐνδειξάμενος ὅτι ἐκεῖνος ἀπαίδευτός ἐστι, καὶ τοιούτους ἀποφαίνει τοὺς παῖδας.

Οὗτος [2] ἐπὶ κρίσιν καλούμενος θανατικὴν ἐκ Σικελίας ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, οὐχ' ὑπήκουσεν, εἰπών· Εὐήθες

CAP. XXXVIII.

De Alcibiade.

Alcibiades admodum in precio habuit Homerum: &, quum aliquando ad ſcholam puerorum veniſſet, Iliadis rhapſodiam quandam petiit: quum vero ludimagiſter ſe nihil Homeri habere affirmaret, inflixit ei pugnum plane durum, abiitque, declarans ita, eum imperitum eſſe, & tales reddere pueros.

Ille ad judicium capitale è Sicilia vocatus ab Athenienſibus, obtemperare noluit: Stultum eſt, inquiens,

1 Ῥαψῳδίαν Ἰλιάδος] Plutarchus in *Apopht. Imperat.* SCHEFF.

Ῥαψῳδίαν Ἰλιάδος ᾔτει] Verterat Vultejus *Iliadis carmina*, at in Tornæſianis, & ceteris dein omnibus, reperio verſum, *Iliadis Rhapſodiam quandam.* Utrumque defendi poteſt ex ſignificatione & uſu vocabuli ῥαψῳδία. Nam certe ſingulæ partes, ſeu Libri, Iliados ita dicuntur, ut patet ex Edd. Homeri: ſed & ex ipſis Auctoribus priſcis. Lucianus *adv. Indoctum p.* 542. ἀναγνώτω σοί τις, αὐτοῦ λαβὼν τὴν βῆτα τῆς Ἰλιάδος ῥαψῳδίαν, *legat tibi aliquis, ſumens ejus* (Homeri) *Secundum librum Iliados.* Sed audiamus Euſtathium *ad Iliad.* A. *init.* Καὶ οὕτω μὲν τὰ Ὁμηρικὰ εἰκοσιτέσσαρα γράμματα καὶ Ῥαψῳδίαι ἐλέγοντο· αἱ δὲ αὐταὶ ῥαψῳδίαι καὶ Ποιήματα ἐκαλοῦντο, ὡς μέρη, Ποίησις μὲν γὰρ ἡ ὅλη βίβλος, Ποίημα δὲ τόδε τὸ γράμμα, ἤγουν ἥδε ἡ Ῥαψῳδία τὸ Ἄλφα, τὸ Βῆτα, καὶ τὰ λοιπά. Οἱ δὲ πλείους τῶν παλαιῶν τήν τε ὅλην Ὁμηρικὴν ποίησιν Ῥαψῳδίαν λέγουσι, καὶ Ῥαψῳδοὺς τοὺς αὐτὴν ᾄδοντας. Manifeſtum ex his, & ſingulos libros, Alpha, Beta, &c. Iliados dici *Rhapſodias*, & tamen à pluribus Veterum etiam totum opus Epicæ iſtius Poeſeos, ſeu totam Iliada, vocari *Rhapſodian.* Unde & factum, ut ῥαψῳδεῖν notet Græcis etiam ſimpliciter aliquid *opere Poetico canere.* Sic Lucianus *Jove Confut. p.* 174. ubi Cyniſcus rogat Jovem, *an vera ſint, quæ Homerus & Heſiodus de Fato & Parcis* ἐῤῥαψῳδήκασιν, *compoſuerint, cecinerint.* Et hoc poſteriore ſenſu de tota Poeſi Homerica cenſuit Vultejus hunc Æliani locum accipiendum: forte quia credidit, ſi voluiſſet Auctor, quod verſio poſtremarum Edd. præfert, dicturum tum fuiſſe ῥαψῳδίαν τινὰ Ἰλιάδος. Sed tamen haud omnino id neceſſe, & vix habebatur tunc totum opus in unum corpus ſeu volumen junctum, quod petere potuerit pariter Alcibiades. Et ideo reſpondet ille ludimagiſter, *ſe NIHIL Homeri habere*, h. e. nullam ejus Rhapſodiam, nulla volumina ſingulorum librorum. Solebant autem in Scholis pueri Homerum legere. Quinctilianus *Inſt. Orat.* 1. 8. de Pueri lectione agens, *optime inſtitutum eſt, ut ab Homero atque Virgilio lectio inciperet.* Notum eſt illud Petronii

—— —— Det Primos Verſibus annos,
Mœoniumque bibat felici pectore fontem,

h. e.

θεὶς τὸν ἔχοντα δίκην, ³ ζητεῖν (μὴ) ἀποφυγεῖν, ἐνὸν φυγεῖν. Εἰπόντος δέ τινος, οὐ πιστεύεις τῇ πατρίδι τὴν περί σου κρίσιν; ὁ δὲ εἶπεν, ⁴ οὐδὲ τῇ μητρίδι. Δέδοικα γὰρ μὴ ἀγνοήσασα, ⁵ καὶ σφαλεῖσα τοῦ ἀληθοῦς, εἶτα τὴν μέλαιναν ἐμβάλῃ ἀντὶ τῆς λευκῆς ψῆφον. Πυθόμενος οὖν, ὅτι θάνατος αὐτοῦ κατεγνώσθη ὑπὸ τῶν πολιτῶν, Δείξομεν οὖν, εἶπεν, ὅτι ζῶμεν· καὶ ὁρμήσας πρὸς τοὺς Λα-

quiens, reum, quum fugere illi liceat, id non agere, ut effugiat. Quum vero quidam diceret, an judicium de Te non credis patriæ? respondit ille, ne matriæ quidem. Timerem enim, ne ignara & aberrans à vero, nigrum calculum pro candido injiceret. Quum autem audiviſſet, ſe mortis à civibus condemnatum eſſe, Ergo, inquit, demonſtrabimus, nos adhuc in vivis agere:

h. e. Homerum diligenter legat. Quin immo Homeri *Catalogum Navium* ex Iliados ſecundo Libro pueri, qui in Scholis docebantur, ut memoriter recitarent, lege lata ſanxiſſe nonnulli ex Græcis dicuntur apud Euſtath. *ad Iliad.* B. *p. m.* 199. quia ex eo inter Græcos probari ſolebat jus populorum in varias Urbes. Ceterum hoc exemplum, & proximum, totum ab Auctore Noſtro ex Plutarcho *Apopht. Regum & Ducum* pene ad verbum deſcripta ſunt. Periz.

2 Επὶ κρίσιν &c.] Polyænus I. 40. 6. plenius, ἐπὶ τὴν κρίσιν τὴν περὶ τῶν Ἑρμῶν, καὶ τῶν Μυστηρίων, *ad judicium de Hermis* noctu mutilatis, *& Myſteriis* Cereris vulgatis & ludibrio habitis. Res eſt notiſſima ex Thucydide, Plutarcho, Nepote, & Juſtino. Idem.

3 Ζητεῖν μὴ ἀποφυγεῖν] Leopardus negationem cenſet omittendam *lib.* XIV. *cap.* 15. Scheff. ἀποφυγεῖν eſt judicio abſolvi criminis. ἀποφεύγω, ὅταν νικήσας ἀπολυθῶ τῆς κατηγορίας, καὶ ἀποφυγὴ ὡσαύτως, inquit Thomas ὁ μάγιστρος, φυγεῖν vero eſt ſimpliciter *fugere*. Ergo Alcibiades capitis accuſatus ſtultum eſſe inquit, illum, qui reus eſt criminis, periculoſum judicii aleam ſubire & ἀποφυγεῖν i. e. *crimine abſolvi velle*, cum φυγεῖν, *fugere*, ſine periculo poſſit. Cæterum τὸ μὴ delendum ex Plutarchi *apophthegmatibus* ſatis liquet, vel Atticè παρέλκει. Kuhn.

Ζητεῖν μὴ ἀποφυγεῖν, ἐνὸν φυγεῖν] Elegantiſſima locutio, ſed quam librarii, quia non intellexerunt, corruperunt, addita vocula μὴ, quæ addita ſenſum parit, quem in Verſione expreſſi. Retinere enim voculam debui, quia retinent pariter omnes MSti, etiam Regii. Sed tamen uncis incluſi, quia certum habeo adulterinam eſſe, idque cum ex ſignificatu vocis, ἀποφυγεῖν, quæ notat *judicio capitis abſolvi*, ut vel ex ipſis Lexicis conſtat, tum ex Plutarchi *Apophth.* unde, ut dixi, Noſter hæc hauſit. Verba Plutarchi ſunt, εἰπὼν, εὔηθη (Neutrum plurale, niſi malis ex Noſtro, εὐηθὴς) εἶναι, τὸν δίκην ἔχοντα ζητεῖν ἀποφυγήν, ἐξὸν φυγεῖν. Ubi liquido ἀποφυγὴ notat *abſolutionem*. Sic Dionyſius Halic. *lib.* IX. de Servilio Conſulari, τὴν ἐπὶ τοῦ δήμου δίκην ἀποφυγών, *abſolutus judicio apud populum.* Æſchines *contra Cteſiph. p.* 302. λέγει δὲ ὁ φεύγων, οὐχ ὡς ἔννομα γέγραφεν, ἀλλ᾽ ὡς ἤδη ποτὲ καὶ πρότερον ἄλλος τοιαῦτα γράψας ἀπέφυγεν. *Dicit autem reus, non ſe legitima ſcripſiſſe, ſed jam antea alium, qui talia ſcripſerat, abſolutum.* Proprie autem ἀποφεύγειν notat, *haud amplius reum eſſe, abſolvi, & ita deſinere accuſari capitali crimine*, quia φεύγειν δίκην ſignificat *reum eſſe & accuſari.* Vide *infra cap.* 42. Primus autem vidit hunc locum ita emendandum Doctiſſimus ille Leopardus *Emend.* XIV. 15. probantibus etiam Scheffero & Kuhnio. Periz.

4 Μητρίδι] Apud Plutarchum eſt μητρὶ, *prædicto loco*, nec aliter in *Alcibiade.* Sed videtur noſtrum rectius reſpondere vocabulo πατρίδι, quod præcedit. Vide *Indicem.* Scheff. Patriam Græci communiter Πατρίδα, Cretenſes μητρίδα vocarunt. Plato *lib.* VIII. *de Republ.* δουλεύουσαν τὴν πάλαι φίλην μητ-

Λακεδαιμονίους, [6] τὸν Δεκελεικὸν ἐξῆψε πόλεμον ἐπὶ τοὺς Αθηναίους.

[7] Ελεγε δὲ, μηδὲν παράδοξον ποιεῖν Λακεδαιμονίους, [8] ἀδεῶς ἐν τῷ πολέμῳ ἀποθνήσκοντας· τὴν γὰρ ἐκ τῶν νόμων ταλαιπωρίαν [9] ἀποδιδράσκοντες, θάνατον [10] ὑπὲρ τῶν πόνων † ἔχουσι προθύμως ἀλλάττεσθαι.

Εἰώθει δέ, φασιν, ἐπιλέγειν ταῖς ἑαυτοῦ πράξεσιν, ὅτι τὸν τῶν [11] Διοσκούρων ζῇ βίον, παρ' ἡμέραν τεθνηκώς τε, καὶ ἀναβιούς. [12] Ευημερήσας γὰρ,

† ἔχειν.

agere: & contendens ad Lacedæmonios, Decelicum bellum adversus Athenienses excitavit.

Dicebat autem, nihil miri facere Lacedæmonios, intrepide mortem in bello oppetentes: effugientes enim ærumnas, quas ex suis legibus sustinent, alacriter cum laboribus istis commutant mortem.

Dicere etiam solitus erat, ut ajunt, de rebus à se gestis, se Dioscurorum vitam vivere, alternis diebus morientem & reviviscentem. Nam quum

μητρίδα τε, Κρῆτες φασὶ, καὶ πατρίδα ἕξει τε καὶ θρέψει, *olim dilectam sibi, ut Cretenses ajunt, matriam, patriamque subditam habebit nutrietque.* Cum igitur quidam Alcibiadem interrogaret. Tune πατρίδι calculum de Te permittere abnueres? ille, ne μητρίδι quidem, inquit, quod dulcius nomen est, quam πατρὶς, tantum darem. Confer Nostrum *Hist. Anim. lib.* XVII. *cap.* 35. ubi Κρητικῶς, *amorem patriæ*, φιλίαν μητρίδος ait, & iterum, *cap.* 40. οὐχ ἁμαρτήσομαι δὲ ἴσως οὐδὲ μητρίδα εἰπὼν τὴν αὐτὴν (Πατρίδα) *nec forte peccaverim, si eandem* (Patriam) dixero *matriam.* in quæ loca etiam Leopardum incidisse postea vidi *lib.* XIV. *Emend. cap.* 15. KUHN.

Οὐδὲ τῇ μητρίδι] Apud Plutarchum editur, οὐδὲ τῇ μητρὶ. Sed prætulerim cum Leopardo, Scheffero, & Kuhnio, quod apud Nostrum occurrit, & disertius opponitur τῇ πατρίδι. PERIZ.

5 Καὶ σφαλεῖσα τοῦ ἀληθοῦς] Hæc de suo, & ut videtur, explicationis gratia addidit Ælianus. Nam Plutarchus bis, tantum ait, μήπως ἀγνοήσασα, τὴν μέλαιναν βάλῃ ψῆφον ἀντὶ τῆς λευκῆς. Vide Eum in *Apophth.* & in *Alcibiade p. m.* 202. Referri autem illud videtur tantum ad injectionem calculi, qua quis imprudens, & nesciens quid faciat, errare possit atrum calculum injiciens, quum candidum vellet & putaret se injicere. At Noster videtur id alio accepisse sensu, & ad *causæ veritatem* retulisse, addita hac interpretatione. In seqq. reposui ex MStis ἐμβάλῃ. IDEM.

6 Δεκελεικὸν] Vide Cornel. Nep. VII. *cap.* 4. SCHEFF.

Τὸν Δεκελεικὸν &c.] Sic dictum à *Decelea*, oppido Atticæ, quod consilio Alcibiadis muniverunt Lacedæmonii, & præsidio dein imposito Athenienses quasi in obsidione tenuerunt eo tempore, quo eorum copiæ erant in Sicilia. Inde ergo ortum initium belli, quod x. duravit annos. Vide Thucydidem VII. 19. &c. & *supra* II. 5. PERIZ.

7 Ελεγε δὲ μηδὲν παράδοξον &c.] Sic Sybarita quispiam, cum interfuisset Laconum φιδιτίοις, seu communi cœnæ, dixisse fertur, *jure fortissimi omnium sunt Lacedæmonii. Mallet enim vir sapiens vel millies mori, quam ita vili victu vivere*, apud Athenæum IV. 6. IDEM.

8 Αδεῶς ἐν τῷ πολέμῳ ἀποθνήσκοντας] Idem quondam de iis ferebat Sybarita quidam teste Serino apud Stobæum *sermone* XXVII. SCHEFF.

9 Αποδιδράσκοντας] Sluisk. tum Regius Par. A. & prima manus B. ἀποδιδράσκοντες, quod malim, certe maluerit Gesnerus, qui propter syntaxin volebat legi ἔχειν. Sed nihil tali emendatione erat opus. Clariss. Boivinius legendum censet, ἀποδιδράσκοντας, θάνατον ὑπὲρ τῶν πόνων, ὧν ἔχουσι, προθύμως ἀλλάττεσθαι. *Post* πόνων, inquit, *addo* ὧν, *quod post similem syllabam*

γὰρ, ἐν τῷ δήμῳ ἴσος Θεοῖς νομίζεσθαι· κακῶς δὲ ἀπαλλάξας, 13 τῶν νεκρῶν μηδὲ ὀλίγον διαφέρειν.

quum bene rem geſſiſſet, tum ſe apud populum Diis parem haberi: at quum infelici uſus eſſet fortuna, nihil prorſus à mortuis differre.

bam facile exciderat. Cui facile adſentior. Periz. Ex MSS. edidi ἀποδιδράσκοντες.

10 Ὑπὲρ τῶν πόνων ἔχουσι] Geſner. ἔχειν. Vide *Indicem* in *Conſtructio.* Scheff.

11 Διοσκούρων] Quorum altero vivo, alter moritur, & vice verſa, ut eſt in fabula, quam habes apud Servium *ad Virg.* vi. Porphyrium *ad Homer.* Hyginum *fab.* 80. Lucianum *dialog. Apoll. & Mercurii.* Scheff.

12 Εὐημερήσας &c.] Perperam hæc diſtinguuntur, & ideo perperam hæc quoque explicantur, etiam in Indice, ubi tamen Interpres tanquam *obſcurior* carpitur. Εὐημερία notat maxime *rem in bello feliciter geſtam*, ſeu *victoriam.* Diodorus Siculus *lib.* ii. de Sardanapalo, poſtquam ter vicerat Arbacen, ταῖς προγεγενημέναις εὐημερίαις μετεωρισθεὶς, *prioribus victoriis elatus* in contemptum hoſtium & negligentiam. Et *lib.* xv. *p. m.* 581. τῶν δὲ Βοιωτῶν διὰ τὴν εὐημερίαν μετεωρισθέντων. Vicerant enim Bœoti Corinthios, & in Urbem compulerant. Sicut è contrario ἀπαλλάττειν κακῶς ſimpliciter dicitur de iis, qui infeliciter rem gerunt in bello. Vide *ſupra* v. 9. & xiii. 3. Denique contraria hæc de Alcibiade ἐν τῷ δήμῳ, *apud populum*, Exiſtimatio erat, non Εὐημερία. Nepos *Alcib. cap.* 6. *Proinde ac ſi ALIUS POPULUS, non ille ipſe, qui tum flebat, eum ſacrilegii damnaſſet.* Juſtinus v. 4. *Igitur omnibus non humanis tantum, verum & divinis eum honoribus onerant: certant ſecum ipſi, utrum contumelioſius eum expulerint, an revocaverint honoratius. Et cui paulo ante omnem humanam opem interdixerant, eum, ſi queant, in cælo poſuiſſe cupiunt.* Hoc eſt id ipſum, quod hic dicitur, *Diis parem à Populo & in populo fuiſſe habitum.* Diſtinctionem itaque, quæ male poſita erat poſt δήμῳ, & τὸ εὐημερεῖν & κακῶς ἀπαλλάττειν referebat unice ad *gratiam apud populum*, & *ejus gratiæ remiſſionem*, collocavi poſt Γάρ. Paulo ante παρ᾽ ἡμέραν male expoſuit Schefferus *quotidie*, quum ſignificet *alternis diebus.* Sic apud Plutarchum *de Garrulit. p.* 508. *extr.* Tonſor quiſpiam de Dionyſio, οὗ ἐγὼ παρ᾽ ἡμέρας ὀλίγας ἐπὶ τοῦ τραχήλου τὸ ξυρὸν ἔχω, *cujus Ego in collo poſt paucos identidem dies novaculam teneo.* Sed Vide hic *Indicem* Kuhnii in παρά. Periz.

ΚΕΦ. λθ'.

Περὶ Ἐφιάλτου.

1 Ἐφιάλτης, στρατηγοῦ ὀνειδίσαντος αὐτῷ 2 τινος πενίαν, Τὸ δὲ ἕτερον,

CAP. XXXIX.

De Ephialte.

Ephialtes, quum dux quidam ei paupertatem exprobraret, Cur non,

1 Ἐφιάλτης, στρατηγοῦ ὀν. αὐτῷ τινα πενίαν] Ridicule: ſcripſerat Ælianus, Ἐφιάλτης ὁ στρατηγὸς, ὀνειδίσαντός αὐτῷ τινος τὴν πενίαν. res plana eſt, & de quâ haud addubites. Faber.

Στρατηγοῦ] Quis hic στρατηγὸς? an miles adhuc ſic reſpondit ſuo duci? at quis tandem dux militi ſuo objicit paupertatem? ego puto στρατηγὸς, aut στρατηγῶν ſcribendum. Scheff. *Ephialtes* demagogus Athenienſis στρατηγὸν habuit inimicum *Periclem* vel *Ariſtodicum*, quorum hic vel ille ei paupertatem exprobravit, quod facile ſe agnoſcere ait, dummodo addatur, illam inopiam à nulla alia ſibi proveniſſe cauſa, quam à liberalitate, de qua He-

ἕτερον, ἔφη, διὰ τί οὐ λέγεις, ὅτι δίκαιος εἰμί;

non, inquit, etiam alterum dicis, quod justitiam colam?

Heraclid. in *Athen. repub.* & a justitia. Nam ut Plato *lib.* I. δίκαιος ἀνὴρ ἀδίκου πανταχοῦ ἔλαττον ἔχει, *vir justus ubique minus habet quam injustus*, id quod Philosophus *l. c.* prolixius probat. Servus apud Plautum in *Rudente*, ad Dominum, qui suum esse negavit, alienum quod erat:

> *Isto*, inquit, *tu pauper es, cum nimis sanctè pius.*

Unde injusti τὴν δικαιοσύνην ἀλλότριον ἀγαθὸν τῷ ὄντι, justitiam verè alienum bonum nuncupare solent. Nihilominus tamen νόμιμος ἀνὴρ καὶ δίκαιος δι' αὐτὸ τοῦτο τὸ δίκαιος εἶναι πενίᾳ συνοικῶν οὐκ αἰσχύνεται, *legum justitiæque cultor se, ob id ipsum, quod justus est, pauperem vivere non erubescit*, inquit Synesius *Orat. de Regno p.* 30. KUHN.

Ἐφιάλτης, στρατηγοῦ &c.] Sluisk. Ἐφιάλτου. Voluit, opinor, superioribus hæc jungi, & Alcibiadi adscribi hoc responsum. At non erat ille *pauper*, quod Ephialtes fuit, sed dives: neque vero *justitiam* suam magnopere ostentare debebat. Ceterum nihil in hoc Capite mutem, nisi quod legerim cum Scheffero, & Mediceo I. τινος pro τινα. Nam cum στρατηγὸς ille ab Auctore non nominetur, sensus quodammodo postulat, ut ergo dicatur στρατηγοῦ τινος. Intelligo autem Magistratum Atticum, de quo egi copiose *ad* V. 13. sicuti de ipso *Ephialte*, ac ejus *paupertate* & virtutibus *ad* II. 43. Non possum autem, quin etiam hic tecum communicem, Lector, sententiam Clariss. Boivinii, qui quum in literis ad me datis significasset, etiam Codicem Regium A. & primam manum C. legere Ἐφιάλτου, addidit, *Ea autem lectio ferri potest, si hæc ad Alcibiadem referantur, & hoc Caput cum superiore conjungatur. Sed, inquies, Alcibiades Dives fuit. Fateor, & idcirco objectam ei fuisse crediderim* πενίαν τινα, *non* πενίαν *simpliciter.* PERIZ. Pro τινα reposui τινος, quem casum postulat sensus hujus loci, & fides MSS.

2 Τινα] Forte, τὴν. Aut potius τινός. SCHEFF. Lego τὴν πενίαν. KUHN.

ΚΕΦ. μ'.

Περὶ Θεμιστοκλέους.

[1] Στρεπτῷ κειμένῳ ἐπὶ τῆς γῆς [2] χρυσῷ Περσικῷ ὁ Θεμιστοκλῆς παρεστὼς παιδὶ εἶπεν· Οὐκ ἀναιρήσεις, ὦ παῖ, τὸ εὕρεμα τόδε; δείξας τὸν στρεπτόν. Οὐ γὰρ σὺ Θεμιστοκλῆς εἶ δήπου.

Οτι

CAP. XL.

De Themistocle.

Quum forte torques aureus Persicus jaceret humi, adstans Themistocles puero dixit: Non tolles, ô puer, inventum illud? monstrato torque. Non enim tu utique es Themistocles.

Athe-

1 Στρεπτῷ &c.] Ab Lugd. Codice exemplum hoc abest totum. Plutarchus idem bis refert in *Vita Themist.* & in *Polit. præceptis pag.* 808. sed paulo aliter. Torques enim hos deprehendisse eum ait, quum inspiceret cadavera Persarum in littus ejecta post victoriam navalem, & monstrasse non puero vel servo, sed comiti & amico. PERIZ.

2 Χρυσῷ Περσικῷ] Persæ enim torques istiusmodi portare solebant. Plutarch. in *Præcept. Reip. ger.* Vide quoque quæ nos scripsimus in *Systemate de Torquibus veterum.* SCHEFF.

3 Τὴν αὐτὴν ἀμίδα] Alibi IX. 18. comparasse se quercubus dicitur, quas homines subeant.

Ὅτι ἠτίμασαν αὐτόν ποτε Ἀθηναῖοι, εἶτα ἐπὶ τὴν ἀρχὴν αὖθις παρεκάλουν· Ὁ δὲ, οὐκ ἐπαινῶ τοὺς τοιούτους ἄνδρας, οἵτινες [3] τὴν αὐτὴν ἀμίδα καὶ οἰνοχόην ἔχουσι.

Πρὸς [4] Εὐρυβιάδην τὸν Λακεδαιμόνιον ἔλεγέ τι ὑπεναντίον, καὶ [5] ἀνέτεινεν αὐτῷ τὴν [6] βακτηρίαν· ὁ δὲ, πάταξον μὲν, ἄκουσον δέ· ἤδει δὲ,

Athenienſes quum aliquando eum ignominia affeciſſent, deinde vero rurſus ad imperium vocarent: Non, *inquit* ille, laudo tales homines, qui eodem vaſe & pro matula & pro urceo utuntur.

Eurybiadæ Lacedæmonio quiddam dixerat contra ejus ſententiam, quiideo baculum illiintentabat: Themiſtocles vero, percute me quidem, ſed

ſubeant in pluvia, iiſque tum ſe tegant, at ſereno tempore eas prætereuntes vellicent. Ἀμὶς eſt *matula*, Vide Ariſtophanem in *Veſpis p.* 488. & ibi Schol. ut & Athenæum I. 14. Et hinc Athenienſes ut ignominia afficerent Demadem, ejus ſtatuas κατεχώνευσαν εἰς ἀμίδας, teſte Plutarcho in *Præc. Polit.* Eſt ergo hoc σκεῦος εἰς ἀτιμίαν, ſicut οἰνοχόη eſt quodammodo σκεῦος εἰς τιμὴν, ut loquitur D. Paulus *Ep. ad Roman.* IX. 21. PERIZ.

4 Εὐρυβιάδην] Plutarchus *Apophtheg. Imp.* & *vita Themiſtocl.* SCHEFF.

Εὐρυβιάδην] Spartanus erat, & claſſi totius Græciæ præfectus, quia Spartani tunc terra & mari duces erant Græcorum. *Rex* tamen ille *Lacedæmoniorum* non fuit, quod perperam ait Nepos *Themiſt. cap.* 4. immo neque ex regio genere, ut diſerte id tradit Herodotus VIII. 42. PERIZ.

5 Ἀνέτεινεν] Scribe ἐνέτεινεν, *intentavit*, non autem *extendit*. FABER. Atqui *intentare* eſt in verſione etiam Vulteji, & ἀνέτεινεν ab ἀνατείνω, quod idem ſignificat. Nil igitur mutandum eſt. SCHEFF.

Ἀνέτεινεν &c.] Etiam hic Faber jubet legi, καὶ ἐνέτεινεν αὐτῷ &c. atque addi mox ὁ Εὐρυβιάδης. Prius neutiquam eſt neceſſarium. Nam ἀνατείνειν non notat ita ſimpliciter *extendere*, ſed vel maxime verbera, aut ſimilia inſtrumenta, *ſurſum elevata* alteri *intentare*. Sic Noſter *Hiſt. Anim.* IV. I. Τῶν οὖν τις πολεμίων ὁ μάλιστα πλησίον ἀνατεινόμενος παίειν ἔμελλε, *ex hoſtibus igitur, qui proximus erat, intentans gladium, percuſſurus eum erat.* Et de Jove intentante fulmen Anton. Lib. *fab.* 19. Ζεὺς δὲ βροντήσας ἀνέτεινε τὸν κεραυνόν. Μοῖραι δὲ ἐκώλυσαν· οὐ γὰρ ἦν ὅσιον &c. *Jupiter, quum tonuiſſet, intentavit illis fulmen*, h. e. voluit fulmen in eos mittere, *ſed Parcæ prohibuerunt, quia non erat fas* &c. Sed & de falce Polyænus I. 18. ἀψιμαχεῖ τούτοις Κόδρος, ὥς τε καὶ τὸ δρέπανον ἐπ' αὐτοὺς ἀνατεινάμενος ἔτρωσε, *pugnam cum iis incipit Codrus, adeo ut etiam falce in eos intentata vulneraverit.* Plura addi poſſent, ſed ſatis ni fallor, liquet temere prorſus illud ſollicitari. Poſterius majori ſpecie tentatur. Sed hic quoque ſciendum, ſæpe Auctores, breviter aliquid narrantes, Nominativum prætermittere, non tantum ex ſuperioribus repetendum, quod frequentiſſimum, & in quo nulla poteſt eſſe difficultas, ſed etiam ex ſolo ſenſu intelligendum & ſupplendum. Livius I. 4. *Vi compreſſa Veſtalis* &c. *Martem incertæ ſtirpis patrem nuncupat. Sed nec Dii, nec Homines aut ipſam, aut ſtirpem à crudelitate regia vindicant; Sacerdos vincta in cuſtodiam datur: pueros in profluentem aquam mitti jubet*, Quis? non *Sacerdos*, ſed *Rex*, aut *Regia* illa *crudelitas.* Sulpicius Severus *Hiſtor. Sacræ lib.* I. *cap.* 18. *Ed. Sigon. Si quis ſervum proprium, ſervamve percuſſerit, exque eo ictu obierit, reus judicio fiet.* Ad quem referes illud *obierit*, niſi ad *ſervum ſervamve*? Paſſim ita etiam Florus. Sic I. 5. *Ille rem expertus augurio, poſſe reſpondit. Atqui hoc, inquit* (Rex) *agitabam, an cotem illam ſecare novacula poſſem. Augur, Potes ergo, inquit, & ſecuit.* Quis iterum? niſi qui id animo agitaverat, h. e. non *Augur*, ſed *Rex*? *Act. Apoſt.* VII. 3. 4. καὶ εἶπε (ὁ Θεὸς) πρὸς

δὲ, ὅτι ἃ μέλλει λέγειν, τῷ κοινῷ λυσιτελεῖ.

sed audi tamen: noverat enim, ea quæ dicturus erat, reipubl. esse utilia.

αὐτὸν (Ἀβραὰμ) Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου &c. Καὶ ἐξελθὼν (quis? nisi Abrahamus) ἐκ γῆς Χαλδαίων κατῴκησεν ἐν Χαῤῥάν. Κᾀκεῖθεν, μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ, μετῴκισεν (iterum ὁ Θεὸς) αὐτὸν εἰς τὴν γῆν ταύτην. Et ita passim in S. Scriptura: Sed & apud Nostrum. Veluti VIII. 1. Παρείχετο δὲ (Σωκράτης) μάρτυρα Χαρμίδην τὸν Γλαύκωνος. ἀνεκοινώσατο γὰρ (Χαρμίδης) αὐτῷ, εἰ μέλλοι. IX. 4. ἐζηλοτύπησε δὲ Πολυκράτης, ὅτι τὸν Σμερδίην ἐτίμησε (Ἀνακρέων) καὶ ἑώρα (Πολυκράτης) τὸν Ποιητὴν ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀντιφιλούμενον. XIII. 3. Ὁ δὲ (Ξέρξης) πάλιν προσέταξε ἐπιχέειν, αὔξησιν δὲ οὐκ ἐλάμβανεν (ἡ πύελος) ἕως ἀπεῖπε (Ξέρξης) μάτην ἀναλίσκων &c. Dein iterum, οὐ διεψεύσατο δὲ ἡ στήλη, ὅσα προεῖπεν. Ἀθροίσας γὰρ (ὁ Ξέρξης) &c. Vide & *caput* 16. Sed & alibi ita. PERIZ.

6 Βακτηρίαν] Post βακτηρίαν repetendum fuit ὁ Εὐρυβιάδης. FABER.

ΚΕΦ. μα΄.

Περὶ Φωκίωνος.

[1] Ὀδυρομένων τῶν μετὰ Φωκίωνος μελλόντων ἀποθνήσκειν, εἶπεν ὁ Φωκίων, εἶτα οὐκ ἀγαπᾷς, Θούδιππε, μετὰ Φωκίωνος [2] ἀποθνήσκων;

CAP. XLI.

De Phocione.

Ejulantibus iis, qui cum Phocione morte erant mulctandi, *tum vero* Phocio, Non ergo, inquit, ô Thudippe, amas cum Phocione mortem oppetere?

ΚΕΦ.

CAP.

1 Ὀδυρομένων] Plutarchus in *vita ejus*, & in *Apopht.* sed Εὔιππον, non Θούδιππον appellat, cui hæc dixit. Habes eandem historiam apud eum in *Præc. Pol.* & *de sui laude.* Ciceronem quoque *lib.* 1. *de Invent.* SCHEFF.

Ὀδυρομένων &c.] Sluisk. ἐπισυρομένων, at prima manus Regii 3. πισυρομένων. Forte voluit κινυρομένων. Sic ὑποκινυρόμενος *supra* IX. 1. Ceterum qui cum Phocione morituri erant, fuerunt ejus in Rep. amici, optimatum defensores, inter quos Thudippus iste, cum quereretur, ὡς οὐ προσηκόντως τῷ Φωκίωνι συναπολλύμενος, *quod præter jus & æquum cum Phocione periret*, seu illius amicis & factioni accenseretur, responsum tulit, quod Auctor hic refert, & Plutarchus in *vita Phocionis*, & in *Apophth.* ubi tamen Hominis istius nomen corrupte legitur. Reponendum enim est simul ex Nostro, & ex ipso Plutarcho in *Phoc.* Θούδιππε. PERIZ.

2 Ἀποθνήσκων] MSS. B. & C. ἀποθνήσκειν, quod puto præferendum. SCHEFF. Minimè. siquidem MSS. iterum, ut jam sæpius observatum, explicant potius quam corrigunt vulgatam lectionem. Est enim ἀποθνήσκων hoc loco eleganter positum pro ἀποθνήσκειν, more Attico. KUHN.

Ἀποθνήσκων] Etiam Lugd. ut B. & C. Paris. ἀποθνήσκειν, sed male. Vulgatum agnoscit Sluiskianus, & Paris. A. Et eadem constructione Plutarchus *Apophth.* οὐκ ἀγαπᾷς, ὦ Εὔιππε, μετὰ Φωκίωνος ἀποθανούμενος. PERIZ.

ΚΕΦ. μβ'.

Περὶ Ἐπαμινώνδου.

Ἐπαμινώνδας [1] ἔφευγε δίκην θανάτου ἐπανελθὼν ἐκ τῆς Λακωνικῆς, [2] ὡς ὑπολαβὼν τὴν βοιωταρχίαν τέσσαρας μῆνας [3] παρὰ τὸν νόμον. Τοὺς μὲν οὖν συνάρχοντας ἐκέλευσεν εἰς αὐτὸν τὴν αἰτίαν ἀναφέρειν, ὡς ἐκβιασθέντας ἄκοντας. Αὐτὸς δὲ πα-

CAP. XLII.

De Epaminonda.

Epaminondas reverſus è Laconica capitis arceſſebatur, ut qui Bœotarchiam quatuor menſes contra legem geſſiſſet. Collegas igitur juſſit in ipſum culpam conferre, tanquam coactos præter ſuam voluntatem. Ipſe vero in forum ingreſſus,

1 Ἔφευγε δίκην θανάτυ] Optime Interpres Vultejus, *capitis arceſſebatur*. Nec debuiſſet eo nomine reprehendi à Scheffero in *Indice* v. Δίκη Ubi ille exponit, *pœnam effugit: & Interpretem perperam* vertiſſe ait, additis continuo aliis locis, in quibus δίκη *pœnam* notet, quod nemo negabit. At phraſi iſta, φεύγειν δίκην, denotari proprie *reum eſſe*, *accuſari*, etiam vulgaria docent Lexica, multiſque probant exemplis. Ita vero etiam Plutarchus in *Publicola p. m.* 103. *init.* Νόμος ὁ τὸ δῆμον ἀπὸ τῶν Ὑπάτων τῷ φεύγοντι δίκην ἐπικαλεῖσθαι διδὺς, *Lex, quæ reo permittit provocare à Coſſ. ad Populum.* Et in *Pelopida pag.* 290. ὁ δὲ πολιτικὸς φθόνος ὀ καλὰς ὑποδοχὰς παρεσκεύαζεν αὐτοῖς, θανάτυ γὰρ ἀμφότεροι δίκας ἔφυγον ἐπανελθόντες, ὅτι &c. *Civilis vero invidia præparabat illis haud pulchram exceptionem; ambo enim, reverſi, capitis accuſati ſunt, eo quod* &c. Diſertius etiam Æſchines *contra Cteſiph. pag.* 302. queſtus corruptam eſſe judiciorum formam artibus Demoſthenis, ὁ μὲν γὰρ κατήγορος ἀπολογεῖται, ὁ δὲ φεύγων τὴν γραφὴν, κατηγορεῖ, *Accuſator enim ſe tueri debet, Reus vero accuſat.* Et ſic ſæpius ibidem. Hinc jam ἀποφεύγειν eſt *abſolvi, evaſiſſe accuſationem*, ut monuimus *ſupra cap.* 38. Ratio autem locutionis hujus eſſe videtur, quod qui *rei* ſunt, non amant. ſed metuunt, horrent, *fugiunt judicium*. PERIZ.

2 Ὡς ὑπολαβὼν] Lege καταλαβὼν. aliud enim eſt *retinere*, aliud *excipere* vel *recipere*. FABER. Mallem ἀπολαβὼν hoc ſenſu, quaſi interceperit, quod ſecundum leges aliis debebatur. SCHEFF. Putarem hunc locum ex Plutarchi *apophthegmatibus* ita legendum: ἐπιβαλὼν τῇ βοιωταρχίᾳ, *ut qui ſibi Bœotarchiam per quatuor menſes prorogaverat.* Sæpius enim *hoc libro* Noſter Plutarchi pæne ipſa verba deſcripſit: conferatur *Caput* 38. Noſtri cum iis, quæ Plutarchus in *Apophtheg.* de Alcibiade habet, & apparebit facile, quod dixi. Appianus in *Syriacis.* οἱ δὲ, inquit, τοῖς διαδόχοις σφῶν τὴν ἀρχὴν ἐπὶ μῆνας ἓξ ὀ μεθῆκαν. *at illi* (Epaminondas cum ſuis) *ſucceſſoribus per ſemeſtre tradere imperium recuſarunt* &c. Sed nec vulgata eſt rejicula. ὑπολαβὼν enim pro ἀπολαβὼν *intercipiens* ſumitur. KUHN.

Ὑπολαβὼν τὴν βοιωταρχίαν τέσσαρας &c.] Multa in hoc capite ſunt corrupta, ſed plura ab Interpretibus & Editoribus, inſcitia partim Linguæ, partim Hiſtoriæ, minime intellecta. Hiſtoria reſpuit verſionem Vulteji, quaſi Epaminondas *Bœotarchiam quatuor* tantum *menſes geſſiſſet*, idque ipſum *contra legem*, quum ſenſus eſſe debeat, illum geſſiſſe hoc munus quatuor menſibus ſupra tempus legitimum, ut monuit jam Kuhnius. Ceterum Faber more ſuo, *Lege*, ait, καταλαβὼν, *aliud enim eſt retinere, aliud excipere vel recipere.* Verum id quidem, ſed locus hic ſine dubio, etiam ex ſententia Kuhnii, aliter eſt emendandus, & ex Plutarchi quidem *Apophth.* un-

παρελθὼν εἰς τὸ δικαστήριον, οὐκ, ἔφη, βελτίονας ἔχειν τῶν ἔργων τοὺς λόγους. 4 Εἰ δὲ μὴ, ἠξίου ἀποκτείνειν αὐτὸν, 5 ἐπιγράψαι μέντοι τῇ στήλῃ, 6 ὅτι μὴ βουλο-

sus, non meliores *ipsis* rebus gestis rationes *sui defendendi* habere se dicebat. Sin minus *illæ placerent*, rogabat, ut interficerent se quidem, verum inscriberent co-

de Auctor caput hoc sumpsit ferme ad verbum. Ille ergo ait, ἐπιβαλὼν τῇ Βοιωταρχίᾳ τέσσαρας μῆνας, h. e. *adjiciens Bœotarchiæ quatuor menses*, optimo sane sensu. Neque aliter in *Pelopida p.* 290. ὅτι τοῦ νόμου κελεύοντος ἐν τῷ πρώτῳ μηνὶ παραδοῦναι τὴν Βοιωταρχίαν ἑτέροις, τέτταρας ὅλους προσεπιβάλοντο μῆνας, *quod, cum Lex juberet, ut primo anni mense traderent Bœotarchiam aliis, quatuor integros menses adjecerant.* Ex Æliani Codd. forsan quis malit ἐπιλαβὼν, h. e. *assumens ad Bœotarchiam quatuor insuper menses.* Et ita ferme Pausanias de hac ipsa lege in *Bœoticis cap.* 14. Τεθνάναι δ' ἐτέτακτο ἐπιλαβόντα ἄνδρα τῆς ἀρχῆς, *sancitum autem erat, ut moreretur, qui ex imperio aliquid supra justum tempus caperet.* Prætulerim tamen illud Plutarchi. Certe alterutrum genuinum esse non dubito, maxime quum & Sluisk. & Regius 3. à prima manu, æque ac Plutarchi Codices, diserte exhibeant τῇ Βοιωταρχίᾳ. Historiam habes apud Plutarchum & Pausaniam *d. l.* & Corn. Nep. in *Epaminonda cap.* 7. Hic vero errat, quando ait, imperium Epaminondæ & collegis fuisse *abrogatum criminibus adversariorum*, quamvis in eo suffragantem sibi Appianum *Syriacis p. m.* 184. habere videatur, quippe qui etiam tradit Thebanos, *revocasse* Epaminondam & collegas ἐπὶ διαβολῆς, *quia accusabantur.* Disertissime enim reliqui justum & legitimum Bœotarchiæ tempus fuisse illis exactum, & ita primo ineuntis anni mense accipere debuisse successores tradunt, inque iis non admissis crimen illorum collocant. Mox Sluisk. etiam ἐκέλευεν, ut Plutarchus, non ἐκέλευσεν. PERIZ.

3 Παρὰ τὸν νόμον] Interpres: *Bœotarchiam quatuor integros menses contra legem gessit.* Falso: non enim quatuor tantum, sed & plures menses gerere licebat. Melius igitur hoc modo: *quatuor menses ultra, quam legibus concessum erat.* Cornel. Nep. *Epam. cap* 2. *Quatuor mensibus diutius quam populus jusserat, gessit imperium.* KUHN.

4 Εἰ δὲ μὴ] Elegans & elliptica locutio, quam Auctor adhibuit pro hisce Plutarchi, εἰ δὲ δεῖ τι πάντως εἰπεῖν πρὸς τοὺς δικαστὰς, ἀξιοῦν &c. *si vero oporteat omnino aliquid dicere ad judices, tum se rogare.* Sensus ergo est, *si vero aliter res se habeat, si istæ res gestæ non satis placeant, nec sint idoneæ ad se defendendum.* Sic Dio Chrysost. *de Troja non capta*, Α οὐδέποτ' ἂν ἐποίησεν Ἀχιλλεὺς, μὴ ἀπόπληκτος ὤν· εἰ δὲ μὴ, πάντως ἂν αὐτὸν ἐκώλυσε Φοῖνιξ, *quæ nunquam fecisset Achilles, non mente captus: sin autem aliter se res haberet*, h. e. sin etiam facturus id fuisset Achilles, *omnino tunc eum inhibuisset Phœnix.* Adde Lucam *Euang.* XIII. 9. PERIZ.

5 Ἐπιγράψαι τῇ στήλῃ] *Columellam* intelligit, cui elogium seu titulus demortui inscribebatur, quæque post imponebatur sepulchro. Cicero *lib.* II. *de Legibus. Sepulchris novis finivit modum. nam super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam tribus cubitis non altiorem.* Cornelius *periculum* vocavit titulum, quem columnæ voluit incidi. *Unum*, inquit, *ab iis petivit, ut in periculo suo conscriberent* &c. pro ἐπιγράψαι in MSS. B. & C. est ὑπογράψαι. SCHEFF.

Ἐπιγράψαι μέντοι τῇ στήλῃ] Lugd. ut B. & C. Par. ὑπογράψαι. Sed Sluisk. cum Plutarcho, ἐπιγράψαι. Intelligitur autem *columna* sepulchralis, in qua scribi solebat breviter vita & res gestæ Hominis, hic autem notari debebat causa damnationis. Diserte Appianus *d. l.* ait rogasse eum, κατὰ τὸν τάφον ἐπιγράψαι, *sepulchro ut inscriberent.* Quid autem? Nempe hunc esse eum, qui vicerit Lacedæmonios ad Leuctra *&c.* & qui ab sua patria occisus sit, quia, ut patriæ suæ prodesset, fecerit contra leges. Vel, ut breviter ait Plutarchus, ἐπιγράψαι τῇ στήλῃ τὴν καταδίκην, *inscriberent columnæ damnationis suæ titulum.* Ita vero accipiendus etiam est Cornelius Nepos in *Epamin. cap.* 8. ubi rogasse eum

βουλομένους Θηβαίους ἠνάγκαζεν Επαμινώνδας, τὴν μὲν Λακωνικὴν πυρπολῆσαι, 7 πεντακοσίοις ἐνιαυτοῖς ἀδήωτον οὖσαν· 8 οἰκίσαι δὲ Μεσσήνην δι'

columnæ, Epaminondam Thebanos nolentes coëgiſſe, ut Laconicam, quingentis ante annis intactam ab hoſtibus, incendio vaſtarent: · Meſſenen

eum ait, *ut in periculo ſuo conſcriberent: Epaminondas à Thebanis morte multatus eſt*, *quod eos coegit apud Leuctra* &c. Nam revera elogium hoc eſt damnationis, quod *periculi* voce iſtic notatur, ſed quod quo minus in *columna* ad ſepulchrum hominis erecta ſcribatur, nihil obſtat, immo ita fieri ſolitum ex Æliano, Plutarcho, Appiano ſatis liquet. Unde Pollux *lib.* III. *cap.* 19. de Sepulchro conjungit ϛήλην ἀναϛῆσαι, ἐπίγραμμα ἐπιγράψαι, *columnam erigere*, *inſcriptionem inſcribere.* Mox ex MSS. & Plutarcho repoſui ἠνάγκασεν. PERIZ.

6 Οτι μὴ βουλομένους] Adde Plutarchum *de laude ſui.* SCHEFF.

7 Πεντακοσίοις ἐνιαυτοῖς] Ita & Plutarchus *d. l.* & Diodorus Siculus *lib.* XV. *p.* 377. At quidni *ſeptingentis annis*? Tot enim effluxerunt ab reditu Heraclidarum, ſeu ab occupata Lacedæmone ab Heraclidis, uſque ad hoc tempus. Et ita certe Iſocrates *de Pace*, *p. m.* 422. Τὴν γὰρ πολιτείαν, ἣν ἑπτακοσίοις ἔτεσιν οὐδεὶς οἶδεν, οὔθ' ὑπὸ κινδύνων, οὔθ' ὑπὸ συμφορῶν κινηθεῖσαν, ταύτην ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ σαλευθῆναι καὶ λυθῆναι παρὰ μικρὸν ἐποίησεν. *Iſtam enim Remp.* Laconicam, *quam nemo novit*, *ſeptingentos intra annos ullis neque periculis neque cladibus commotam*, *eam brevi tempore* per Thebanos ſcil. *concuti*, *& tantum non interire fecit* Ambitio bellica. *Quingenti* vero illi *Anni* incipiunt demum à tempore Lycurgi, paulo ante bella cum Meſſeniis geſta: à quo tempore cœpit Lacedæmoniorum Potentia in Peloponneſo, Laconica regione iis tunc jam ſubjecta, quum antea varia bella cum vicinis, Helotis, Arcadibus, Argivis, gerere debuiſſent, variaque in iis fortuna uſi eſſent, antequam Regionem illam pacare poſſent, de qua proprie, non de Urbe, hic ſermo eſt. Vide omnino Meurſium in *Miſcell. Lacon.* III. 10. Et ita Lycurgi leges per 500. annos uſque ad hæc tempora viguiſſe ait etiam Plutarchus in *Lycurgo p.* 58. Sed quomodo tot annis ἀδήωτος Laconica? quum utique Pericles *Spartanorum agros vaſtaverit*, ſi fides Juſtino III. 6. 13. immo *totam Spartam deprædatus fuerit* III. 7. 5. Ille vero, quod reliqui tradidere de Peloponneſo, proprie de Sparta accepit per errorem. Vide Thucydidem II. 25. & Plutarchum in *Pericle*, *p.* 170. *extr.* PERIZ.

8 Οἰκῆσαι δὲ] Hunc locum, qui manifeſte corruptus eſt, facile fuit emendare ex Plutarcho, quod fecit Geſnerus ſic . . . οἰκίσαι δὲ ... ὑπὸ Σπαρτιάταις οὖσαν & pro συντάξεται δὲ legerem συντάξαι (τι) καὶ &c. FABER. Putat Geſnerus locum ſic ſcribendum eſſe: οἰκίσαι Μεσσήνην δι' ἐτῶν τριάκοντα καὶ τριακοσίων ὑπὸ Σπαρτιάταις οὖσαν. Abundare dein hæc verba. συντάξεται δὲ, & mox legendum eſſe, συναγαγεῖν δὲ εἰς ταὐτὸν, vel εἰς αὐτὴν. Ego cenſeo hæc noſtrum ex Plutarcho habere, cujus iſta verba ſunt in *Apophtheg. Impp.* ὅτι μὴ βουλομένους Θηβαίους Επαμινώνδας ἠνάγκασε τὴν Λακωνικὴν πυρπολῆσαι, πεντακοσίοις ἐνιαυτοῖς ἀδήωτον οὖσαν. οἰκῆσαι δὲ Μεσσήνην δι' ἐτῶν τριάκοντα καὶ διακοσίων, συντάξαι δὲ καὶ συναγαγεῖν εἰς ταὐτὸν Αρκάδας, ἀποδοῦναι δὲ τοῖς Ελλησι τὴν αὐτονομίαν. Scribendum igitur ex his pro συντάξεται δὲ, συντάξαι δὲ καὶ. Cuperus συντάξαντε καὶ. Ego non dubitem præferre lectionem Plutarchi, qui convenit in cæteris omnibus, niſi quod per τριακοσίων habet διακοσίων & pro συναγαγεῖν εἰς αὐτὸν, συναγαγεῖν εἰς ταὐτὸν, quomodo etiam haud dubie apud Noſtrum ſcribendum, quamvis MSS. quoque nil mutent, nec recedant à lectione vulgari. SCHEFF. Non dubium eſt, quin Noſter ut alia, ita numerum quoque Plutarchi ſecutus ſit, Pauſanias in *Meſſeniacis* tradit, Meſſenios Peloponeſo extorres fuiſſe per trecentos annos, & in patriam poſtliminio rediiſſe anno ducenteſimo, octogeſimo ſeptimo poſt expugnationem Eiræ. Dinarchus *Orat. contra Demoſth.* Μεσσήνην τετρακοσιοστῷ ἔτει κατῴκισαν, *anno quadringenteſimo Meſſenem reſtaurarunt.* KUHN.

Οἰκῆσαι δὲ Μεσσήνην &c.] Primum repoſuii

δι' ἐτῶν τριάκοντα καὶ διακοσίων· 9 συντάξαι δὲ καὶ συναγαγεῖν εἰς αὐτὸν Ἀρκάδας· ἀποδοῦναι δὲ τοῖς Ἕλλησι τὴν αὐτονομίαν. Καὶ ἀφῆκαν αὐτὸν αἰδεσθέντες οἱ δικασταί. Ἐπανελθόντα δὲ αὐτὸν ἐκ τοῦ δικαστηρίου, 10 Μελιταῖον κυνίδιον ἔσαινε·

Meſſenen vero conderent poſt ducentos atque triginta annos: conjungerent vero & colligerent in unum locum Arcadas: & Græcis libertatem ſuam redderent. Et ita abſolverunt eum judices pudore ducti. Reverſo autem illi è foro Melitenſis catellus

ſui οἰκίσαι ex Sluisk. Regiis Par. 1. & 3. & Mediceis 1. ac 2. atque ex ipſa Hiſtoria, denique & ex Linguæ uſu. Pauſanias *Bœot.* 14. de Epaminonda, οὕτω πρὸς οἰκισμὸν τρέπεται Μεσσήνης, καὶ οἰκιστὴς Μεσσηνίοις τοῖς νῦν ἐστιν Ἐπαμινώνδας. *Ita ſe convertit ad condendam Meſſenen; Et conditor Meſſeniorum, qui nunc ſunt, eſt Epaminondas.* Sic *d. l. p.* 378. dicit eum modo οἰκίσαι, modo & κτίσαι τὴν Μεσσήνην. De Uſu Linguæ, & diſcrimine ſignificationis inter οἰκῆσαι & οἰκίσαι Vide *ſupra ad* VIII. 5. unde etiam liquebit, quam ſæpe hæc confuſa ſint à librariis. Neque aliter factum in Diodoro, apud quem etiam illud οἰκῆσαι invaſit locum alterius, *p.* 379. in hac ipſa Hiſtoria. In hoc autem Æliani loco tanto minor eſt hæſitatio, quia omnes, Geſnerus, Schefferus, Faber, ſic emendandum cenſent. Emendandus ergo etiam Plutarchus in *Apophth. d. l.* ubi item male οἰκῆσαι editur. Hiſtoriam Conditæ Urbis prorſus Novæ Vide apud Pauſan. *Meſſenicis cap.* 27. nam antea Urbs ejus Nominis nunquam exſtiterat, quum *Meſſene* fuiſſet regionis Nomen. Vide *ibid. cap.* 1. Deinde vero vitium etiam ſequentia contraxiſſe videntur. Nam diſerte Sluisk. & Regii 1. ac 3. ut & Medicei 1. ac 2. legunt σ̄ h. e. διακοσίων, plane ut Plutarchus ait. At Lugd. & Reg. 2. etiam magis minuunt numerum, legendo ρ̄ h. e. ἑκατὸν, *centum*; Repoſui, quod longe major numerus MStorum volebat, & Plutarchus ipſe. Quamvis, ut vere dicam, neque ille numerus mihi placeat, aut congruat cum Hiſtoria, prout ab aliis traditur. Neque habeo, quod dicam ad tuendum eum, niſi Ælianum, vel potius Plutarchum, quem ille deſcripſit, alios ſecutum Auctores, quam qui ad nos pervenerunt. Diſerte enim Pauſanias in *Meſſenicis cap.* 23. Meſſenios plane expugnatos, & terra ſua ejectos ait *anno* 1. *Olympiadis* XXVIII. At *cap.* 27. Meſſenios reſtitutos in patriam, Urbe iis condita, ab Epaminonda, *anno* 3. *Olymp.* CII. ut adeo interceſſerit ſpatium 297. annorum, & corruptus ſit haud dubie ipſe Pauſanias, quando *ibidem* ait interceſſiſſe 287. *annos.* Sed mox rectius ille ait *ferme trecentos annos*, quem numerum etiam apud Iſocratem *pag.* 288. exprimit Archidamus Rex Lacedæmoniorum, queſtus Thebanos *ſibi eripere Meſſenen, quam tenuerint plus duplo ſpatio annorum, quam Perſæ tenuerint Aſiam*, quos eam nondum *ducentis annis* tenuiſſe dixerat, ipſam autem Meſſenen eos κατοικίζειν διὰ τριακοσίων ἐτῶν, h. e. *poſt trecentos annos* Meſſeniis undecunque convocatis *inhabitandam dare*, Urbe Condita in iſta regione. Prius refero ad tempus, quo capta & funditus deleta Ithome, ac Meſſene in ditionem Lacedæmoniorum conceſſit, expulſis Meſſeniis, ac reliquis, qui remanſerant, in ſervitutem redactis. Accidit illud, teſte Pauſania *cap.* 13. *anno* 1. *Olymp.* XIV. Unde uſque ad reſtitutam à Thebanis Meſſenen effluxere anni 353. vel 354. qui revera faciunt plus duplo ejus temporis, quo Perſæ tenuerunt Aſiam. Etenim Cyrus expugnaſſe creditur Babylonem Olympiade LX. Paulo autem poſt ſubjecit ſibi primus Lydiam & Joniam, h. e. *Aſiam.* Inde ergo uſque ad Meſſenen reſtitutam ſunt anni 170. quorum duplum ſuperatur à tempore illo poſſeſſæ à Lacedæmoniis Meſſenes. Poſterius ſeu *trecentos annos* refero ad Iram captam, ſeu finem Secundi Belli Meſſenici, quando etiam illæ reliquiæ Meſſeniorum, quum rebellaſſent, ſunt expulſæ, nec Meſſene habuit amplius ſuos cives aut incolas. Jam

νε· διὸ πρὸς τοὺς παρόντας εἶπε· Τοῦτο μὲν ἀποδίδωσιν εὐεργεσίας μοι χάριν, Θηβαῖοι δὲ, πολλάκις ὑπ' ἐμοῦ εὖ παθόντες, ἔκρινάν με θανάτου.

catellus adulabatur caudâ: quapropter dixit ad præsentes: Hic quidem, pro beneficio gratiam mihi refert, at Thebani, sæpe à me beneficiis affecti, in capitale me judicium vocarunt.

Jam vero, ut ad Ælianum & Plutarchum redeamus, neutiquam probabile est, induci ab iis Epaminondam minuentem plus justo, certe plus quam ab aliis fit Auctoribus, spatium illius temporis, quod quo longius fuit, eo magis ad ipsius pertinebat gloriam. Crediderim certe, Epaminondam expressurum hic potius, ut vere & commode poterat, longius illud spatium, ab eo tempore repetendum, quo Messene venit in potestatem Laconum, nempe ν' καὶ τ' h. e. annos 50 & 300. Sed nihil ausim definire contra Codices. Tanto magis, quia etiam istam Chronologiam turbant illi, qui Secundum Bellum Messenicum, & Tyrtæi, qui isti bello interfuit, ætatem, 40. vel 50. annis serius locant. Vide Valesium *ad Excerpta pag.* 38. Superest jam, ut succurramus Gesnero & reliquis, qui non percepisse videntur vim voculæ διὰ, quia addi volunt ad explendum, ut putant, sensum, ὑπὸ Σπαρτιάταις οὖσαν, ut ita dicatur, illam fuisse *Spartanis subjectam PER tot annos.* Atqui διὰ hic notat *post.* Sic Isocrates in laudatis modo verbis, διὰ τετρακοσίων ἐτῶν κατοικίζουσι. *Act. Apost.* XXIV. 17. δι' ἐτῶν πλειόνων παραγενόμενος, *post complures annos adsum.* Noster XIV. 7. διὰ δέκα ἡμερῶν τοὺς ἐφήβους τοῖς Ἐφόροις παρίστασθαι. Plutarch. *Quæst. Rom.* 42. Nundinas Romæ esse ait δι' ἐννέα ἡμερῶν. h. e. *post exortos* identidem *nonos dies.* Et ita passim apud Græcos. Periz.

9 Συντάξεται δὲ συναγαγεῖν &c.] Duo enim vero mirari hic satis non possum, unum, unde tandem hanc adeo nihili & nullius sensus lectionem sumpserit Camillus Peruscus, alterum qua ratione affirmare potuerit Schefferus de hoc simul & proximo superiore loco, *MStos nihil mutare, nec recedere à lectione vulgari*, quum nulli MSti, qui quidem sunt excussi, habeant illud τετρακοσίων, & hujus loci vulgarem hanc lectionem. Nam non tantum duo Mei, Sluisk. & Lugd. qui ceteroquin, ubi vel minimum variant Codices, discrepare & ipsi solent, sed & Regii Par. & duo Medicei pariter legunt hæc eodem prorsus modo, quo scripsit Plutarchus, συντάξαι δὲ καὶ συναγαγεῖν, in quo nulla superest hæsitatio, nisi quod ex eodem Plutarcho legendum insuper sit ταυτὸν pro αὐτὸν, quod tamen habent hic etiam MSti. Loquitur autem Auctor de eo, quod Epaminondæ consilio Arcades relictis pagis coierint in unam Urbem, quæ ideo dicta est *Magna Urbs*, Μεγάλη πόλις. Pausanias *Messenicis cap.* 28. hac de re ait, Ἀρκάδων ἐς μίαν ἠθροισμένων πόλιν, *Arcadibus in unam collectis Urbem.* Historiam vide in *Arcadicis cap.* 27. Quod vero *reddiderit* Epaminondas *Græcis* αὐτονομίαν, seu, ut ait apud Nepotem, *universam Græciam in libertatem vindicaverit*, id testantur etiam Elegi statuæ illius inscripti, quibus declaratur, ut ait Pausan. *Bœot. cap.* 15. τοῖς Ἕλλησιν ὑπάρξαι ἐλευθερίαν δι' αὐτοῦ, *Græcis obvenisse libertatem per eum.* Et certe dicitur diserte in iis, Epaminondæ consilio

Αὐτόνομος δ' Ἑλλὰς πᾶσ' ἐν ἐλευθερίῃ,

Sui juris & in libertate esse omnis Græcia. Nec sine causa. Nam Lacedæmoniorum imperium in reliquam Græciam tunc concidit. Idem.

10 Μελιταῖον κυνίδιον] Parvi sunt canes, ex insula Melita inter Siciliam & Africam, teste Strabone *lib.* VI. *pag.* 277. Μελίτη, ὅθεν τὰ κυνίδια, ἃ καλοῦσι Μελιταῖα. Alii adscribunt insulæ *Melitæ*, inter Epirum & Italiam. Vide Stephanum *de Urbibus*, & ibi Notas. Habentur autem tantum *voluptatis causa*, ἐπὶ τέρψει, ut ait Suidas. Tribuuntur ergo feminis à Plutarcho *de Animi Tranquill. pag.* 472. ubi ridet eum, qui ægre fert, quod non simul sit *validus leo*, καὶ κυνίδιον Μελιταῖον ἐν κόλπῳ χήρας γυναικὸς τιθηνούμενον, *& canis Melitæus in sinu viduæ nutritus.* Blandiebantur autem & assultabant ultro Dominis, ut hic fecit erga Epaminondam. Unde apud

Lucianum in *Sympoſio pag.* 856. ſcurra quiſpiam in convivio Alcidamantem Cynicum vocat Μελιταῖον κυνίδιον, haud dubie, quia ultro venerat, ἄκλητος, *invocatus.* Vide *pag.* 850. PERIZ.

ΚΕΦ. μγʹ.

Περὶ Τιμοθέου.

Ὅτι Τιμόθεος, ὁ στρατηγὸς Ἀθηναίων, [1] ἐπιστεύετο εὐτυχὴς εἶναι, καὶ [2] ἔλεγε τὴν τύχην αἰτίαν εἶναι, † [3] Τιμόθεος δὲ οὐδενός. [4] Καὶ οἱ ζωγράφοι δὲ καθεύδοντα ἐποίουν αὐτὸν κωμῳδοῦντες ἐπὶ τῆς σκηνῆς, εἶτα ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἀπῃώρητο ἑστῶσα ἡ Τύχη, ἕλκουσα εἰς κύρτον τὰς πόλεις.

Πυνθανομένου Θεμιστοκλέους τινος, κατὰ τί μάλιστα ἥσθη ἐν τῷ βίῳ; ὅδε ἀπεκρίνατο, [5] τὸ θέατρον ἰδεῖν Ὀλυμ-

† Τιμόθεος.

CAP. XLIII.

De Timotheo.

Timotheus, Prætor Athenienſium, felix eſſe credebatur, dicebatque fortunam *rerum bene geſtarum* cauſam eſſe, Timotheum vero nullius. Sed pictores dormitantem eum in tentorio, ludentes pingebant, deinde ſuſpendebatur fortuna ſtans ſupra caput ejus, urbes in rete *quoddam* trahens.

Interrogante Themiſtoclem quodam, quanam re per univerſam vitam maxime fuiſſet delectatus? reſpondit

1 Ἐπιστεύετο] Sluisk. πεπίστευτο. Ceterum celebratam hanc Timothei *Felicitatem* reſpicit Auctor etiam *ſupra* II. 10. ὅτε ἐν ἀκμῇ τῆς εὐτυχίας ἦν, καὶ ᾕρει τὰς πόλεις ῥᾷστα. At III. 16. ait eum Urbes cepiſſe, πείθοντα καὶ διδάσκοντα λόγῳ, non autem vi & machinis, ut Demetrius Poliorcetes fecerit. Et forte hinc orta eſt ab inimicis hæc fabula & opinio *fortunæ* ejus. Picturam refert etiam Suidas & Plutarchus in *Apophth.* PERIZ. Mediceus quoque legit πεπίστευτο.

2 Τὴν τύχην αἰτίαν εἶναι] Lege τὴν τύχην πάντων αἰτίαν εἶναι. FABER. Non auſim aliquid inſerere textui. Cæterum Plutarchus monet eum, qui ſe laudare ſine invidia velit, ut pleraque à ſe geſta Deo & Fortunæ, non ſibi deberi profiteatur. Unde Achilles apud Homerum, hoſte cæſo, Θεοὶ, inquit, τὸν ἄνδρα δαμάσασθαι ἔδωκαν. *Dii virum mihi domandum dederunt.* Eadem mente Timoleon αὐτοματίας βωμὸν, *aram fortunæ*, rebus ad ſententiam fluentibus, erexit, ipſa etiam domo ſua ἀγαθῷ δαίμονι, *Bono Dæmoni*, conſecratâ. Omnium optime Python, qui cum Rege Thracum Coty interfecto, Athenas profugiſſet & demagogi eum ut tyrannicidam exquiſitiſſimis laudibus certatim pro concione commendarent, invidiam ſibi conflatam animadvertit, cui ut ſatis quodammodo fieret, in medium progreſſus, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, inquit, ταῦτα θεῶν τις ἔπραξεν, ἡμεῖς δὲ τὰς χεῖρας ἐχρήσαμεν. *hæc Deus aliquis fecit, nos vero manus commodavimus.* Hæc Plutarchus in *Quomodo quis ſine invidia ſe ipſum laudet.* KUHN.

Ἔλεγε] Quis obſecro? Non utique Timotheus, qui hanc fabulam ægre ferebat, adeo ut pro concione de rebus à ſe geſtis aliquando diceret, *Nullam partem in his Fortuna habet.* Vide omnino Plutarchum *Sulla p. m.* 454. Adde Apophthegma illius contra haſce invidorum & inimicorum fabulas apud Plut. in

λυμπιάσιν ἐπιστρεφόμενον εἰς ἐμὲ, εἰς τὸ στάδιον παριόντα.

spondit ille, Quum viderem ludis Olympicis, totum theatrum oculos in me convertere venientem in stadium.

in *Apophth.* Quid multa? Legerim prorsus cum Kuhnio, ἔλεγον, scil. vulgo homines: sermone illo ab inimicis ejus primum orto, cui sermoni commenta sua dein addiderunt pictores. Sed & verbum illud ἐπιστεύετο, vel πεπίστευτο, de re, quæ vulgo *creditur & fertur*, dici solet. Vide *supra*, *ad* I. 14. Ita vero paulo durior evadit Constructio sequentium, Τιμόθεος δὲ ὐδενὸς, pro quo Gesnerus voluit Τιμόθεον. Sed in vulgata Lectione nihil profecto erat eâ crisi opus. At in hac emendatione videri potest major quæpiam inesse hæsitatio, quia in ea Alii sunt, qui hæc dicant. Sed neque sic male se res habet. Nam ita V. 17. οἱ δὲ (sc. φασὶ) μεμηνὼς τῦτο δρᾶσαι. XIII. 23. ἀπήντησε γὰρ αὐτῷ, τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκοπῆναι, ὡς μὲν τινες φασι, λίθῳ βληθεὶς, ὡς δὲ &c. βακτηρίᾳ παθὼν τὸ πάθος. Vide & *infra ad* XIV. 18 PERIZ.

3 Τιμόθεος δὲ ὐδενὸς] Gesnerus Τιμόθεον: Vide *Indicem* in *Infinitivus*. SCHEFF.

4 Καὶ οἱ ζωγράφοι] Idem tradit Plutarchus in *Sylla* & *Apophtheg.* ubi habes ejus dictum de hac re. Consule quoque Ulpianum *in Olynth. Demosth.* II. *pag.* 23. Cæterum non ἔλεγε, sed ἔλεγον vellem, homines scilicet, quorum hic refertur sententia, non ipsius Timothei. KUHN.

5 Τὸ θέατρον ἰδεῖν &c.] Vidit illud Olympiis proximis post victorias Græcorum de Xerxe, ut egregie id exponit Plutarchus in *Ejus Vita p.* 120. Jam gloriæ & laudis studiosissimum fuisse, res est notissima. Et convenit cum hoc ejus responso etiam illud, quod refert Cicero *pro Archia cap.* 9. *quum quæreretur ex eo, quod acroama, aut cujus vocem libentissime audiret:* resp. *Ejus, à quo sua virtus optime prædicaretur.* Adde Valer. Max. VIII. 14. I. *ext.* PERIZ.

ΚΕΦ. μδ'.

Περὶ Θεμιστοκλέους καὶ Αριστείδου φιλονεικίας.

Τοὺς αὐτοὺς ἐπιτρόπους ἔσχε Θεμιστοκλῆς, καὶ Αριστείδης ὁ Λυσιμάχου, καὶ διὰ ταῦτά τοι, καὶ συνετράφησαν, καὶ συνεπαιδεύθησαν κοινῷ διδασκάλῳ· 1 ἐστασιαζέτην δὲ ὅμως καὶ ἔτι παῖδες ὄντες· καὶ παρέ-

CAP. XLIV.

De Themistoclis & Aristidis concertatione.

Iisdem tutoribus usi sunt Themistocles & Aristides Lysimachi filius, atque ideo etiam, & simul educati sunt, & à communi præceptore simul instituti: nihilo tamen minus discordes fuerunt etiam quum

1 Ἐστασιαζέτην] Vide Plutarch. in *Aristide ab initio.* SCHEFF. Herodot. *lib.* VIII. *cap.* 79. Cyrill *lib.* VI. *contra Julian.* πικρὸς ἦν ὕτω καὶ βάσκανος καὶ ταῖς ἑτέρων εὐκλείαις ἐπιμεμφὼς, ὥστε ἐρομένων αὐτὸν Αθηναίων ποτὲ, πῶς ἂν ἄριστα πολιτεύοιντο καὶ ἐξ ἴσης ἴοι τῇ πόλει τὰ πράγματα; μὴ ἂν ἑτέρως ὑπάρξαι τῦτο εἰπεῖν, εἰ μὴ βαραθρώσειαν αὐτόν τε ὁμῦ καὶ Θεμιστοκλέα &c. (Aristides) *adeo erat acerbus & maligno ingenio, &c. ut Atheniensibus aliquando interrogantibus, quo pacto res publica ad votum fluere ipsis posset, responderet: non posse id aliter fieri,*

ρέμεινεν αὐτοῖς ἡ φιλονεικία ἀπὸ τῆς πρώτης ἡλικίας καὶ εἰς ἔσχατον γῆρας.

quum adhuc essent pueri, & ea contentio permansit illis à prima ætate usque ad extremam senectutem.

fieri, quam si ipse una cum Themistocle in barathrum conjiceretur. Forte ipsum urebat gloria Themistoclis ob rem mari bene gestam contra Persas &c. KUHN.

Ἐστασιαζέτην &c.] Confer Plutarchum *Aristide pag.* 319. & *Themistocle p.* 113. Utrobique rationes istius simultatis repetit ex æmulatione amoris, quo eundem puerum pariter amaverint, &, quæ potior est ratio, ex diversitate maxima indolis. Illud vero valde in iis laudabile, quod, quum tempora Reip. id postularent, inimicitiæ nullam habuerunt rationem, ut fecere in bello contra Xerxen. Vide Herodotum VIII. 79. & Plut. in *Aristide pag.* 323. Sed & quotiescunque exirent ἐπὶ πρεσβείαν ἢ στρατηγίαν, *in legationem vel ad aucendum* pariter *exercitum*, æmulationem in finibus Atticæ deposuerunt, ac reduces receperunt. Vide Plutarchum in *Præceptis Polit. p.* 809. PERIZ.

ΚΕΦ. με΄.

Περὶ Διονυσίου ἀπηνείας.

CAP. XLV.

De Dionysii crudelitate.

ΟΤι [1] Διονύσιος τὴν μητέρα διέφθειρε φαρμάκοις. Λεπτίνην δὲ τὸν ἀδελφὸν σῶσαι δυνάμενος, [2] ἐν τῇ ναυμαχίᾳ περιεῖδεν ἀπολλύμενον.

Dionysius matrem per venenum necavit. Leptinem vero fratrem, quum servare posset, neglexit in navali prœlio pereuntem.

1 Διονύσιος] Junior vide Plutarch. *de fort. Alexand. Orat.* II. qui à nostro paulum discrepat & Diodor. Sicul. SCHEFF. Si Plutarchi auctoritate standum, non Junior hæc perpetravit Dionysius, sed Pater: ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ, inquit, *l. c.* τῶν πολιτῶν μυρίους ἢ καὶ πλείους ἀνελών, προδοὺς δὲ τὸν ἀδελφὸν ὑπὸ φθόνου τοῖς πολεμίοις, οὐκ ἀναμείνας δὲ τὴν μητέρα, γραῦν οὖσαν ὀλίγαις ἡμέραις ἀποθανεῖν ὕστερον, ἀλλ᾽ ἀποπνίξας, ἐν δὲ τραγῳδίᾳ γράψας αὐτός·

Η γὰρ τυραννὶς ἀδικίας μήτηρ ἔφυ.

Namque Tyrannis mater omnis injuriæ.

ὅμως τῶν θυγατέρων τὴν μὲν ἀρετήν, τὴν δὲ σωφροσύνην ὠνόμασεν, τὴν δὲ δικαιοσύνην. *Sed Pater ejus* (Dionysii Junioris) *qui civium decem millia & quod excurrit, interfecit, qui fratrem invidia agitatus hostibus prodidit, qui matrem jam anum non sivit post aliquot dies sua morte exstingui, sed præfocavit, qui denique in Tragœdia scripsit: nihilominus filiarum hanc nominavit* Ἀρετὴν vel *Virtutem, illam* Σωφροσύνην, *Temperantiam, aliam* Δικαιοσύνην, *Justitiam.* Diodor. *lib.* XV. ait Leptinem in prælio fortiter Carthaginensibus resistentem occubuisse; *destitutus* scilicet à Dionysio fuit in densissimis hostium globis, ut ex Nostro supplendum. Fuit autem ea pugna terrestris, non ναυμαχία, secundum Diodorum. KUHN.

Διονύσιος] Major haud dubie, ut non tantum diserte tradit Plutarchus *Orat.* II. *de Fort. Alexandri p.* 338. sed & liquet ex eo, quod Auctor Fratrem illi tribuit *Leptinen*, qui revera frater fuit Majoris, & ejus Classi præfectus. Unde Diod. Siculus *p.* 314. Καὶ Ναύαρχος ὑπῆρχεν αὐτῷ Λεπτίνης ὁ ἀδελφός. Cujus fidei etiam sæpe in bellis permisit Syracusas, sicuti Junior Dionysius Philisto: Vide Dionem Chrysost. *Orat.* LXXIII. *init.* PERIZ.

2 Ἐν

2 Ἐν τῇ ναυμαχίᾳ] Periit terrestri in prœlio, ut tradit Diodorus *lib.* XV. *pag.* 339. Crediderim autem ab Auctore intelligi prœlium navale, quo, victus & fugatus, vix evasit Leptines, quodque Dionysius ex littore prospectavit. IDEM.

ΚΕΦ. μϛ΄.

Περὶ δράκοντος εὐεργεσίας ἀναμνησθέντος.

Πόλις ἐστὶ [1] τῆς Ἀχαΐας αἱ Πάτραι. [2] Παῖς παρ' αὐταῖς δράκοντα μικρὸν ἐπρίατο, [3] καὶ ἔτρεφε μετὰ πολλῆς τῆς κομιδῆς. Αὐξηθέντος δὲ αὐτοῦ ἐλάλει πρὸς αὐτὸν, ὡς πρὸς ἀκούοντα, καὶ ἤθυρε μετ' αὐτοῦ, καὶ συνεκάθευδεν αὐτῷ. Εἰς μέγιστον δὲ μέγεθος ἐλθὼν ὁ δράκων, ὑπὸ τῶν πολιτῶν εἰς ἐρημίαν [4] ἀπελύθη. Ὕστερον δὲ ὁ παῖς, νεανίας γε-

CAP. XLVI.

De dracone beneficii memore.

Urbs est Achaïæ, *dicta* Patræ. In ea puer draconem parvulum emebat, magnaque eum cura alebat. Quumque ille adolevisset, loquebatur cum eo, quasi cum intelligente, & ludebat ac dormiebat cum ipso. Quum vero ad maximam magnitudinem draco pervenisset, in solitudinem à civibus est dimissus. Postea quum puer, jam adolescens

1 Τῆς Ἀχαΐας] Recte. *Patræ* enim oppidum Achaïæ. Corrigendus ergo noster *lib.* VI. *Histor. Anim. cap.* 36. ubi Arcadem hunc puerum fuisse scribit. SCHEFF.

2 Παῖς] Nomine *Thoas*. Plinius *lib.* VIII. *cap.* 17. Hæc *fidem etiam Democrito afferunt, qui Thoantem in Achaja servatum à dracone narrat.* Adde quæ sequuntur, & præterea Cononem apud Photium, qui integram historiam prolixius aliquanto & ut Noster explicat, excepto quod Cretensem dicat eum puerum fuisse. SCHEFF. Philo Jud. de Dracone: ζῶόν ἐστι τὴν κίνησιν ποικίλον καὶ συνετὸν ἐν τοῖς μάλιστα, καὶ πρὸς ἀλκὴν ἕτοιμον, καὶ τοὺς χειρῶν ἄρχοντας ἀδίκων ἀμύνασθαι δυνατώτατον. *animal est motu varium, & omnium sagacissimum, & ad pugnandum paratum, ulciscique eos quam maxime potest, qui se lacessunt,* in *de Agricult.* KUHN.

Παῖς παρ' αὐταῖς &c.] Plinius *Nat. Hist.* VIII. 17. Democritum facit Auctorem hujus narrationis, & Puerum *Thoantem* vocat, atque *Arcadem* fuisse ait. In quo illi suffragatur, ab se ipso discrepans, Ælianus *Hist. Anim.* VI. 63. Conon vero apud Photium *pag.* 434. *Cretensem* dicit puerum, nisi tamen & illic pro Κρητὶ legendum sit Ἀρκάδι. PERIZ.

3 Καὶ ἔτρεφε] Sicut nimirum veteribus fuit usitatum. Vide Sueton. *Tib. cap.* 71. & ibi Casaubonum. Adde quoque Suidam, *voce* Ἡρακλείδης, ubi simile quid. SCHEFF. Et Lampridii *Heliogab. p.* 864. Philostratus in *Heroicis* Ajaci Locrensi, inquit fuisse χειροήθη δράκοντα πεντάπηχυν τὸ μῆκος, ὃν ξυμπίνειν τε καὶ ξυνεῖναι τῷ Αἴαντι καὶ ὁδῶν ἡγεῖσθαι καὶ ξυνομαρτεῖν, οἷον κύνα, *cicurem Draconem in quinque cubitos porrectum, qui bibit versatusque est cum Ajace, viæ dux & instar canis fidus comes.* Heraclides Ponticus etiam καὶ δράκοντα ἔτρεψε καὶ ἡμέρωσε καὶ εἶχε συνδιαιτώμενον αὐτῷ καὶ συγκαθεύδοντα, *& nutrivit draconem & cicuravit mensæque & lecti habuit consortem* &c. &c. Suid. in Ἡρακλείδης ex Diog. Laërt. in *vitâ ejus.* adi & Doctiss. Bochart. *P.* I. *Hieroz. p.* 522. KUHN.

4 Ἀπελύθη] *Dimissus est.* Sluisk. ἐπελύθη. Sed probum est, quod vulgatur. Sic Plutarchus

γενόμενος, ἀπό τινος θέας [5] ἐπανιών, λῃσταῖς περιπεσὼν μετὰ τῶν συνηλίκων, βοῆς γενομένης, ἰδοὺ ὁ δράκων, καὶ [6] τοὺς μὲν διεσκόρπισεν, οὓς δὲ ἀπέκτεινεν, αὐτὸν δὲ περιεσώσατο.

leſcens factus, revertens à ſpectaculo quodam, cum æqualibus in latrones incidiſſet, clamore facto, ecce draco adeſt, & alios in fugam vertit, alios interemit, ipſum vero ſervavit.

tarchus *de Garrulit. pag.* 508. ἀλλ' ἄχρι τῆς ὁδοῦ προπέμψας, καὶ ἀπολυόμενος, Υγίαινε, εἶπεν, ὦ Βασιλεῦ, *ſed* ex caſa ſua *uſque ad viam* publicam eum *proſecutus*, *ac* jam *diſcedens*, *dixit*, *Vale*, ô *Rex*. In *Hiſtoria Animal.* dicitur, dum dormiebat, deportatus cum lecto in ſylvam. PERIZ.

5 Επανιών] Suſpicor poſt ἐπανιών excidiſſe particulam καί. KUHN.

6 Καὶ τοὺς μὲν] Scribe, καὶ οὓς μὲν. FABER. mallem καὶ τοὺς μὲν ſervare ac mox ſcribere τοὺς δὲ. ita enim ſolet alibi. SCHEFF.

Τοὺς μὲν διεσκόρπισεν, οὓς δὲ &c.] Nullo jure mutare hæc volunt, Faber, præferens οὓς μὲν, & Schefferus, τοὺς δὲ Nam ut hic, ita *ſupra* VI. I. Τοὺς δὲ τῶν ἀνδρῶν ἀπέλιπον γεωργεῖν, οὓς δὲ ἀπέδοντο, οὓς δὲ ἀπέκτειναν. Et ſane elegantior videtur hæc varietas, quam quod illi volunt, quum inſuper etiam Lucianus in *Solœciſta init.* & Thomas Magiſter arguant ſolœciſmi illam phraſin, ἃ μὲν, ἃ δὲ, licet complures tamen, & ipſe Lucianus, ea ſint uſi. Vide Clariſſ. Grævium *ad illum Luciani Dialogum.* PERIZ.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ τεσσαρεσκαιδέκατον.

ÆLIANI

VARIÆ HISTORIÆ

LIBER XIV.

ΚΕΦ. α΄.

Πῶς ὁ Ἀριστοτέλης εἶχε πρὸς φιλοδοξίαν.

ΑΡιστοτέλης ὁ Νικομάχου, σοφὸς ἀνὴρ καὶ ὢν καὶ εἶναι δοκῶν, [1] ἐπεί τις αὐτοῦ ἀφείλετο τὰς ψηφισθείσας αὐτῷ ἐν Δελφοῖς [2] τιμὰς, ἐπιστέλλων πρὸς Ἀντίπατρον περὶ τούτων, φησίν· Ὑπὲρ τῶν ἐν Δελφοῖς ψηφισθέντων μοι, καὶ ὧν ἀφῄρημαι νῦν, οὕτως ἔχω, ὡς μή τέ μοι σφόδρα μέλειν ὑπὲρ αὐτῶν, μή τέ μοι μηδὲν μέλειν. Ουκ ἂν δὲ ἦν φιλοδοξία

CAP. I.

Quomodo Aristoteles erga honores affectus fuerit.

ARistoteles *filius* Nicomachi, re ipsa & opinione hominum vir sapiens, cum quidam ei decretos sibi Delphis honores ademisset, scribens de his ad Antipatrum, ait: De iis, quæ Delphis mihi decreta sunt, quibusque nunc privatus sum, sic me habeo, ut neque magnopere de iis laborem, nec tamen nihil omnino curem. Neutiquam erant hæc ambitionis:

1 Ἐπεί τις ἀφείλετο] Addidi αὐτοῦ ex MSS. omnibus in eo consentientibus. Videtur excidisse hæc vocula, quia mox sequitur αὐτῷ. At illud construendum cum ἀφείλετο, ut solet hoc verbum sibi adsciscere Genitivum, quum Dativus iste participio jungatur. Honores autem, qui decreti Delphis sint Aristoteli, incertum est. Statuam putat Kuhnius.

Et

ξία ταῦτα, οὐδ' ἂν καταγνοίην ἔγωγε [3] τοιοῦτόν τι Ἀριστοτέλους. Ἀλλ' εὖ φρονῶν ᾤετο, μὴ ὅμοιον εἶναι, [4] ἀρχήν τινα μὴ λαβεῖν, [5] ἢ λαβόντα ἀφαιρεθῆναι. Τὸ μὲν γὰρ οὐδὲν μέγα, τὸ μὴ τυχεῖν· τὸ δὲ ἀλγεινὸν, τὸ τυχόντα εἶτα ἀπεστερηθῆναι.

tionis: neque ſane ego tale quid in Ariſtotele reprehenderim. Ille vero recte ſentiens putavit, non eſſe ſimile, quædam prorſus non accepiſſe, aut, quum acceperis, iis ſpoliari. Non enim grave eſt illud, non adipiſci: at, quum adeptus ſis, dein eo privari, id moleſtum eſt.

ΚΕΦ.

CAP.

Et ſane ſtatua illi erat poſita Olympiæ, incertum à quo, ut refert Pauſanias *Eliacis* II. 4. Sed & vetus ille interpres Latinus *vitæ Ariſtotelis* à Nunneſio editus ait: *intantum fuit honoratus a Philippo & Olympiade Matre Alexandri, quod ſibi* (h. e. Ariſtoteli) *conſtruxerunt vel conſtituerunt cum eis* (pro *ſecum*) *ſtatuam.* Aliis quoque honoribus alibi affectus fuit, veluti quod Stagiritæ altare ei exſtruxerunt, & feſtum celebrarunt, dictum *Ariſtotelea*, teſte Ammonio in *Vita Ariſtot.* & illo Interprete. Ut adeo quum Auctor nihil definiat, & variis honorari modis Ariſtoteles potuerit, in medio res ſit relinquenda. PERIZ.

2 Τιμὴν] Statuam apud Delphos Alexandro poſitam intelligo. Græci enim hunc honorem modo bene meritis dabant, modo evertebant pro ſua illa levitate. Dio Chryſoſtomus itidem conqueritur, Corinthios ſibi decretam ſtatuam ſuſtuliſſe in *oratione Corinthiaca*, ubi inter alia inquit, Corinthiis τιμὰς εἶναι θνητὰς, τὰς δὲ ἀτιμίας εἶναι ἀθανάτους, *honores eſſe mortales, infamiam immortalem.* tota oratio commentarii loco erit legentibus hoc Noſtri caput. KUHN.

3 Τοῦτον τοι] Lege τοιοῦτον τι, *tale quid.* IDEM.

Τοιοῦτον τοι Ἀριστοτέλους] Culpa hæc ſine dubio eſt Cam. Peruſci, qui ita primus edidit, quum liquido uterque MS. & Regii omnes offerant illud, quod Kuhnius vidit legendum, τοιοῦτόν τι. PERIZ.

4 Ἀρχὴν τινα &c.] Interpres vertit *dignitatem aliquam*, cum tamen ἀρχὴν hoc loco adverbialiter, & τινὰ neutro genere ſumantur, ut ſenſus ſit: *acerbius eſſe, quædam omnino non accipere, quam acceptis ſpoliari.* ſic dicimus ἀρχὴν μὴ φῦναι, *omnino non naſci* &c. KUHN.

Ἀρχὴν τινα μὴ λαβεῖν] Recte hæc explicuit Doctiſſ. Kuhnius. Verterat Vultejus, & retinuerunt omnes, *dignitatem aliquam*, quum τινα hic notet *res quas quis accepit*, ἀρχὴν vero in negatione ſignificare ſoleat *prorſus omnino.* Sic III. 14. Σάλπιγγα δὲ οὐδὲ ἀρχὴν ὑπομένουσι. Et cum articulo. IX. 29. ἀλλὰ μεῖζόν ἐστι, τὸ μηδὲ ἐπιθυμεῖν τὴν ἀρχήν. Et alibi. PERIZ.

5 Η λαβόντα] Lege καὶ λαβόντα. FABER. ἢ ſignificat hoc loco παραδιαζευκτικῶς, idem quod καί. KUHN.

ΚΕΦ. β'.

Περὶ Αγησιλάου, καὶ τῶν βαρβάρων ἐπιορκούντων.

Οτι τοὺς παραβάντας ὅρκους τῶν βαρβάρων [1] ἐπῄνεσεν Αγησίλαος. [2] ὅτι τοὺς Θεοὺς [3] ἐχθροὺς αὐτοῖς ποιησάμενοι ταῖς ἐπιορκίαις, αὐτῷ φίλους καὶ συμμάχους κατεπράξαντο.

CAP. II.

De Agesilao, barbarorumque perjuriis.

Barbaris illis, qui jurisjurandi religionem violassent, gratias agebat Agesilaus, eo quod pejerando illi Deos sibi ipsis infestos redderent, ipsi vero amicos & auxiliares conciliarent.

1 Επῄνεσεν Αγησίλαος] Non *laudavit* proprie, ut vertitur, sed *gratias iis egit*, grata habuit eorum facta, utpote sibi utilia. Et ita diserte ajunt gratias egisse Tissapherni, Persæ perjuro: Polyænus II. I. 8. χάριν οἶδα Τισσαφέρνῃ τῆς ἐπιορκίας, ἑαυτῷ μὲν γὰρ πολεμίους τοὺς Θεοὺς ἐποίησεν, ἡμῖν δὲ συμμάχους. Et Xenophon *de rebus Græc. lib.* III. *p.* 291. & *de Agesilai Laudibus*, *init.* Tissapherni legatos renunciare jussit, ὡς πολλὴν χάριν αὐτῷ ἔχοι, ὅτι ἐπιορκήσας &c. PERIZ.

2 Οτι τοὺς θεοὺς] Vide Cornel. Nepot. XVII. *cap.* 2. §. 4. & Xenoph. in *vita ejus*. SCHEFF. Sunt pæne ad verbum Xenoph. *lib.* VII. *Hist.* quæ Noster habet: confer Polyænum *p.* 88. KUHN.

3 Εχθροὺς αὐτοῖς] Lugd. & Regius 2. ac recentior manus Tertii, ἑαυτοῖς ἐχθρούς, quod videtur melius. Et ita Polyænus in verbis modo laudatis, ἑαυτῷ μὲν γὰρ &c. PERIZ.

ΚΕΦ. γ'.

Περὶ ἀσωτίας.

[1] Τιμόθεος πρὸς [2] Αριστοφῶντα ἄσωτον ὄντα, πικρότατα καθικό-

CAP. III.

De prodigalitate.

Timotheus ad Aristophontem prodigum, acerbissime eum incre-

1 Τιμόθεος] Habes hæc apud Stobæum *serm.* XI. SCHEFF. Stobæus *Serm.* LXVI. paulo plenius ista ex Æliano, qualis tum extabat: Τιμόθεος ὁ Κόνωνος πρὸς Αριστοφῶντα τὸν Αζηνιέα, πάντων ἄριστα ἔχοντα λόγον εἶπεν· ἐπεὶ γὰρ ἄσωτος ἦν ὁ Αριστοφῶν, πικρότατα αὐτοῦ καθίκετο ὁ Τιμόθεος, εἰπὼν ὦ, &c. Cui *nihil satis est*, *illi nihil turpe est*. Quod dictum etiam in avarum quadrat, uti videre est apud Valer. Max. *lib.* VI. *cap.* 4. ubi refertur, cum Serv. Sulpic. Galba & Luc. Aurel. Cotta Consules de Hispania provincia acriter inter se contendissent in Senatu, Scipionem Æmilianum, sententiam rogatum dixisse: *neutrum mihi mitti placet*, *quia alter nihil habet*, *alteri nihil est satis*. quo dicto Cottæ paupertatem & Galbæ inexplebilem avaritiam exprobravit. KUHN.

2 Αριστοφῶντι] Inimicus ille fuit & Accusator Timothei, quando is in exilium pulsus est. Hinc Plutarchus in *lib. de Exilio* neminem ait esse tam degenerem, *qui malit esse*

θικόμενος αὐτοῦ, εἶπεν· ὦ ἱκανὸν οὐδὲν, ἀλλὰ τούτῳ γε αἰσχρὸν οὐδέν.

increpans, dixit, Cui nihil ſatis eſt, illi vero nihil eſt turpe.

Clodius expellens, quam Cicero expulſus, & Ariſtophon accuſator, quam Timotheus, qui Patria ceſſit. Idem & Iphicrati adverſarius fuit, ut diſcimus ex Plutarchi *Politicis præceptis.* Jactare etiam ſolebat hic homo, *ſe ſeptuagies quinquies violatarum legum accuſatum fuiſſe*, quod ei exprobrat Æſchines *contra Cteſiph. pag.* 203. ubi appellatur Ἀριστοφῶν ἐκεῖνος ὁ Ἀζηνιεύς. Athenæus *lib.* XIII. *pag.* 577. *Rhetorem* dicit, & legem ab eo latam ſtatim poſt ejectos XXX. Tyrannos, ne quis ſit Civis, niſi qui Matre Cive ſit natus, ipſum vero dein tamen ex Scorto παιδοποιήσασθαι, h. e. *liberos genuiſſe.* Ceterum dictum hoc Timothei etiam Stobæus *Sermone* LXVI. refert ex Æliano, & pluribus quidem verbis, ſed quæ ſatis patet aliunde addita, vel per modum explicationis præmiſſa. Nam ita ait, Τιμόθεος ὁ Κόνωνος πρὸς Ἀριστοφῶντα τὸν Ἀζηνιέα, πάντων ἄριστα ἔχοντα λόγον, εἶπεν. Ἐπεὶ γὰρ ἄσωτος ἦν ὁ Ἀριστοφῶν, πικρότατα αὐτοῦ καθίκετο ὁ Τιμόθεος, εἰπών, ὦ ἱκανὸν οὐδὲν, ἀλλὰ τούτῳ γε αἰσχρὸν οὐδέν. Voluit ſcilicet, quicunque iſta ſatis incondita adjecit, ſive Stobæus, ſive librarius, declarare, Oratorem fuiſſe Ariſtophontem hunc, quod oportunius ex Plutarcho didicimus, & certe ad hoc Timothei dictum nihil faciebat. Sed neque recte illa Stobæi exponunt interpretes. Verti enim priora illa debent, ut commodus exſtet ſenſus, *Timotheus Cononis F. contra Ariſtophontem Azenienſem, qui omnium optime perorabat, orationem habuit. Quia vero ille intemperans erat homo, acerbiſſime eum increpuit Timotheus, dicens, cui* &c. Ceteroquin enim frigidiſſima & ineptiſſima tautologia ſe prodit in iis, εἶπεν, εἰπών, atque ideo interpretes in verſione prætermiſerunt penitus illud εἶπεν. Ἀζηνιεῖς vero dicebantur ab uno ex pagis Atticis, de quo Vide Meurſium & Sponium. Et ea deſcriptione à Demoſthene & Æſchine plerumque ornatur hic *Ariſtophon.* Denique, ut & hoc addam, Caput hoc in MStis incipit. Ὅτι Τιμόθεος &c. PERIZ.

ΚΕΦ. δʹ.

CAP. IV.

Περὶ Ἀριστείδου ὑπὸ γαλῆς δηχθέντος, καὶ ἀποθνήσκοντος.

De Ariſtide à muſtela vulnerato, atque moriente.

Ὅτι Ἀριστείδης ὁ Λοκρὸς ὑπὸ [1] Ταρτησίας γαλῆς δηχθεὶς, καὶ

Ariſtides Locrenſis vulneratus à muſtela Tarteſia, morienſque,

1 Ὑπὸ Ταρτησίας γαλῆς] *A fele Tarteſia.* γαλῆ Ταρτησία antiquis erat in deliciis & pretio ob magnitudinem. vide Heſychium, γαλῆν κρέα κλέψασαν. Ariſtophan. in *Veſpis* habet. γαλᾶν ἁρπακτικώτερος, *felibus rapacior*, inquit Lucianus in *Piſcatore.* γαλῆ Ἑκάτης διάκονος, *felis Hecatæ famula.* Anton. *fab.* 29. γαλῆ κροκωτόν. Noſter *lib.* IX. *Hiſt. Anim.* οἱ μὲν οὖν μῦς &c. τὴν γαλῆν πεφρίκασι κρίξασαν. quod interpretes reddunt. *mures* &c. *nihil pejus quam felis vocem perhorrent.* confer omnino Noſtrum *lib.* XV. *H. A. cap.* 11. Nicephorum Gregoram *lib.* VII. *cap.* 2. de fele alba in atramentum ſutorium delapsâ. Suidas *voce* γαλῆ mendoſus eſt. γαλῆ, inquit, τὸ ζῶον. καλεῖται δὲ πρός τινων καὶ κερδὼ καὶ ἱλαρεία. ἔστι δὲ τὸ ὄνομα ἰσόψηφον. δίκη, γαλῆ. ἀρχὴ ἀπὸ τῶν αὐτῶν σύγκειται γραμμάτων. Lego ἔστι δὲ τὸ ὄνομα γαλῆ ἰσόψηφον δίκη. ἀπὸ γὰρ αὐτῶν σύγκειται γραμμάτων. ex Artemidori *lib.* VII. *cap.* 28. unde Suidas hæc omnia ad verbum deſcripſit. explicationem dabit Caſaubon. in *Theoph. Char. cap.* 16. Felis etiam *Muſio* vel *Muraria* dicitur. *Excerpta Vet. Gloſſ. muraria* μυιολ-

καὶ ἀποθνήσκων, εἶπεν· [2] ὅτι πολὺ ἂν [3] ἥδιον ἦν αὐτῷ δηχθέντι ὑπὸ λέοντος ἢ παρδάλεως ἀποθανεῖν, [4] εἴπερ οὖν ἔδει τινὸς τῷ θανάτῳ προφάσεως, ἢ ὑπὸ θηρίου τοιούτου· τὴν ἀδοξίαν, ἐμοὶ δο-

que, dixit: Multò ſibi jucundius futurum fuiſſe, mori ex leonis vel pardalis morſu, ſiquidem aliquam mors cauſam requireret, quam ex talis beſtiolæ morſu: ignominiam ille,

μυιολογος. *l.* μυολόγος quaſi dixeris *murilegus.* Iſidor. *lib.* XII. *Orig. cap.* 2. Oppianus *lib.* II. *Cyneget.* vocat.

Αἰλούρους κακοεργοὺς,
Τοί τε κατοικιδίοισιν ἐφωπλίσαντο καλιαῖς,
Καὶ τυτθοὺς, ἁπαλοὺς, ὀλιγοδρανέας τε μυοξούς·
muſtelas (ita vertit Rittersh.) *maleficas,*
Et quæ domeſticos armantur adverſum nidos,
Et parvos, teneros, imbelleſque glires:

Philes περὶ ζώων ἰδιότητος *Sect.* 89. de muribus

Ους καὶ γαλῆ τρίζουσα καὶ πλὰξ καὶ βρόχος,
Καὶ παγὶς ἐξέτριψε καὶ βραχὺ στέαρ.

Berſmannus vertit.

Quos ſtridulus felis, tabella funium,
Nexuſque tollunt atque lardi portio,

confer Stobæum *p. m.* 300. KUHN. Locum Artemidori a Cl. Kuhnio allegatum ita repræſentant libri manu exarati. ἔστι γὰρ ἰσόψηφος δίκη καὶ γαλῆ, καὶ ἀλγή· ἀπὸ γὰρ τῶν αὐτῶν σύγκειται γραμμάτων. hanc ſcripturam tuetur etiam codex MS. Suidæ.

Ταρτησίας γαλῆς] Celebrata eſt *Tarteſia*, ſive *Muſtela*, ſive *Felis*, ut vult Kuhnius, per Collectores Adagiorum, qui pene omnes eam memorant. Vide Diogenianum, Suidam, Heſychium, & adde Eraſmum noſtratem. Interpretes autem plerique vertunt *Felis Tarteſia.* At Eraſmus dubitat *Chil.* I. *Cent.* 2. *Adag.* 72. *Vox hæc γαλῆ Felemne ſignificet, an Muſtelam, quoniam inter eruditos controverſiam eſſe video, relinquo aliis judicandum.* Atque ita Caſaubonus quoque *ad Theophraſtum*, & Munkerus *ad Anton. Liberalem Fab.* 29. Res ita ſe habet. Antequam Homines ſatis diſtinguere poſſent animalia, tunc ubique, quæ non multum diverſi erant generis, uno eodemque deſignabantur vocabulo. Sic ergo etiam Mures, Muſtelæ, Feles, Stelliones, una hac voce γαλῆς fuerunt primum appellati. Et hinc caveæ, in quibus hujuſmodi animalcula capiebantur, & dein circumferebantur & oſtentabantur, dicebantur etiam deinceps γαλεάγραι. Vide Athenæum *lib.* XIV. *p. m.* 616. Atvero poſteaquam Homines animalia hæc melius cognoſcere & diſtinguere cœperunt, tunc ſingulis propria dederunt nomina. Et ita Græci tunc *Felem* dixerunt Αἰλουρὸν, *Muſtelam* Γαλῆν, *Stellionem* Γαλεώτην. Indubiam & liquidam iſtorum vocabulorum diſtinctionem reddunt non tam Gloſſæ, quæ tamen & ipſæ Γαλῆ *Muſtelam* interpretantur, & Αἰλουρὸν *Felem*, quam ipſi Græci Latinique Auctores inter ſe collati. Galinthias, Alcmenes parturientis famula, vel amica, dicitur in Γαλῆν verſa a Deabus, quas deceperat. Vide Anton. Liber. *Fab.* 29. qui etiam ita deſcribit γαλῆν, ut ſatis pateat *Muſtelam* deſcribi. Tribuit enim illi δίαιταν ἐν τῷ μυχῷ, *vitam in caverna*, & ἄμορφον εὐνὴν, *deformem coitum*, nempe, ut addit, *per aures*, quod de *Muſtelis* Veteres dixere. Vel ſic tamen Xylander verterat iſtic *Felem.* Licet proxima ſuperiore fabula Auctor veram *Felem* expreſſurus dixerit, ut debebat, Αἰλουρον. Sed & Ovidius *Metamorph.* IX. 323. Galanthida tradit converſam in animalculum, quod *colorem* Galanthidis, quæ dicitur fuiſſe *Flava comas, non amiſerit.* Et *quia mendaci parientem juverat ore, ore pariat.* Lactantius Placidus in *Argumento Metamorph.* diſerte ait verſam *in Muſtelæ figuram.* Fabulam autem hanc confictam reor, ex eo, quod cum *Alcmene difficulter pareret*, *Muſtela* forte *prætercurrens* eam terruerit, & terrore illo *fetum expulerit.* Hinc ergo Thebani *Muſtelam* colebant, & Herculis nutricem dicebant. Docet illud Ælianus *Hiſt. Anim.* XII. 5. Ἀλκμήνης τεκεῖν οὐ δυναμένης, τὴν δὲ γαλῆν πα-

ἐμοὶ δοκεῖν, ἐκεῖνος τοῦ δήγματος πολλῷ βαρύτερον φέρων, ἢ τὸν θάνατον αὐτόν.

ille, ut mihi videtur, iſtius morſus multo gravius, quam ipſam mortem, ferens.

ῥαδραμεῖν, καὶ τὰς τῶν ὠδίνων λῦσαι δεσμὰς. Adde Euſtathium *ad Hom. Iliad.* T. *p.* 1239. Thebani vero ut partum hunc auguſtiorem redderent, & ne viderentur *Muſtelæ* rem divinam facere, interpoſuerunt Junonem fabulæ, & ex Γαλῆ fecerunt *Galinthida* feminam, cui proinde eos ſacra facere ante ipſum Herculem ait Anton. *Lib. d. l.* Sed & Alii (Vide Ælian. *Hiſt. An.* XV. 11.) tradunt Γαλῆν fuiſſe Feminam iſtius nominis veneficam, impudicam, & quæ *fœdam venerem* exerceret, & ideo converſam in hoc animalculum ab Hecate, quam tamen Ant. Lib. ait conſtituiſſe illam ſibi miniſtram, ἱερὰν διάκονον. Satis liquet & hanc fabulam ex ea ortam opinione, quod *Muſtelæ ore pariant*, ſeu ex illa ἀμόρφῳ εὐνῇ, & παρανόμῳ Ἀφροδίτῃ. Sed ut ad γαλῆν & *Muſtelam* conferendas redeam, Ariſtoteles *Hiſt. Anim.* IX. §. 101. cum ſuperiore §. de Teſtudine egiſſet, ſubjicit, Ἡ δὲ Γαλῆ, ὅταν ὄφει μάχηται, ἐπεσθίει τὸ πήγανον, *Muſtela, quando cum ſerpentibus pugnat, comedit rutam.* Adde huic Plutarchum *de Solertia Anim. p.* 974. qui Ariſtotelem deſcripſit, quamvis minus accurate, (nam quod de ſola *teſtudine* dixerat Ariſtoteles, ὅταν ὄφεως φάγῃ, ille refert ad utramque, *teſtudinem* & *muſtelam*, ſcribens ideo etiam φάγωσι) & ipſum Ælianum *Hiſt. Anim.* IV. 14. At Plinius eadem ex Ariſtotele tradens, diſerte *Muſtelam* dicit, non *Felem*: VIII. 27. *Teſtudo Cunilæ, quam bubulam vocant, paſtu vires contra ſerpentes refovet: Muſtela rutæ, in murium venatu cum iis* (ſerpentibus) *dimicatione conſerta.* Adde XX. 13. & XXIX. 4. ubi eadem de *Muſtelis* tradit. Similiter Ariſtoteles *de Generat. Anim.* III. 6 refutat opinionem illorum, qui crediderunt Γαλῆν *ore parere*, idque ortum putat ex eo, quod parvos plane edat catulos, eoſque ore transferat ſæpe de loco in locum. Hoc ipſum vero de *Muſtela* tradit & Plinius XXIV. 4. & Plautus *Sticho* III. 2. 44. Denique infeſtæ erant muribus Γαλαῖ, ſeu *Muſtelæ.* Hinc Homerus in Βατραχομ. *v.* 52. inducit Murem, qui maxime metuat γαλέην, Ἣ καὶ τρωγλοδύνοντα κατὰ τρώγλην ἐρεείνει, *quæ & cavernas ſubeuntem in ipſis cavernis quærit.* Faciunt hoc *Muſtelæ*, non *Feles*, qua tamen voce perperam iſtic quoque utitur Interpres. Sed & Latini ſemper pene mures memorant à *Muſtelis* captos. Vide Plautum *d. l.* & Phædrum *lib.* IV. *init.* Quin inde, teſte eodem Phædro *paulo poſt*, *Hiſtoria pugnæ murium & Muſtellarum in tabernis pingi* ſolebat, plane uti apud Homerum Mures haud alios ſibi hoſtes memorant, quam Γαλέας, unde ſine dubio pictura iſthæc originem traxit. Ceterum liquet ex his, fuiſſe *Muſtelas* in Græcia frequentes, quæ *in domibus hominum oberrabant*, & *mures venabantur*, ut ait Plinius. Atque hinc apud Stobæum *Serm.* LXXXVII. Diogenes ait, *in ædibus in quibus multum eſt cibi, multos eſſe mures & γαλᾶς*, h. e. *Muſtelas*, non *Feles*, ut etiam iſtic male vertitur. Nam manifeſtum eſt, loqui eum de animalibus, non, quæ ultro adſciſcuntur ab hominibus, ut Feles, ſed quæ ſua ſponte in tales ædes concurrunt præter voluntatem dominorum, ut Muſtelæ. Vide Phædrum *fab.* 22. Sed præter has erant & *Sylveſtres* Muſtelæ, ut Plinius ait XXIX. 4. quæ *diſtant magnitudine* à Domeſticis, & quas *Græci vocant ictidas*, ſeu γαλέας ἀγρίας, quæ itidem ad Mures ruſticos in Agris exſtinguendos adhibebantur. Ariſtot. *Hiſt. Anim.* VI. §. 432. αἱ γαλαῖ αἱ ἄγριαι μάλιστα ἀναιροῦσι, *muſtelæ ſylveſtres maxime* eos mures *tollunt.* Frequentes erant in Libya & Hiſpania, ubi etiam in Cuniculos, & eorum cavernas immittebantur, teſte Strabone *lib.* III. *pag.* 144. Hæ autem erant vel ipſæ *Tarteſſiæ*, h. e. Hiſpanicæ, vel certe *Tarteſſiis ſimillimæ*, ut diſerte ait Herodotus IV. 192. in Libya eſſe γαλᾶς τῇσι Ταρτησσίῃσι ὁμοιοτάτας. Et ſane ut Sylveſtres Plinius ait *diſtare magnitudine* a Domeſticis, ſic Ταρτήσσιαι ſimpliciter dicebantur à Græcis omnes majores muſtelæ. Scholiaſtes Ariſtoph. *ad Ranas p.* 234. Λέγουσι δὲ Ταρτησσίαν Γαλῆν ἀντὶ τοῦ Μεγάλην. Similiter Suidas, Heſychius, & Alii. Hæc paulo uberius ſum exſecutus, quia Interpretes Auctorum vel hæſitant, ut Portus apud Suidam, *Muſtelam vel felem* vertens,

vel,

vel, ut plerique Alii, reddunt ſimpliciter *Felis*, & omnia Adagia ab Γαλῆ formata *Feli* adſcribunt, & quia hoc ipſo in loco Kuhnius malebat exponi *à fele Tarteſia*. PERIZ.

2 Οὐ πολὺ αὖ ἥδιον] Adde quæ Cl. Freinshemio notantur *ad lib.* III. *cap.* 5. Curtii iis verbis: *Non in acie ſaltem* &c. SCHEFF. Et Cupero *lib.* I. *Obſerv. cap.* 8. KUHN.

3 Πολὺ ἥδιον &c.] Hoc facit commune proverbium: λέων με καὶ φαγέτω, *me leo vel devoret*, quo deprecabantur mortem ignobilem à minutis & venenatis animalculis illatam, Epictetus apud Arrianum *lib.* II. *cap.* 9. οἱ μὲν ἡμῶν μεγάλα θηρία εἰσὶν, οἱ δὲ θηρίδια κακοήθη καὶ μικρὰ, ἀφ' ὧν ἔστιν εἰπεῖν, λέων με καὶ φαγέτω. IDEM.

4 Εἴπερ οὖν ἔδει &c.] Male hæc à ſuperioribus divulſa, cum ſequentibus, ἢ ὑπὸ θ. τ. conjunguntur in verſione, hoc modo, *quando quidem neceſſe fuiſſet aliquam mortis occaſionem exiſtere, non ab ejuſmodi contempta beſtiola.* Alium eſſe Auctoris ſenſum ex mea verſione ſatis clarum eſt. PERIZ.

ΚΕΦ. λε΄.

Τίσιν ἐχρῶντο οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς τὰς ἀρχάς.

[1] Οὐ μόνοις τοῖς ἀστοῖς ἐχρῶντο Ἀθηναῖοι, πρὸς τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς στρατηγίας ἐπιτηδείοις, [2] ἀλλὰ γὰρ καὶ ξένους προῃροῦντο, καὶ τὰ κοινὰ αὐτοῖς ἐνεχείριζον, εἴπερ οὖν αὐτοὺς ἀγαθοὺς ὄντας κατέγνωσαν, καὶ ἐπιτηδείους εἰς τὰ τοιαῦτα.

[3] Ἀπολλόδωρον τὸν Κυζικηνὸν πολλάκις στρατηγὸν εἵλοντο, ξένον ὄντα, καὶ Ἡρακλείδην τὸν Κλαζομένιον. Ἐνδειξάμενοι γὰρ, ὅτι ἄξιοι λόγου εἰσὶν, εἶτα οὐκ ἔδοξαν ἀνάξιοι [4] τοῦ Ἀθηναίων ἄρχειν εἶναι. Καὶ ὑπὲρ μὲν τούτων [5] ἐπαινεῖν χρὴ τὴν πόλιν, [6] μὴ καταταα-

CAP. V.

Quos Athenienſes ad reipublicæ gubernacula delegerint.

Athenienſes non ſolum civibus, ad Magiſtratus & imperia idoneis, uſi ſunt, ſed ſæpe etiam peregrinos delegerunt, eiſque rempublicam permiſerunt, ſiquidem eos ſtrenuos eſſe *viros* cognoviſſent, & ad talia idoneos.

Apollodorum Cyzicenum ſæpe belli ducem crearunt, quamvis eſſet peregrinus, item Heraclidem Clazomenium. Quum enim ſe dignos laude præſtitiſſent, non judicati ſunt indigni, qui Athenienſibus præeſſent. Atque ob hæc laudare opor-

1 Οὐ μόνοις τοῖς ἀστοῖς] MSS. B. & C. ἀστικοῖς. SCHEFF. Iterum MSS. explicant vulgatam. KUHN.

Οὐ μόνοις τοῖς ἀστοῖς] Etiam Lugd. ἀστικοῖς, & mox ἀλλὰ καὶ omiſſo γὰρ, conſpirans in utroque ut ſolet, cum B. & C. Pariſienſibus. Sed vulgatum ut reliqui tuentur Codd. ſic & Noſter ſæpius eo uſus eſt. Vide *ſupra* VI. 10. & XIII. 24. De re etiam ipſa & Athenienſium inſtituto recipiendi *Peregrinos* in Civitatem, & Honorum conſortium egi ad IV. 6. & VI. 10. De ἀλλὰ γὰρ Vide *ſupra* III. 17. 30. PERIZ. Mediceus οὐ μόνον τοῖς.

2 Ἀλλὰ γὰρ καὶ ξένους] MSS. B. & C. ἀλλὰ καὶ ξένους. Nil tamen muto. vid. *Indic.* SCHEFF.

3 Ἀπολλόδωρον &c.] Sumpſit hæc Ælianus ex Platonis *Ione*, *prorſus in extremo*, ubi Socrates Ionem his verbis alloquitur. Ὦ βέλτιστε Ἴων, Ἀπολλόδωρον οὐ γιγνώσκεις τὸν Κυζικηνὸν, ὃν Ἀθηναῖοι πολλάκις ἑαυτῶν Στρατηγὸν ᾕρηνται, ξένον

ταχαριζομένην τἀληθὲς τοῖς πολίταις, ἀλλὰ νέμουσαν καὶ τοῖς γένει μὲν μὴ προσήκουσι, δι' ἀρετὴν δὲ ἀξίοις τιμᾶσθαι.

oportet civitatem, quæ civibus de vero & æquo nihil gratificabatur, ſed illud etiam iis tribuebat, qui gentis quidem ejuſdem non eſſent, propter virtutem tamen eſſent digni, qui honorarentur.

ΚΕΦ.

CAP.

νον ὄντα, καὶ Φανοσθένη τὸν Ἄνδριον, καὶ Ἡρακλείδην τὸν Κλαζομένιον, οὓς ἤδη ἡ πόλις ξένους ὄντας, ἐνδειξαμένους ὅτι ἄξιοι λόγου εἰσὶ, καὶ εἰς στρατηγίας καὶ εἰς τὰς ἄλλας ἀρχὰς ἄγει, *O optime Ion, Apollodorum ergo Cyzicenum non noſti, quem Athenienſes peregrinum hominem ſæpe ſuarum copiarum Ducem crearunt? Et Phanoſthenem Andrium, & Heraclidem Clazomenium, quos itidem peregrinos, ſed declarantes, ſe pretii alicujus eſſe, civitas hæc jam producit ad Ducatus & alios Magiſtratus?* Patet ex his etiam ætas illorum Hominum. Sed miror, quibus fidiculis extorquere ex hiſce potuerit Athenæus maledicentiam Platonis in hos ipſos Homines. Ait ille *lib.* XI. *cap. ult. p.* 506. ὅτι δὲ καὶ δυσμενὴς ἦν (ὁ Πλάτων) πρὸς ἅπαντας, δῆλον καὶ ἐκ τῶν ἐν τῷ Ἴωνι ἐπιγραφομένῳ, ἐν ᾧ πρῶτον μὲν κακολογεῖ πάντας τοὺς Ποιητὰς, ἔπειτα καὶ τοὺς ὑπὸ τοῦ δήμου προαγομένους, Φανοσθένη, Ἀπολλόδωρον, καὶ Ἡρακλείδην, *Quod vero etiam malevolus fuerit in omnes, manifeſtum ex iis, quæ in Dialogo, qui Ion inſcribitur, occurrunt, in quo primum male loquitur de omnibus Poetis, deinde etiam de iis, qui à populo producebantur, Phanoſthene* &c. Atqui in toto Dialogo nuſquam fit illorum mentio, niſi in Verbis modo laudatis. Quæ vero in iis maledicentia? An quod dicuntur ἐνδείξασθαι, ὅτι ἄξιοι λόγου εἰσι. Quid dicam? Manifeſta nimis eſt δυσμένεια, *malevolentia*, ipſius Athenæi in Platonem. Nam & ejuſdem generis eſt, quod de *Poetis* ait, quibus nihil iſtic detrahit Plato, ſed ludit tantum *Rhapſodos*, Homeri recitatores & Interpretes, qualis fuit *Ion*. PERIZ.

4 Τῶν Ἀθηναίων ἄρχειν] MSS. B. & C. τοῦ αὖθις ἄρχειν. SCHEFF.

5 Ἐπαινεῖν] Laudat Noſter Athenienſes, quod virtutem in peregrinis æſtimarint, nec *ubi natus, ſed uti moratus quiſque fuerit, ſpectarint. Olitori enim & cauponi merito neceſſum eſt, oleum & vinum ex nobilitate ſoli commendare, vinum Thaſium, olus Phliaſium. quippe illa terræ alumna multum ad meliorem ſaporem juverit, & regio fœcunda, & cælum pluvium, & ventus clemens, & ſol apricus, & ſolum ſuccidum. Enim vero animo hominis extrinſecus in hoſpitium corporis immigranti, quid ex iſtis vel addi vel minui ad virtutem vel malitiam poteſt? quando non in omnibus gentibus varia ingenia provenere? quanquam videantur quædam ſtultitia vel ſolertia inſigniores. apud ſocordiſſimos Scythas Anacharſis ſapiens natus eſt: apud Athenienſes catos, Meletides fatuus.* Apulejus in *Apol. Nobilis hic* (equus eſt) *quocunque venit de gramine, cujus clara fuga ante alios, & primus in æquore pulvis.* KUHN.

6 Μὴ καταχαριζομένην τἀληθὲς] Eſt elegans locutio, qua ſignificatur minus vere & recte judicare de quibuſdam in gratiam aliorum, ſeu id, quod verum & rectum eſt, prodere alicui. Sic IX. 11. καταχαρίζεσθαί τι τῶν δικαίων. Vide & de *judicio Famæ per gratiam* I. 23. Paulo ante Lugd. iterum, ut B. & C. Paris ἀνάξιον τοῦ αὖθις ἄρχειν, quaſi hæc ad ſolum *Apollodorum* eſſent referenda, qui πολλάκις ἦρξε: ſed perperam. PERIZ.

ΚΕΦ. ϛʹ.

Ἀριστίππου γνώμη περὶ εὐθυμίας.

Πάνυ σφόδρα ἐῤῥωμένως ἐῴκει λέγειν [1] ὁ Ἀρίστιππος, παρεγγυῶν, μήτε τοῖς παρελθοῦσιν ἐπικάμνειν, μήτε τῶν ἐπιόντων προκάμνειν. [2] Εὐθυμίας γὰρ δεῖγμα τὸ τοιοῦτο, καὶ ἵλεω διανοίας ἀπόδειξις. Προσέταττε δὲ [3] ἐφ' ἡμέραν τὴν γνώμην ἔχειν, καὶ αὖ πάλιν τῆς

CAP. VI.

Aristippi sententia de hilaritate.

Aristippus prorſus fortiter & vere viſus eſt loqui, præcipiens, neque ob præterita torquere ſe, neque in anteceſſum ob futura. Id enim animi eſſe documentum tranquilli, hilariſque cogitationis argumentum. Jubebat autem in ſingulos *tantum* dies animum intendere, & porro

1 Ὁ Ἀρίστιππος] Conſule de hac re Diog. Laert. in *vitâ Ariſtippi*, itemque Athenæum *lib.* XIII. *cap.* II. quem citat Clar. Menagius in *ſuis obſerv.* de ſententia ipſius vide, quæ habet Pricæus *ad Matthæum cap.* VI. *verſ.* 34 SCHEFF.

Ἀρίστιππος] De Eo Vide *ſupra* VII. 3. & IX. 20. Παρεγγυῶν, quod ſequitur, eſt *præcipiens*, *monens*. Sic Imp. Julianus *Orat.* I. *p.* 39. παρεγγυῶν τοῖς στρατευομένοις πονεῖν, *præcipiens militibus laborem*. PERIZ.

2 Εὐθυμίας δεῖγμα] Indicium animi tranquilli eſt, nec ob præterita dolorem diu alere recordando, nec ob futura ante tempus mærorem præcipere, ſed in præſens conſulere, & quæ Deus otia fecit, grata ſumere manu. οἱ ἀνόητοι καὶ παρόντα τὰ χρηστὰ παρορῶσι καὶ ἀμελοῦσι ὑπὲρ τοῦ συντετάσθαι πρὸς τὸ μέλλον ἀεὶ ταῖς φροντίσι, *imprudentes bona etiam præſentia non vident*, *& negligunt*, *quia omnes curas & cogitationes in futurum extendunt.* οἱ δὲ φρόνιμοι καὶ τὰ μηκέτ' ἐόντα τῷ μνημονεύειν ἐναργῶς ὄντα ποιοῦσιν ἑαυτοῖς. τὸ γὰρ παρὸν τῷ ἐλαχίστῳ τοῦ χρόνου μορίῳ θίγειν παρέχον, εἶτα τὴν αἴσθησιν ἐκφυγὸν, οὐκ ἔτι δοκεῖ πρὸς ἡμᾶς οὐδ' ἡμέτερον εἶναι τοῖς ἀνοήτοις &c. *prudentes autem etiam ea*, *quæ non amplius ſunt*, *fida memoria ſibi rem præſentem denuo faciunt. cum enim præſens minimam temporis particulam ſinat delibare*, *ſtatimque effugiat ſenſum*, *non amplius ad nos pertinere videtur inſipientibus* &c. Plut. περὶ εὐθυμίας. confer M. Antoninum *lib.* III. & ibi *notas* Gattakeri *p.* 112. 270. KUHN.

3 Ἐφ' ἡμέραν] Vel legendum cum Sluisk. & Regio B. ἐφ' ἡμέρᾳ, plane uti ſtatim ſequitur, ἐπ' ἐκείνῳ τῷ μέρει, non μέρος, Et ita Heſiodus Ἐργ. 43. καὶ ἐπ' ἤματι, *etiam uno die*, & *v.* 102. ἐφ' ἡμέρῃ ἠδ' ἐπὶ νυκτὶ, *interdiu & noctu.* Et 799. οἱ ἐπ' ἔργματι τούτῳ ἄριστοι, *qui ad opus hoc optimi.* At ἐφ' ἡμέραν notat vel *ſub diem orientem*, vel *uſque in integrum diem.* Sic ἐπὶ πλεῖστον τῆς ἡμέρας, III. I. Et *Actor. Ap.* III. I. ἐπὶ τὴν ὥραν ἐννάτην, *ſub horam nonam*, ſeu, *paulo ante*, *circiter.* Vel (quia haud dubie ſunt & alii Codd. qui retinent vulgatum, & certe Lugd. ut & Regius A. per compendium ita hoc ſcribunt, ut ultimæ literæ non ſint expreſſæ, ſed tamen ἡμέραν videantur velle) uno vocabulo ἐφήμερον. Sic III. 29. Βίον ἔχων τὸν ἐφήμερον, *victum habens ſemper unius tantum diei:* Et hinc ἐφήμερον dici etiam cœpit, quod caducum & ſingulis diebus mutari poteſt. Sic de vita & natura hominis VIII. II. Alterutrum certe genuinum eſſe Auctoris, nullus dubito. PERIZ.

4 Τὸ μὲν γὰρ ἀπολωλέναι] Eudemus *lib.* III. ὥσπερ δὲ τῆς κινήσεως τὸ ἄτμητον ἐστι μόνον, τὸ δὲ παρεληλυθὸς ἔῤῥει, τὸ δὲ ἐσόμενον οὔπω ἐστίν· οὕτω καὶ τοῦ χρόνου τὸ μὲν οἴχεται, τὸ δὲ οὔπω ἐστὶ, τὸ δὲ παρόν ἐστιν,

ἄλλο

τῆς ἡμέρας ἐπ' ἐκείνῳ τῷ μέρει, καθ' ὃ ἕκαστος ἢ πράττει τι, ἢ ἐννοεῖ. Μόνον γὰρ ἔφασκεν ἡμέτερον εἶναι τὸ παρὸν, μήτε δὲ τὸ φθάνον, μήτε τὸ προσδοκώμενον· [4] τὸ μὲν γὰρ ἀπολωλέναι, τὸ δὲ ἄδηλον εἶναι, εἴπερ ἔσται.

ro iſtius diei illam *tantum* partem, qua quiſque quid ageret, aut cogitaret. Solum enim ajebat præſens noſtrum eſſe, non autem præteritum, neque futurum: illud enim jam periiſſe, hoc an eventurum ſit, incertum eſſe.

ἄλλο καὶ ἄλλο γινόμενον ἀεί. *quemadmodum motus pars inſectilis ſola exiſtit, præterita autem jam periit, & futura nondum eſt: ita & tempus partim abiit, partim necdum eſt, præſens autem eſt ſemperque fit aliud atque aliud.* Simplicius *Commentar. in* IV. *Phyſ. fol.* 137. & Archytas in *de Univerſo* (περὶ παντὸς) apud eundem, ὁ χρόνος, inquit, ἤτοι τὸ παράπαν οὐκ ἐντὶ, ἢ ἀμυδρῶς καὶ μόλις ἐντί. ᾧ γὰρ τὸ μὲν παρεληλυθὸς οὐκ ἔτι ἐντὶ, τὸ δὲ μέλλον οὐδέπω ἐντὶ, τὸ δὲ νῦν ἀμερὲς καὶ ἀδιαίρετον, πῶς ἂν ὑπάρχοι τοῦτο κατ' ἀλάθειαν, *tempus vel omnino non eſt, vel obſcure & vix eſt: cujus enim præteritum non eſt amplius, futurum autem nondum, præſens denique ſine partibus & indiviſibile exiſtit, quomodo poſſet illud eſſe revera?* KUHN.

ΚΕΦ. ζ'.

CAP. VII.

Νόμος Λακωνικὸς περὶ τῆς τῶν σωμάτων χρόας, καὶ εὐφυΐας, καὶ τῶν ὑπερσαρκούντων.

Lex Laconica de corporum colore, & bono habitu, item de præpinguibus.

[1] Λακεδαιμόνιος οὗτος ὁ νόμος· ὁ δὲ νόμος ἐκεῖνα λέγει, Μηδένα Λακεδαιμονίων [2] ἀνανδρότερον ὁρᾶσθαι τὴν χρόαν, ἢ τὸν [3] ὄγκον τοῦ σώματος ἔχειν [4] ὑπὲρ τὰ γυμνάσια. Ἐδόκει γὰρ τὸ μὲν ἀργίαν ὁμολογεῖν, τὸ δὲ οὐχ ὁμολογεῖν ἄνδρα. [5] Προσεγέγραπτο δὲ τῷ νόμῳ, καὶ διὰ

Lacedæmonia Lex hæc eſt: jubet autem illa lex, ut nemo Lacedæmoniorum minus virilis appareat colore, aut corporis molem habeat ſupra quam exercitia ferant. Nam hoc Segnitiam declarare, illud non declarare Virum videbatur. Adſcriptum vero erat legi, ut etiam deci-

1 Λακεδαιμόνιος οὗτος ὁ νόμος] Auctor Agatharchides teſte Athen. *lib.* XII. & Plutarch. *de Inſt. Lacon.* SCHEFF.

2 Ἀνανδρότερον τὴν χρόαν] Color corporis ἀνανδρότερος eſt *albedo* Lacedæmoniis, ut quæ ἐσκιατραφημένον, *in umbra educatum* hominem arguit. Hujuſmodi corpora habebant Perſæ quia nunquam ſe ſoli nudos oſtenderant in palæſtris. Quare Ageſilaus in Aſia contra Perſas exercitum ducturus, omnes captivos nudatos venundari voluit, ut milites ex colore viderent, cum effœminatis ſe pugnaturos. λευκῶν ἀνδρῶν οὐδὲν ὄφελος, *alborum virorum nullus eſt uſus*, proverbio Græci dixerunt. Ipſi enim πολυσαρκίαν ἀργὴν καὶ λευκὴν, *corpulentiam otioſam & albam*, exercitiis excoquebant, vel emendabant, ὑπέρυθροι καὶ τὸ μελάντερον ὑπὸ τοῦ ἡλίου κεχρωσμένοι, *rubicundi & moderatè nigricantem à ſole trahentes colorem.* Lucianus *de Gymnaſ.* vid. Ariſt. *lib.* I. *de Gen.*

διὰ δέκα ἡμερῶν πάντως τοῖς Ἐφόροις τοὺς ἐφήβους παρίϛαϑαι γυμνοὺς δημοσίᾳ. Καὶ εἰ μὲν ἦσαν εὐπαγεῖς, καὶ ἐῤῥωμένοι, καὶ 6 ἐκ τῶν γυμνασίων οἱονεὶ διαγλυφέντες, καὶ διατορευθέντες, ἐπῃνοῦντο· εἰ δέ τι χαῦνον ἦν αὐτοῖς τῶν μελῶν, ἢ ὑγρότερον, ὑποιδούσης καὶ ὑπαναφυομένης διὰ τὴν ῥαθυμίαν πιμελῆς, ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν 7 ἐπαίοντο, καὶ ἐδικαιοῦντο. Ἐτίθεντο δὲ καὶ φροντίδα οἱ Ἔφοροι καθ' ἑκάϛην πολυπραγμονεῖν 8 τὰ περὶ τὴν ϛολὴν, εἰ

decimo quoque die ephebi omnino Ephoris sese publice exhiberent nudos. Quod si essent bene compacto corpore, & robusti, & quasi sculpti atque tornati per exercitia, laudabantur: sin aliquod iis membrum esset flaccidum, aut mollius, intumescente aliquantulum & succrescente per inertiam pinguedine, verberabantur, & puniebantur. Adhibuerunt etiam curam Ephori, ut quotidie diligenter attenderent ad vesti-

Gen. An. cap. 20. fœminas ipsas distinguit in λευκοχρόας καὶ θηλυκὰς & μέλανας καὶ ἀῤῥενωπούς. KUHN.

Ἀνανδρότερον ὁρᾶσθαι] Sumpta hujus Capitis pleraque ex Athenæo XV. 12. Vel, quem ille laudat, ex Agatharchidæ libro XXVII. ita tamen ut Oratorio Stylo videantur ab Auctore ornata & locupletata: nam res certe easdem, sed brevius, habemus apud Athenæum. Ἀνανδρότεροι τὴν χρόαν erant homines albi, non exusti sole, nec indurati exercitiis, quorum idcirco color, tanquam femineus & mollis, mox dicitur οὐχ' ὁμολογεῖν ἄνδρα. Vide hic Kuhnium. Athenæus ait σχῆμα ἀνανδρότερον ἔχειν. PERIZ.

3 Ὄγκον σώματος] Galenus *lib.* V. ὑγιεινῶν ait, si corpus plus justo crassius habitiusque fuerit, id provenire vel à *molliori fricatione, vel rarioribus & infrequentibus exercitiis, vel somno multo, vel ventre astricto, vel cibo largius sumpto coctoque.* Ergo multiplicata exercitia obesum nimis & præpingue corpus ad justum redigunt modulum, ventremque castigant. Ideoque statim ab exercitiis absistendum, εἰ φανείη σοι συϛελλόμενος ὁ τοῦ σώματος ὄγκος, *si tibi moles carnis contractior videatur, ne aliquid boni corpori decedat*, ut Galenus monet *lib.* II. ὑγιεινῶν. Quintil. *lib.* VIII. *Instit. corpora exercitatione firmata ex iisdem his speciem accipiunt, ex quibus vires, namque & colorata & astricta & lacertis expressa sunt.* KUHN.

4 Ὑπὲρ τὰ γυμνάσια] h. e. *Supra quam solent esse corpora in gymnasiis*, scil. per exercitia. Sic XII. I. Ἀσπασία μὲν οὖν μεγαλοφρόνως, καὶ ὑπὲρ τὰς γυναῖκας Βασιλικῶς ἔδρασε, *supra quam solent ceteroqui mulieres.* XIII. I. Τὸ μέγεθος ὑπὲρ τὰς τελείας ἦν γυναῖκας, *magnitudine erat supra adultas Feminas.* PERIZ.

5 Προσεγέγραπτο δὲ καὶ τῷ νόμῳ, καὶ διὰ &c.] Delevi prius καὶ, volentibus ita MStis pariter. Neque sensus illud requirit, quin potius, ut supervacuum, aspernatur. IDEM.

6 Ἐκ τῶν γυμνασίων &c.] Eam enim in rem gymnasiis maxime utebantur, ut valido & robusto essent corpore. Nam ut ait Xenophon *de Rep. Laced.* οἱ μὲν διαπονούμενοι, εὔχροοί τε, καὶ εὔσαρκοι, καὶ εὔρωϛοί εἰσιν, οἱ δ' ἄπονοι, πεφυσημένοι τε, καὶ αἰσχροὶ, καὶ ἀσθενεῖς ἀναφαίνονται, *qui semper laborant bono colore, & carne, & viribus sunt præditi, at qui non laborant, inflati, & deformes, & imbecilli apparent.* Quare addit, *haud facile quem reperturum homines Spartanis magis validos, & magis aptos corpore ad omnia agenda.* De re ipsa Vide *supra* II. 5. & ibi Notas. IDEM.

7 Ἐπαίοντο καὶ ἐδικαιοῦντο] Eadem pene Ephorus de Gallis apud Strabonem *lib.* IV. *p.* 199. ἀσκεῖν αὐτοὺς, μὴ παχεῖς εἶναι, μηδὲ προγάϛορας· τὸν δὲ ὑπερβαλλόμενον τῶν νέων τὸ τῆς ζώνης μέτρον, ζημιοῦσθαι, *exercere se in id, ne pingues sint, neque prominentem habeant ventrem: Ex juvenibus autem si quis excedat cinguli mensuram, eum puniri.* De Romanis Censoribus, qui itidem Equitibus *nimis pinguibus & corpulentis*, Equum adimere solebant, Vide

εἰ ἕκαστα αὐτῆς μὴ ἀπολείπηται τοῦ κόσμου τοῦ δέοντος. [9] Ἔδει δὲ ὀψοποιοὺς ἐν Λακεδαίμονι εἶναι [10] κρέως μόνου. Ὁ δὲ παρὰ τοῦτο ἐπιστάμενος, ἐξηλαύνετο τῆς Σπάρτης, ὡς τὰ τῶν νοσούντων καθάρσια.

Οἱ αὐτοὶ Ναυκλείδην τὸν Πολυβιάδου ὑπερσαρκοῦντα τῷ σώματι, καὶ ὑπέρπαχυν διὰ τρυφὴν γενόμενον, [11] ἐκ τῆς ἐκκλησίας τῶν θεωμένων κατήγαγον, καὶ ἠπείλησαν αὐτῷ φυγῆς † [12] προτίμησιν, ἐὰν μὴ τὸν βίον, ὃν ἐβίου τότε, ὑπαίτιον ὄντα, καὶ

vestitum, an ejus singula justo ornatu non sint destituta. Coquos vero Lacedæmone esse oportebat solius carnis. Qui vero præter illud quid novisset, ejiciebatur Sparta, perinde atque ægrotantium piacula.

Idem Nauclidem, *filium* Polybiadæ, nimium corpore ingravescentem ac præpinguem per luxuriam factum è concione spectantium abduxerunt, & exsilii mulctam ei minitati sunt, nisi vitam, quam tunc vivebat, vitiosam, magisque Ioni-

† προστίμησιν.

Gellium *Noct. Attic.* VII. 22. Sed & Epaminondas volebat *milites ſuos exercitos non tam athletice, quam militarem in uſum, atque ideo etiam infeſtus erat* τοῖς πολυσάρκοις, *& talem quendam ejecit ex caſtris*, ut refert Plutarchus in *Apophth. Regum.* PERIZ.

8 Τὰ περὶ στολὴν] Nam neque hanc partem neglexerat Lycurgus Legiſlator eorum, ut in reliqua, ſic & in veſtitum inducta æqualitate miranda. Vide Cragium *de Rep. Laced. lib.* III. *Tab.* 6. *Inſtit.* I. & 2. Στολὴ notat omnem veſtitum, de quo Vide *ſupra ad* III. 24. Κόσμος autem non ſignificat hic aliquem ornatum, qui in ſupervacuis conſiſtit, & vulgo *ornatus* appellatur, & quo ſenſu Heraclides *de Politiis* ait, τῶν ἐν Λακεδαίμονι γυναικῶν κόσμος ἀφῄρηται, *Mulieribus Lacedæmone ornatus omnis ademptus eſt*, at qualis? nempe, qui ſequitur, κομᾶν, χρυσοφορεῖν. *Comam alere, aurum geſtare.* Notat vero hic *illud ipſum, quod Lex præſcribebat.* Hoc enim iſtic erat *decorum*, quod juſtum, licet viliſſimum. Sic εὐταξία καὶ κόσμος στρατοπέδου dicitur, quando *exercitus officio ſuo bene fungitur*, apud Imp. Julianum *Orat.* I. *p.* 23. & rediiſſe πρὸς κόσμον, *ad officium*, *p.* 20. Noſter etiam conjungit ideo σωφροσύνην καὶ τρόπου κόσμον, VI. 12. h. e. *temperantiam, & vitæ ac morum rationem congruentem legibus.* Et hinc κόσμιοι homines *probi, modeſti.* Ariſtoph. *Pluto p.* 10. οὐχ ὡς τοὺς δικαίους καὶ σοφοὺς, καὶ κοσμίους μόνους βαδιοίμην, *quod ad juſtos, & ſapientes, & Modeſtos ſolos iturus eſſem.* Et ita D. Paulus I. *Tim.* III. 2. Epiſcopum vult eſſe præter alia etiam σώφρονα, κόσμιον, h. e. non, ut ineptus quiſpiam Orator exponebat, *nitide ornatum veſtitumque*, verum *modeſte & decore viventem.* Sed & ita corpus Socratis creditum fuit κόσμιον καὶ σωφροσύνης ἐγκρατὲς, XIII. 27. Quod quid eſt aliud, quam agere illud omnia congruenter legibus naturæ, & ideo valetudine naturali vigere? Maxime convenit huic loco, quod Auctor *Hiſt. Anim.* XVI. 10. de Simiis ait, quæ ad oppidum Indiæ Latagen concurrant ex Sylva, ubi *Saturatæ cibariis, diſcedant rurſus in ſuas ſedes* σὺν κόσμῳ, *decenter, nec quidquam eorum, per quæ tranſeunt, lædant.* Et Athenæus XIV. 21. *p.* 656. referens Simonidi quotidianum victum ab Hierone miſſum liberaliter prorſus, at illum vendidiſſe pleraque, rogatum autem, quare id faceret, reſpondiſſe, ut ita pateat omnibus ἥτε Ἱέρωνος μεγαλοπρέπεια, καὶ ἡ ἐμὴ κοσμιότης, *Hieronis magnificentia, & mea frugalitas*, ſeu *temperantia.* IDEM.

9 Ὀψοποιοὺς] Adde *ſupra lib.* III. *cap.* 34. SCHEFF.

Ἔδει δὲ ὀψοποιοὺς &c.] Solum permittebant coquis ſuis ſal & acetum pro condimento. Plutarchus *de Valetudine*, οἱ Λάκωνες ὄξος καὶ ἅλας δόντες τῷ μαγείρῳ, τὰ λοιπὰ κελεύουσιν ἐν τῷ ἱερείῳ ζητεῖν, *Lacones acetum & ſal dantes coquo, reliqua* (condimenta) *jubent eum in ipſa victimæ*

καὶ [13] Ἰωνικὸν μᾶλλον, ἢ Λακωνικὸν, τοῦ λοιποῦ μεθαρμόσηται. Φέρειν γὰρ αὐτοῦ τὸ εἶδος, καὶ τὴν τοῦ σώματος

Ionicam, quam Lacedæmoniam, reliquo tempore emendaret. Etenim ipſius formam, & corporis habitum,

victimæ carne quærere. Talem *Laconicum coquum* emerat aliquando Dionyſius, ut ſibi pararet *jus illud nigrum*, quo ſeniores Lacedæmone veſcebantur, carne relicta junioribus. Sed quum illud minime placeret Dionyſio, reſponſum tulit à coquo, *deeſſe ipſi Laconica condimenta*, *famem*, *laborem*, *exercitia.* Vide Plutarchum *Inſt. Lacon.* & Cicer. *Tuſcul.* v. 34. Alterius vero generis coquos abhorrebant, & expellebant: id quod multis & eleganter oſtendit, atque exemplo probat, Maximus Tyr. *Diſſert.* VII. *init.* ubi ait Magiſtratus dixiſſe illi coquo, quem Sparta excedere confeſtim jubebant, ſe requirere τροφὴν ἀναγκαίαν μᾶλλον ἢ τεχνικὴν, nec ſe magis, quam Leones, deſiderare *coquum*, ὀψοποιὸν Atque hinc *Coqui*, tanquam res aliena à Spartanis, memorantur apud Plutarchum *Alcib. p.* 203. dum traditur, Spartanos, quum viderent Alcibiaden offula contentum, & jure illo nigro utentem, dubitaviſſe, an hic homo unquam domi ſuæ *coquum* habuiſſet. Periz.

10 Κρέως μόνου] Nam Λακωνικὸν δεῖπνον erat κρεάδιον καὶ ζωμὸς μέλας, *carnis parum cum juſculo atro.* Poſtea tamen Arei & Acrotati temporibus, qui paulo ante Cleomenem Lacedæmone regnarunt, luxus & quæ luxum ſequuntur vitia, Spartam quoque inundarunt. Athen. *lib.* IV. Kuhn.

11 Ἐκ τῆς ἐκκλησίας] Corruptus eſt hic locus. Hiſtoria ſe ita habet, uti refert Athenæus: Λακεδαιμόνιοι Ναυκλείδην τὸν Πολυβιάδου παντελῶς ὑπερσαρκοῦντα τῷ σώματι καὶ παχὺν διὰ τρυφὴν γενόμενον, καταβιβάσαντες εἰς μέσην τὴν ἐκκλησίαν, καὶ Λυσάνδρου πολλὰ ὀνειδίσαντος ἐν τῷ κοινῷ ὡς τρυφῶντι, παρ' ὀλίγον ἐξέβαλον ἐκ τῆς πόλεως. Deduxerunt eum, inquit, in concionem ad populum. Videlicet ut univerſi craſſitiem & ſaginam ejus corporis, ut rem monſtroſam oculis ſubjicerent, nec Ephori modo, verum tota civitas de ea judicaret. Legendum igitur apud Noſtrum εἰς τὴν ἐκκλησίαν, &c. Scheff. Ex hiſtoria: quæ apud Athenæum, eſt leg. εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ut notavit Schefferus; addo amplius, ſi nil apud Athenæum legeretur quod ad hanc rem faceret, facile tamen fuiſſe hoc mendum purgare propter verbum κατήγαγον: alioqui enim dixiſſet ἀπήγαγον. Faber. Interpres verba ἐκ τῆς ἐκκλησίας τῶν θεωμένων κατήγαγον ita reddit, *è concione, ſpectantibus univerſis, deduxerunt*, ac ſi legiſſet, πάντων θεωμένων. ſufficit, me judice, τῶν θεωμένων legere cum Romana, hoc ſenſu: *è concione ſpectatorum produxerunt*, *ut omnibus ejus aqualiculus eſſet ſpectaculo*, nec amplius ipſe una cum aliis civibus ludos ſpectandi licentiam haberet. Forte tum agebantur Hyacinthia, quod feſtum imprimis ποικίλη θέα & totius urbis concurſu celebratum Athenæus notat. Cæterum præter hunc Nauclidem alii quoque vixerunt, qui Lycurgi legibus contemptis in peregrinum luxum Spartæ lapſi ſunt. Apud Theopompum Pharax adeo non patriæ diſciplinæ tenax fuit, ut ob delicatiorem victum Siculus crederetur eſſe, non Spartanus. Gnoſippus ἄσωτος, *prodigus*, juvenum cæterorum commercio prohibitus eſt ab Ephoris, Athen. *lib.* IV. His adde Pauſaniam & Archidamum Reges, qui libenter domo aberant, cum luxurioſius, quam domi leges ferebant, inter peregrinos viverent, & tandem, ipſos *Ephoros.* Ariſt. *lib.* II. *Polit. cap.* 9. Kuhn.

Ἐκ τῆς ἐκκλησίας τῶν θεωμένων κατήγαγον] Sic etiam MSti, Noſtri & Pariſienſes. Neque tamen perſuadere mihi poſſum, locum hunc eſſe integrum, non tantum, quia, ut monuit jam Schefferus, Athenæus verbis ceteroqui ferme iiſdem *in mediam concionem deductum* ait. Sed & quia quod Tan. Faber recte omnino addidit, Græci non dicunt ita ſimpliciter κατάγειν ἵνα ἐκ τόπου, ſed εἰς τόπον. Vide *Indicem.* Et hinc κατάγεσθαι abſolute, modo pro *appellere in portum*, ſicuti ἀνάγεσθαι *ſolvere è portu*, modo pro *divertere in tabernam*, ſed & καταγωγὴ pro *ſtatione navium* & pro *diverſorio*, ponuntur. Verba Athenæi ſunt: Ναυκλείδην τὸν Πολυβιάδου παντελῶς ὑπερσαρκοῦντα τῷ σώματι, καὶ παχὺν διὰ τρυφὴν γενόμενον, καταβιβάσαντες εἰς μέσην τὴν ἐκκλησίαν, καὶ Λυσάνδρου πολλὰ ὀνειδίσαντος ἐν τῷ κοινῷ, ὡς τρυ-

τος διάθεσιν, αἰσχύνην καὶ τῇ Λακεδαίμονι, καὶ τοῖς νόμοις.

tum, dedecus adferre tum Lacedæmoni, tum legibus.

τρυφῶντα, παρ' ὀλίγον ἐξέβαλον ἐκ τῆς πόλεως, Naucliden &c. *quum deduxissent IN mediam concionem, & ibi Lysander multa illi publice opprobria ingessisset, tanquam luxurianti, parum aberat, quin eum ex civitate ejicerent.* Videmus ex his IN concionem ductum, & ibi accusatum, judicatumque. Quapropter lubens etiam hic legerim, ἐς τὴν ἐκκλησίαν τῶν θεωμένων, *in concionem spectantium*, quod postremum Auctor de suo adjecit, sive intellexerit *spectaculo publico intentos*, sive in concionem vocatos, ut *viderent* hunc hominem, & ita turpitudo corporis ejus pateret omnibus. PERIZ.

12 Προτίμησιν] Gesnerus προστίμησιν. Bene. FABER. Gl. πρόστιμον, *mulcta*, *pœna*, Vulcan. legit, *multæ pœna*. KUHN.

Προτίμησιν] Sic iterum MSti pariter Omnes. Gesnerus tamen, Faber, & reliqui, probant προστίμησιν. Et videtur id rectius. Diodorus Sic. *lib.* I. *p.* 83. ἐὰν δὲ ὁ ἐγκαλέσας δόξῃ μὴ δικαίως ἐγκαλεῖν, μεγάλοις ὑποπίπτει προστίμοις, *si vero Accusator visus fuerit inique accusare, magnis subjicitur pœnis.* PERIZ.

13 Ἰωνικὸν] De hac re bis jam monui. SCHEFF.

ΚΕΦ. η'.

Πῶς ὁ Πολύκλειτος καὶ Ἱππόμαχος τὴν τῶν πολλῶν ἄγνοιαν ἐξήλεγξαν.

CAP. VIII.

Quomodo Polycletus & Hippomachus imperitiam vulgi redarguerint.

[1] Δύο εἰκόνας εἰργάσατο [2] Πολύκλειτος κατὰ τὸ αὐτὸ, τὴν μὲν τοῖς ὄχλοις χαριζόμενος, τὴν δὲ κατὰ τὸν νόμον τῆς τέχνης. Ἐχαρίζετο δὲ τοῖς πολλοῖς τὸν τρόπον τοῦτον· καθ' ἕκαστον τῶν εἰσιόντων μετετίθει τι, καὶ μετεμόρφου, πειθόμενος τῇ ἑκάστου ὑφηγήσει. Προὔθηκεν οὖν ἀμφοτέρας·

Polycletus eodem tempore duo simulacra fecit, alterum multitudini obsecutus, alterum juxta artis normam. Obsequebatur autem multitudini hoc modo: ex sententia singulorum, qui intrabant, & commutabat aliquid, & reformabat, morem gerens uniuscujusque

1 Δύο εἰκόνας] Vide *supra lib.* II. *cap.* 6. SCHEFF.

2 Πολύκλειτος] MSS. B. & C. una voce auctius. Πολύκλειτος ὁ ζωγράφος. SCHEFF. εὖγε, Polyclete! Opinio enim, quam semel vulgus penitissimis sensibus imbibit, efficacius opere ipso, quam verbis arguitur. Præterea γραφικοῖς ἀπαιτουμένοις λόγον ἐξαρκεῖ δεῖξαι τὸ γραφὲν ἀπηλλάχθαι πραγμάτων. ἔργον γὰρ λόγου, φησὶ, ἰσχυρότερον, *pictoriam profitentibus sufficit ad sui excusationem, rationem exigentibus monstrare pictam imaginem. Ipsum enim opus verbis, ut ajunt, fortius validiusque est.* Nazianzenus *oratione contra eos, qui ipsum Constantinopolitanam cathedram ambire dicebant.* de vulgi præsumptione & ἰσχυρογνωμοσύνῃ vide Synesium in *Encomio Calvitii p.* 72. Epicurus apud Senecam *ep.* 29. *Nunquam, inquit, volui populo placere. Nam quæ ego scio, non probat populus; quæ probat populus, ego nescio. Idem hoc* (pergit Seneca) *omnes tibi ex omni domo conclamabunt, Peripatetici, Academici, Stoici,*

ρας· καὶ ἡ μὲν ὑπὸ πάντων ἐθαυμάζετο, ἡ δὲ ἑτέρα ἐγελᾶτο. Ὑπολαϐὼν οὖν ἔφη ὁ Πολύκλειτος, ἀλλὰ ταύτην μὲν, ἣν ψέγετε, ὑμεῖς ἐποιήσατε, ταύτην δὲ, ἣν θαυμάζετε, ἐγώ.

cujusque præcepto. Propoſuit ergo utrumque: & alterum quidem apud omnes in admiratione erat, alterum deridebatur. Excipiens itaque *hæc judicia* Polycletus, At hoc, inquit, quod vituperatis, vos feciſtis, illud vero, quod admiramini, ego.

[3] Ἱππόμαχος ὁ αὐλητὴς, ἐπεὶ αὐτῷ μαθητὴς αὐλῶν [4] ἥμαρτε μὲν κατ'

Hippomachus tibicen, quum diſcipulus ejus tibia canens aberraret ab

Stoici, Cynici? quis enim placere poteſt populo, cui placet virtus? malis artibus popularis favor quæritur. ſimilem te illis facias oportet: non probabunt, niſi agnoverint &c. confer *notam* Gattakeri *in M. Antonini lib.* IV. *p.* 125. & 332. Cæterum hic ipſe *Polycletus*, cujus ſtatua vulgi judicio obnoxia fuit, κανὼν dictus eſt, cum finxiſſet ſtatuam, quæ omnem membrorum ſymmetriam inter ſe accurate complectebatur. vid. Simplicium *in* II. *Phyſicor. Ariſtot. fol.* 73. Plinius, autem ſcribit, *feciſſe illum, quem canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes velut à lege quadam: ſoluſque hominum*, inquit, *artem ipſe feciſſe, artis opere judicatur.* Quod autem ſequitur de tibicine, id non abludit ab Antigenidis dicto, quo diſcipulum ad populum frigentem conſolatus eſt, inquiens: *mihi cane & Muſis.* Orator autem, qui non tam veritati fideique quam oſtentationi ſubſervit, ſordidos quoque & pullatos reveretur, præſertim ſi latior ſit ſcena & corona diffuſior. *Nonne*, inquit Plinius, *ſi prima quæque improbari putes, debilitaris & concidis? opinor. quia in numero ipſo eſt quoddam magnum collatumque conſilium, quibuſque ſingulis judicii parum, omnibus plurimum. itaque Pomponius Secundus, ſcriptor tragœdiarum, ſi quid fortè familiarior amicus tollendum, ipſe retinendum arbitraretur, dicere ſolebat, ad populum provoco. atque ita ex populi vel ſilentio, vel aſſenſu, aut ſuam aut amici ſententiam ſequebatur. Tantum ille populo dabat!* Hæc ille *lib.* VII. *ep.* 17. Sed hæc hactenus. ad Polycletum ut redeam, Dion Chryſoſtomus paulo aliter hiſtoriam percenſet: videlicet fuiſſe quendam pictorem, qui emendatiſſima equi imagine publice propoſita, puerum prope aſtantem notare ſibique renunciare juſſit, quid quilibet prætereuntium in imagine illa vel deſideraret, vel laude dignum cenſeret. Quo facto pictor ſpectatorum diverſa judicia, penicillo accuratè ſecutus, eam imaginem ad latus alterius collocavit. Tum vero liquido apparuit, quantum vulgi cenſura aberraſſet ab artis regula. Artificis enim manus omnibus numeris abſoluta videbatur. Altera autem ex vulgi ſententia picta, nec equum referebat, nec equi umbram. vid. Dionis *orat.* II. περὶ φθόνε. Kuhn.

Πολύκλειτος] Etiam Lugd. addit ὁ ζωγράφος, prorſus uti B. & C. Paris. ſed poſterior tantum in margine. Verum errant in eo librarii. Statuarius enim fuit *Polycletus*, inque ea arte præſtantiſſimus. Patriâ fuit Sicyonius: vixit 100. annis ante Lyſippum, ſeu, quod idem eſt, ante Alexandrum Magnum, poſterior tamen Phidia, ſed non multum. Siquidem Polycletus æqualis fuit Hipponico (Vide *infra cap.* 16.) is autem æqualis Pericli, qui uxorem, quæ illius primum fuerat, duxit. Nota porro eſt Periclis & Phidiæ amicitia. Sed & Plinius Phidiam floruiſſe ait Olympiade LXXXIII. at Polycletum LXXXVII. Conjungit Eos etiam Maximus Tyrius *Diſſert.* XXVI. ut quorum alter Minervam, alter Junonem fecerit Argivis. Librarii, immo & Scriptores poſterioris temporis, quia εἰκόνας interpretabantur plerumque de *picturis*, crediderunt ſæpe, eos, qui ſtatuarii

κατὰ τὸ αὔλημα, ἐπῃνέθη δὲ ὑπὸ τῶν παρόντων, καθίκετο αὐτοῦ τῇ ῥάβδῳ, καὶ ἔφη, κακῶς ηὔλησας· οὐ γὰρ ἂν οὗτοί σε ἐπῄνουν.

ab arte inter canendum, & nihilominus laudaretur ab auditoribus, percussit eum virgâ, & dixit, Perperam cecinisti: nam alioquin hi te non laudassent.

ΚΕΦ.

CAP.

tuarii erant, fuisse pictores. Ita Scholiastes Luciani miratur Polycletum à Luciano in *Philopseude* induci *statuarium*, ἀγαλματοποιὸν, qui fuerit *pictor*: insigni errore. Sed & Tzetzes *Chiliade* VIII. *Epigr.* 191. statuarium ait fuisse simul & pictorem. At Tu Vide Junii *Pictores*, ubi de Polycleto omnia reperies congesta. Ipse etiam Ælianus *infra cap.* 16. *Polycletum* diserte ut *statuarium* describit. Et res notissima est ex Plinio, Pausania, & aliis. PERIZ.

3 Ἱππόμαχος ὁ αὐλητὴς] At hic *supra lib.* II. *cap.* 6. est γυμναστὴς, quod & Reinesius *epist.* 35. *ad Rupert.* monuit. Posses dicere, sermonem esse de duobus nominis ejusdem. Sed non videtur uterque idem etiam facere potuisse. Mallem credere, Nostrum hic alios secutum Auctores. SCHEFF. Quid si Noster *supra* ἀκύρως tibicinem dixerit γυμναστὴν, *exercitatorem*? γυμνάσιον γάρ εἰσιν αἱ ἐμφύσεις αἱ μετὰ καταλήψεως γιγνόμεναι ἐν αὐλήσεσι, *exercitatio enim est, cum tibiæ inflantur non sine quadam spiritus & digitorum moderatione.* Galenus *lib.* II. περὶ ὑγιεινῶν. SCHEFF.

Ἱππόμαχος ὁ Αὐλητὴς] Auctor priorum oblitus, refert hic denuo, quod jam *supra* II. 6. retulerat, & insuper errat vel memoriæ vitio, vel corruptum forsan secutus codicem. Nam quem hic *Tibicinem*, istic *Athletam* seu *Gymnasten* dixerat. Neque est, quod in consensum redigere eum studeat Kuhnius quæsita interpretatione vocis Γυμναστὴς, *exercitator*, quasi etiam *exercitium* sit tibias inflare. Nam diserte istic non ipse modo γυμναστὴς dicitur, sed & discipulus ejus ἀθλητὴς, qui ὑπ' αὐτῷ γυμναζόμενος πάλαισμά τι ἐπάλαισεν. Et præterea ex aliis constat, Hippomachum hunc fuisse ἀθλητὴν, non αὐλητὴν, ut istic monuimus. Error itaque haud dubius est, qui facillime etiam oriri potuit inter hæc vocabula, Ἀθλητὴς, ἀθλῶν, ἤθλησεν, & Αὐλητὴς, αὐλῶν, αὔλημα, ηὔλησεν. PERIZ.

4 Ἥμαρτε μὲν κατὰ τὸ αὔλημα] Si *peccavit* vere, nullum est dubium, quin *male cecinerit*, neque tum ratio objurgationis erat petenda ex eo, quod *auditores eum laudassent*, in quo tamen solo consistit tota hujus narrationis vis & argutia. Id enim vult dicere Auctor, Magistrum hunc increpuisse discipulum suum, tanquam qui male fecerit, hoc solo argumento, quod populus, in judicando ceteroquin errare solitus, eum laudaverit. Quapropter siquis bene attendat ad mentem Auctoris, existimabit, opinor, mecum, excidisse hic voculam μηδὲν, legendumque, ἥμαρτε μηδὲν κατὰ &c. vel ἥμαρτε μὲν μηδὲν. Nam nihil revera eum male fecisse oportuerat, ut ista tantum ratione male fecisse argueretur: nec *supra* II. 6. quidquam *peccasse* arguitur. Regius A. legit ἥμαρτε δὲ κατὰ &c. ut adeo etiam illa varietas aliquid vitii videatur prodere. PERIZ. Vulgatam lectionem uterque MS. tuetur.

ΚΕΦ. θ′.

Περὶ Ξενοκράτους καρτερίας.

Ξενοκράτης ὁ Χαλκηδόνιος, ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος, [1] εἰς τὸ ἄχαρι σκωπτόμενος, [2] οὐδέποτε ἠγανάκτει, φασιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν παροξύνοντα αὐτὸν ὑπὲρ τούτου, ἵνα τι ἀποκρίνηται τῷ Πλάτωνι, ὅδε καὶ πάνυ ἐμφρόνως κατασιγάζων τὸν ἄνδρα, ἔφατο· ἀλλὰ τοῦτο ἐμοὶ συμφέρει.

CAP. IX.

De Xenocratis patientia.

Xenocrates Chalcedonius, quum à Platone rusticitatis argueretur, nunquam indigne id tulit, ut ajunt, sed & illi, qui ipsum incitabat in id, ut responderet aliquid Platoni, sapienter prorsus hominem ad silentium redigens, dixit: Id vero mihi utile est.

1 Εἰς τὸ ἄχαρι] βαρύτερον τὸ ἦθος fuisse ait Plutarch. *lib. de præc. Conjug.* indeque Platonem eum sæpe jussisse θύειν ταῖς χάρισιν. Adde Laert. Scheff.

Εἰς τὸ ἄχαρι σκωπτόμενος] h. e. *rusticitatis*, seu quod esset σκυθρωπὸς, & αὐστηρὸς, ut loloquuntur Diog. Laertius & Plutarchus in Ἐρωτικῷ, quando tradunt jussum à Platone θύειν ταῖς χάρισι. Atque ita ἄχαρις τὸ ἦθος καὶ ἄγροικος junguntur, tanquam Synonyma, ab Anton. Lib. *fab.* 12. & λόγος ἄχαρις καὶ ἀνόητος *fab.* 22. Xenocrates autem iste etiam *Asino* fuit comparatus à Platone, quia tardioris erat ingenii. Vide Laertium. Amabatur tamen ab eo, & præferebatur Aristoteli, ut vidimus *supra* III. 19. Periz.

2 Οὐδέπω ἠγανάκτει φησίν] MSti οὐδέποτε. Sed, quod miror, retinent illud φησίν, pro quo tamen, quum nullum illud habeat sensum, legendum est sine dubio, φασίν, pro ὥς φασίν, *ut fertur*, quod sæpissime ita ἐλλειπτικῶς occurrit. Vide *Indicem*. Res liquida est, & ideo in textum admissa. Idem.

ΚΕΦ. ι′.

Πῶς ὁ Φωκίων ἀντέσκωψεν εἰς τὸν Δημάδην.

Προείλοντο τοῦ Φωκίωνος Ἀθηναῖοι [1] τὸν Δημάδην στρατηγεῖν. Ὁ δ᾽

CAP. X.

Quomodo retaxarit Phocion Demadem.

Athenienses Demadem præ Phocione exercitus ducem crearunt.

1 Τὸν Δημάδην στρατηγεῖν] Rhetorem & Rempublicam ad Macedonum Antipatrique nutum gubernare solitum. Plutarch. in *Phocione*. Scheff.

2 Τὴν ῥυπαρὰν χλαμύδα] Irrisit Demades, homo insolens, paupertatem Phocionis, quam tamen ille non dissimulabat, quippe paucis & tenui victu contentus, atque opes ac munera opulenta respuens. Vide *supra* I. 25. Atque hinc Antipater dicere fuit solitus

δὲ προτιμηθεὶς, καὶ μέγα φρονῶν, προσελθὼν τῷ Φωκίωνι, χρῆσόν μοι, ἔφη, [2] τὴν ῥυπαρὰν χλαμύδα, ἣν εἰώθεις φορεῖν [3] περὶ τὴν στρατηγίαν. Καὶ ὃς, οὐδέ ποτε, εἶπεν, [4] οὐδενὸς ῥυπαροῦ σὺ ἀπορήσεις, ἕστ' ἂν εἶ τοιοῦτος.

runt. Ille vero prælatus, & ex eo arrogans, quum adiisset Phocionem, Commoda, inquit, mihi sordidam istam chlamydem, quam gestare solebas, quum Dux esses. Et ille, Nunquam, inquit, quicquam tibi sordidum deerit, dum talis fueris.

litus de his ipsis hominibus, duos se Athenis habere amicos, Phocionem & Demadem, quorum Illi nihil ut accipiat persuadere possit, Hunc vero multa dando explere nequeat, Vide Plutarchum in *Phocione*, & in *Apophth.* Tenuem illius victum ipse Demades vidit, & miratus est, addens, *miror te, Phocio, qui Remp. geras, quum tali possis prandio uti*, teste Eodem Plut. *de Amore divitiarum*. PERIZ.

3 Περὶ τὴν στρατηγίαν] Legendum παρὰ τὴν, i. e. *per tempus imperii sui*. FABER. Ego nihil mutem. vide *Ind.* in περὶ. SCHEFF.

Περὶ τὴν στρατηγίαν] Reposui, quod volebat Faber, παρὰ, quia id ipsum omnibus literis exhibent Lugd. ac Regius B. immo & A. sed per compendium scripturæ: & postulat Græcæ Linguæ usus. Sic *supra* II. 4. παρὰ τὴν δίκην, *in lite, in judicio*. Ubi Vide quæ notavi. Sic παραχρῆμα, *confestim*, proprie *in ipsa re*, ut Latini *in loco*, unde est *illico*. Περὶ τὴν στρατηγίαν notaret tempus, quod proxime præcessit τὴν στρατηγίαν. Sic XII. 30. Περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν, *circa id tempus, quo forum impletur hominibus*. PERIZ.

4 Οὐδενὸς ῥυπαροῦ &c.] Nam luxuriosissimus erat homo, omnia in ventrem effundens, & ideo sordidus adulator non tantum populi, sed & Macedonum, Alexandri & Antipatri, à quo quam non potuerit expleri dando, modo ostendimus. Eleganter de hoc Homine Plutarchus *de Amore Divit. Ipse semper* (εἰς τὴν γαστέρα ἐδημαγώγει) *populo assentabatur, ut ventrem expleret, sed Athenas existimans* (μικρὸν τῆς ἀσωτίας ἐφόδιον) *exiguum intemperantiæ subsidium, ex Macedonia etiam alebatur. Unde quum jam senex esset, dicebat de eo Antipater, Nihil ex Demade, ut ex victima, reliquum præter ventrem & linguam.* Vide & *supra* V. 12. & XII. 43. IDEM.

ΚΕΦ. ια'.

Πῶς δεῖ εἶναι τὸν ἄρχοντα εἰς τοὺς ἀρχομένους.

CAP. XI.

Qualem debeat se rex erga subditos gerere.

[1] Φιλίσκος πρὸς Ἀλέξανδρον ἔφη ποτε, δόξης φρόντιζε, ἀλλὰ μὴ ἔσο Λοιμὸς, καὶ μὴ μεγάλη Νόσος, ἀλλὰ Εἰρήνη καὶ [2] Ὑγεία· λέγων,

Philiscus ad Alexandrum aliquando dixit, cura gloriam, verum ne sis Pestis, neque magnus aliquis Morbus, sed Pax & Valetudo: signi-

1 Φιλίσκος] Æginensis hic fuit, & literas docuit Alexandrum Magnum, Auditor Diogenis Cynici. Vide Suidam. PERIZ.

2 Ὑγεία] Respicit Deam, quæ Bonæ Valetudini præerat, & ideo sic dicta, fingebatur Filia esse Æsculapii. Vide Pausaniam in *Atticis cap.* 23. Sed & idcirco Æsculapio in ejus templo adstabat Argis, apud Eund. in

γῶν, τὸ μὲν βιαίως ἄρχειν καὶ πικρῶς, καὶ αἱρεῖν πόλεις, καὶ ἀπολλύειν δήμους, Λοιμοῦ εἶναι· [3] τὸ δὲ ὑγείας προνοεῖσθαι καὶ σωτηρίας τῶν ἀρχομένων, Εἰρήνης ταῦτα ἀγαθά.

significans, violenter & acerbe imperare, expugnare urbes, & populos exscindere, Pestilentiæ esse: valetudinis vero & salutis subjectorum curam gerere, ea esse Pacis commoda.

in *Corinth. cap.* 23. Sic apud Romanos Dea fuit *Valetudo*, quæ hoc nomine insignita, exhibetur Serpentem manu tenens in Nummis Gentis *Aciliæ*. Ceteroqui *Salutem* hanc Deam vocabant, & jungebant Æsculapio. Livius XL. 37. Valetudinis Publicæ causa dona tradit vota *Apollini*, *Æsculapio*, *& Saluti*. Terent. *Hecyra* III. 2. 3. *Quod Te*, *Æsculapi*, *& te*, *Salus*, *ne quid sit hujus*, *oro.* PERIZ.

3 Τὸ δὲ ὑγείας &c.] Verba hæc turbata & suis emota sedibus videntur, quæ in ordinem ita restituerem. τὸ δὲ προνοεῖσθαι σωτηρίας τῶν ἀρχομένων, ὑγείας καὶ εἰρήνης ταῦτα ἀγαθά. *subditis vero de salute prospicere*, *sanitatis bonum opus est & pacis.* dictum est ante. μὴ ἔσο λοιμὸς &c. ἀλλὰ εἰρήνη καὶ ὑγεία, subjectumque, quid pestis, reliquum erat dicere, quid pacis sanitatisque esset. judicet B. L. KUHN.

Τὸ δὲ ὑγείας προνοεῖσθαι &c.] Minus hæc videntur respondere superioribus, ubi ipse Alexander jubetur Deam Valetudinem & Pacem imitari, atque idcirco Kuhnius malit ista hoc ordine legere, Τὸ δὲ προνοεῖσθαι σωτηρίας τῶν ἀρχομένων, Υγείας καὶ Εἰρήνης ταῦτα ἀγαθά. Nec male profecto. Nisi quis ita malit, Τὸ δὲ Υγείας, προνοεῖσθαι τῆς σωτηρίας τῶν ἀρχομένων. Εἰρήνης ταῦτα ἀγαθά. PERIZ.

ΚΕΦ. ιβ΄.

Τί ἔπραττεν ὁ Περσῶν βασιλεὺς ὁδοιπορῶν.

CAP. XII.

Quid fecerit Persarum rex iter faciens.

[1] Ὅτι ὁ Περσῶν βασιλεὺς ὁδοιπορῶν, ἵνα μὴ [2] ἀλύῃ, [3] φιλύριον εἶχε,

Persarum Rex iter faciens, ne tædium ei obreperet, tabellam tenebat,

1 Ὅτι ὁ Περσῶν] Particulam ὅτι ignorat Mediceus.

2 Ἀλύῃ] Ἀλύειν, δυσφορεῖν, ἀδημονεῖν, ἀπορεῖσθαι &c. GESNER.

3 Φιλύριον] Regibus non licet esse ita otiosis, ut suæ majestatis videantur obliti, & ad ludicra illiberalia descendant. Ipsum enim otium eorum Regium resipere debet animum. Illustris extat in hanc rem sententia Plutarchi in *vitâ Demetrii:* εὐφυὴς ὤν, inquit de *Demetrio*, καὶ θεωρητικός, οὐκ εἰς παιδιάς, οὐδὲ εἰς ἀγωγὰς ἀχρήστους ἔτρεψε τὸ φιλότεχνον, ὥσπερ βασιλεῖς ἄλλοι αὐλοῦντες καὶ ζωγραφοῦντες καὶ τορεύοντες. Ἀέροπος δὲ ὁ Μακεδὼν τραπέζια μικρὰ καὶ λυχνίδια τεκταινόμενος, ὁπότε σχολάζοι, διῆγεν. Ἄτταλος δὲ ὁ Φιλομήτωρ ἐκήπευε τὰς φαρμακώδεις βοτάνας, οὐ μόνον ὑοσκύαμον καὶ ἐλλέβορον, ἀλλὰ καὶ κώνειον καὶ ἀκόνιτον καὶ δορύκνιον, αὐτὸς ἐν τοῖς κήποις βασιλικοῖς σπείρων καὶ φυτεύων, ὀπούς τε καὶ καρπὸν αὐτῶν ἔργον πεποιημένος εἰδέναι καὶ κομίζεσθαι καθ' ὥραν. οἱ δὲ Πάρθων βασιλεῖς ἐσεμνύνοντο, τὰς ἀκίδας τῶν βελῶν χαράττοντες αὐτοὶ καὶ παραθήγοντες· ἀλλὰ μὴν Δημητρίου καὶ τὸ βάναυσον ἦν βασιλικὸν, καὶ μέγεθος ἡ μέθοδος εἶχε, ἅμα τῷ περιττῷ καὶ φιλοτέχνῳ τῶν ἔργων ὕψος τι διανοίας καὶ φρονήματος συνεκφερόντων, ὥστε μὴ μόνον γνώμης καὶ περιουσίας, ἀλλὰ καὶ χειρὸς ἄξια φαίνεσθαι βασιλικῆς. *cum esset ingenio ad excogitanda nova nato*, *non consumpsit solertiam in*

rebus

εἶχε, καὶ μαχαίριον, ἵνα ξέῃ τοῦτο· καὶ τοῦτο εἰργάζοντο [4] αἱ βασιλέως χεῖρες. Πάντως γὰρ [5] οὐκ εἶχεν οὐ βιβλίον, οὐ διάνοιαν, ἵν' ἢ σπουδαῖόν τι καὶ σεμνὸν [6] ἀναγινώσκῃ, ἢ γενναῖόν τι καὶ λόγου ἄξιον βουλεύηται.

nebat, &, quo id raderet, cultellum: atque hoc faciebant Regis manus. Prorſus enim neque libellum habebat, neque meditationem, ut vel ſerium quid aut grave legeret, vel egregium aliquid & memorabile cogitaret.

rebus jocularibus, quæ tempus tantum fallunt, ut alii Reges, tibiis canentes aut pingentes & tornantes. Aëropus certe, Macedo ille, otium ſuum fingendis menſis lychniſque minutis impendit. Attalus Philometor hortos regios herbis venenatis conſevit, non tantum hyoſcyamo & helleboro, ſed & cicuta atque dorycnio; ipſe eaſdem ſua manu ſevit, plantavit, fructumque earum & ſuccos cum ſtudio addidicit, ſuoque legit tempore. Parthorum Reges ſe putabant eſſe aliquid, cum ſpicula telorum ipſi inciderent & exacuerent. Verum Demetrii opera manuaria quoque regia erant, & ars cum ſplendore ſe exſerebat, ipſis rebus una cum ſingulari artificio mentis ſpirituſque magnitudinem oculis ingerentibus, ut non opibus tantum & inventione, ſed manu etiam regis dignæ viderentur. Quapropter merito de oblectamentis Regia majeſtate indignis uſurpaveris illud Syneſii: πῶς ταῦτα ἀλλήλοις ἂν πρέψειε, νῦν μὲν ἐπαφὴν ἔχειν τῶν πρώτων, νῦν δὲ ἐπὶ ῥῶπας καὶ λύγους ἐστράφθαι; *Quonam hæc pacto inter ſe conveniunt, modo ſummis ſe miſcere rebus, modo ad virgulta & vitilia converti?* quibus verbis Eſſæos Hebræorum perſtringit, qui à divinarum rerum contemplatione magno ſaltu ad calathos, ſportulas & alia ex vitilibus texenda delapſi ſunt, cum honeſtius in literis humanioribus otiolum collocare potuiſſent. vide *Dionem* Syneſii *pag.* 46. & *ſeq.* KUHN.

Φιλύρινον] *Tabellam tenuem*, ſic dictam, quia tales tabellæ ex *tilia* fieri ſolebant, quæ à Græcis φίλυρα vocatur. Hinc πίνακες φιλύρινοι, *tabellæ tiliaceæ*, in quibus ſcribebatur olim. Habebat & membranam Tilia inter corticem & ipſum lignum ſimilem papyro, atque ideo primitus etiam ad ſcribendum adhibitam. Suidas, φίλυρα, εἶδος δένδρου, ἔχον φλοιὸν, βύβλῳ παπύρῳ ὅμοιον, *ſpecies arboris; habens membranam, ſimilem byblo papyro.* Sed tamen prævaluit, ut in tabellis ſcriberetur, quæ ex *Tilia* olim, ſed vel maxime etiam ex *Buxo* erant formatæ. De *Tiliaceis* diſertus eſt locus apud Herodianum I. 17. λαβὼν γραμματεῖον, τούτων δὴ τῶν ἐκ φιλύρας εἰς λεπτότητα ἠσκημένων, *ſumens tabellam ex eo genere* tabellarum, *quæ ex tilia in tenues laminas ſunt formatæ.* De *Buxeis* Euſtathius *ad Iliad.* Γ. *p.* 319. Πάλαι γάρ ποτε πίναξιν, ἤτοι σανίσι, καὶ ταύταις ἐκ πύξου μάλιστα, τὰ γράμματα ἐνεκόλαπτον: καὶ τὸ Γράφειν δὲ παλαιᾶς ἐνεργείας ὄνομα: ξυσμοῖς γάρ τισιν ἐτυποῦντο στοιχεῖα, τὸ δὲ ξύειν Γράφειν ἐλέγετο. *Olim enim tabellis, aut laminis, & iis maxime è buxo, literas incidebant. Sed & vox* γράφειν *eſt antiquæ actionis nomen: literæ enim ſcalpris quibuſdam exprimebantur, Scalpere autem dicebatur* γράφειν. Tabellæ autem iſtæ etiam *ſcalpendo & radendo poliebantur*, quod itidem voce ξέειν & ξύειν denotabatur. Hinc & porticus dicebatur ξυστὸς, quæ parietes habebat politos, & ſagittæ atque haſtæ ξεστοὶ & ξυστοὶ, quarum lignum erat itidem ſcalpendo politum. Perperam ergo vertuntur mox illa, ἵνα ξέῃ τοῦτο, *quo id ſcinderet.* Immo vero ſenſus eſt, *quod id ſcalpendo poliret.* PERIZ. Salmaſius in *notis ad Tertullian. de Pallio pag.* 164. φιλύρινον *tenum* interpretatur.

4 Βασιλέως χεῖρες] MSS. B. & C. αἱ χεῖρες αἱ βασιλικαί. SCHEFF.

Αἱ βασιλέως χεῖρες] MS. C. Pariſ. in margine, αἱ χεῖρες αἱ βασιλικαί. Nec aliter Lugd. Sed Sluisk. vulgatum tuetur. Et hoc præfero propter ſequentia. PERIZ.

5 Οὐκ εἶχον οὐ βιβλίον] Sicut alias ſolebant viri magni Principeſque. Exemplo eſt Alexander, qui Homerum omnium expeditionum ſocium & comitem habebat. Vide Lipſium in *Monitis Pol. cap.* 8. SCHEFF. Vide Photium *Biblioth. p. m.* 250. KUHN.

Οὐκ εἶχον] Lege, οὐκ εἶχεν, neque id ex conjectura, ſed ex conſenſu MStorum, præter unum ex Regiis. Requirit id etiam ſenſus: intelligitur enim *Rex*, βασιλεὺς, qui

neque

neque libellum dicitur habuisse quem legeret, neque serium quid meditari solitus in itinere. Ineptum vero est, quod fit in vulgata lectione, tribuere *manibus* διάνοιαν, & βουλεύεσθαι, *cogitationem* & *deliberationem*, quæ reguntur à verbo εἶχεν secundum MStam, vel εἶχον secundum vulgatam lectionem. Periz.

6 Ἀναγινώσκειν] Malim utique ἀναγινώσκῃ, *legeret* &c. sequitur enim βουλεύηται. Kuhn.

Athen. habet ἀναγινώσκῃ. sic & MS. C. Scheff. Gesnerus ἀναγινώσκῃ, & verum est. Faber.

Ἀναγινώσκειν] Reposui ἀναγινώσκῃ, quod Syntaxis postulat, & Sluisk. codex, ac A. Paris. teste Boivinio, qui tamen legendum putat ex B. Par. ἵν᾽ ᾖ σπουδαῖόν τι καὶ σεμνὸν ἀναγινώσκειν, ἢ γεν. &c. Periz.

ΚΕΦ. ιγ΄.

Περὶ τῶν Ἀγάθωνος τραγῳδιῶν.

Πολλοῖς καὶ πολλάκις χρῆται τοῖς [1] ἀντιθέτοις ὁ Ἀγάθων. Ἐπεὶ δέ τις, οἷον ἐπανορθούμενος αὐτόν, ἐβούλετο περιαιρεῖν αὐτὰ τῶν ἐκείνου δραμάτων, εἶπεν· ἀλλὰ σύ γε, γενναῖε, λέληθας σεαυτόν, τὸν Ἀγάθωνα ἐκ τοῦ Ἀγάθωνος ἀφανίζων. Ουτως ἐκόμα ἐπὶ τούτοις ἐκεῖνος, καὶ ᾤετο τὴν αὐτοῦ τραγῳδίαν ταῦτ᾽ εἶναι.

CAP. XIII.

De Tragœdiis Agathonis.

Multis & sæpe utitur antithetis Agatho. Quum vero quidam, velut emendaturus ipsum, ex fabulis ejus tollere illa vellet: Tu vero, inquit, ô Bone, non animadvertis, sic tollere te ex Agathone Agathonem. Adeo ille in iis sibi placebat, & suæ illa tragœdiæ propria esse, *vel* suam tragœdiæ compositionem in iis consistere, putabat.

1 Τοῖς ἀντιθέτοις] De antithetis, id est, *contentione* Quintil. *lib.* IX. *Instit. Orat. p.* 688. Fuerunt qui Anthitetorum inventionem *Polo* Sophistæ vindicarent. Sed illos refutat Philostratus *lib.* I. *de Vit. Sophist.* Verum tamen est, Polum illum hanc orationis elegantiam ad abusum usque usurpasse. Cæterum quod ad Agathonem attinet, Plato ejus antitheta & isocola risit in *Symposio*, si Athenæo credimus *lib.* V. *cap.* II. Gustum antitheorum Agathonis dare possumus ex Aristot. *lib.* V. *Eudemiorum cap.* II. ubi Philosophus, bene, inquit Agathon:

> Μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στερίσκεται,
> Ἀγένητα ποιεῖν, ἅσσ᾽ ἂν ᾖ πεπραγμένα·
> *Hoc namque duntaxat negatum etiam*
> *Deo est,*
> *Quæ facta sunt, infecta posse reddere,*

Et iterum *cap.* 4. Agathonis hanc ῥῆσιν allegat:

> Τέχνη τύχην ἔστερξε καὶ τύχη τέχνην.
> *Fortuna ut artem, sic & ars fortunam*
> *amat.*

& huc facit illud ex Athenæo *lib.* V. *Deipnos.*

> Εἰ μὲν φράσω τἀληθές, οὐχί σ᾽ εὐφρανῶ.
> Εἰ δ᾽ εὐφρανῶ τί σ᾽, οὐχὶ τἀληθὲς φράσω.

quod Dalecampius vertit.

> *Si vera dicam, tibi voluptati haud ero:*
> *Si sim voluptati, haud tibi vera dixero.*

vid. etiam Aristot. *Rhetor. ad Alexan. cap.* 27. & *seq.* Kuhn.

Αντιθέτοις] *Antitheta* argutæ ſunt & quæſitæ oppoſitiones contrariorum. Veluti quod Epicurus dixiſſe fertur apud Laertium, Κρεῖττον εὐλογίστως ἀτυχεῖν, ἢ ἀλογίστως εὐτυχεῖν, *Melius eſt cum ratione bona infelicem eſſe, quam ſine ratione felicem.* Vide Ciceronem *Oratore cap.* 49. & Quintil. *Inſtit. Orat.* IX. 3. Voſſium *Rhetor.* V. 12. & hic Kuhnium. Hujus autem Agathonis *Antitheta* riſit etiam Plato, ut ait Athenæus V. 2. haud dubie, ut nimis quæſita & crebra. Sic Erato apud Plutarchum *Sympoſ.* III. I. *init.* accuſare dicitur τὸν καλὸν Αγάθωνα, ὃν πρῶτον εἰς τραγῳδίαν φασιν, ἐμβαλεῖν καὶ ὑπομίξαι τὸ χρωματικὸν, ὅτε τοὺς Μυσοὺς ἐδίδασκε, *quem primum tradunt in Tragœdiam immiſiſſe & inſeruiſſe colores dicendi, quando compoſuit & agendam dedit fabulam, quæ appellabatur Myſi.* Patet etiam ex eo, nimium quantum delectatum eſſe Agathonem *coloribus*, ſeu Figuris & Schematibus, ad quæ referuntur etiam *Antitheta*. *Agathonis* ætatem Vide *ſupra* XIII. 4. & Me *ad* II. 21. PERIZ.

ΚΕΦ. ιδ'.

Περὶ Στρατονίκου τοῦ κιθαρῳδοῦ.

[1] Στρατόνικον τὸν κιθαρῳδὸν ὑπεδέξατό τις ἀμφιλαφῶς, ὁ δὲ ὑπερήσθη τῇ κλήσει· καὶ γὰρ ἔτυχεν οὐκ ἔχων καταγωγὴν, ἅτε εἰς ξένην ἀφικόμενος. Υπερησπάζετο γοῦν τὸν ἄνδρα διὰ τὸ πρόχειρον τῆς κοινωνίας τῆς κατὰ τὴν στέγην. Επεὶ δὲ καὶ ἄλλον εἶδεν εἰσιόντα, καὶ ἄλλον, καὶ τρόπον τινα [2] ἄκλειστον αὐτοῦ τὴν οἰκίαν πᾶσι τοῖς καταλύειν

CAP. XIV.

De Stratonico citharœdo.

Stratonicum citharœdum ſtudioſe quidam ædibus excepit, ille vero valde gaviſus eſt invitatione: neque enim hoſpitium habebat, quippe qui in peregrinam *regionem* veniſſet. Majorem itaque in modum amabat virum propter illam facilitatem recipiendi ſe in communionem tecti. Quum vero videret & alium introire, iterumque alium, & quodam

1 Στρατόνικον] Straboni *lib.* XIV. eſt Στρατονικός. Porro de Platone hæc commemorat Euſtath. *Iliad.* Ζ. SCHEFF.

Στρατόνικον] Athenienſis hic fuit; Vixit temporibus Alexandri & Ptolemæi, occiſus à Nicocle Rege Cypriorum ob jocum acriorem. Vide Athenæum VIII. 8. 9. &c. ubi quam plurima ejus dicta refert, ejus ſimile factum de Platone tradit Euſtathius *ad Homerum Iliad.* Ζ. 15. PERIZ.

2 Ακλειστον οἰκίαν] Imitatur Callimachum, qui Hecali attribuit, φιλοξενίης στέγος ἀκλήϊστον, *non clauſum hoſpitalitatis tectum*, unde corrigendus Suidas, qui in Ἑκάλη habet τεῖχος ἀκλήϊστον. quid enim? paupercula anus murum vel arcem poſſedit? non credo, legoque στέγος vel τέγος ex Scholiis Ariſtoph. *in Acharnenſ.* ubi ad ῥῆσιν Comici proverbialem,

Τοὺς δὲ ξενίζει, οὐδέποτέ γ' ἴσχ' ἡ θύρα.

Callimachi verſum ex Hecale habet.

—— —— τίον δέ ἑ πάντες ὁδῖται
Ηρα φιλοξενίης ἔχε στέγος ἀκλήϊστον,
Illam (Hecalem) *omnis donabat honore viator,*
Oſtia defeſſo quod claudere nulla ſolebat.

Homerus *Iliad.* Ζ. Axylum quendam ab hoſpitalitate commendat his verſibus:

Αφνειος

λύειν προῃρημένοις, ἐνταῦθα ὁ Στρατόνικος ἔφη πρὸς τὸν 3 ἀκόλουθον, ἀπίωμεν ἐντεῦθεν, ὦ παῖ. Ἐοίκαμεν γὰρ 4 ἀντὶ περιστερᾶς ἔχειν φάτταν, ὑπὲρ οἰκίας εὑρόντες πανδοκεῖον.

dam modo apertam esse omnibus divertere volentibus domum illius, tum Stratonicus dixit ad famulum, Abeamus, ô puer, hinc. Etenim pro columba palumbum habere videmur, quum pro hospitio tabernam invenerimus.

ΚΕΦ.

CAP.

Ἀφνειὸς βιότοιο, φίλος δ' ἦν ἀνθρώποισι,
Πάντας γὰρ φιλέεσκεν, ὁδῷ δ' ἐπὶ οἰκία ναίων.
Dives opum, miroque hominum succensus amore,
Namque omnes adamans, qua fert via, struxerat ædes.

ubi τὸ φιλεῖν ἐπὶ ξενοδοχικῆς φιλοφροσύνης τίθεται, *de hospitalitate* accipiendum. Eustath. *in Odyss.* A. Damnat autem Poëta ἄκριτον φιλοξενίαν, ὡς χυδαίαν καὶ ἀσυντελῆ, ὡς μὴ καλὸν ὂν πάντως ἀκρίτως ξενίζειν, καὶ αὐτοὺς, εἴπου τύχῃ, φαυλοτάτους, *hospitalitatem sine judicio & delectu exercitam, ut quæ promiscua & inutilis est; quasi non honestum sit, omnes sine discrimine tecto recipere, eosque aliquando pessimos.* Eustath. *in h. l.* subditque, Platonem aliquando hospitio exceptum liberali à peregrino esse, ejusque prolixam in se comitatem admodum laudasse. cum vero eundem vidisset aliis atque aliis recipiendis facilem; ἀπηπήδησε καὶ τὴν ξενίαν ἀπείπατο, *discessit, hospitioque nuncium remisit.* similis, vel eadem cum Nostri historia videtur esse, hæc de *Platone*. Præterea semper apertas, vereque Tribunitias peregrinantibus fores Κύδων aliquis habuisse dicitur, ut proverbio dictum fuerit. ἀεί τις ἐν Κύδωνος, *semper est, qui apud Cydonem diversetur,* ἐπὶ τῶν φιλοξένων καὶ πρὸς ὑποδοχὴν ἑτοίμων, παρ' ὅσα Κύδων Κορίνθιος φιλοξενώτατος ἐγένετο, & Agrigentini olim laudem hospitalitatis ab Empedocle meruerunt hoc versu:

Ξείνων αἰδοῖοι λιμένες κακότητος ἄπειροι.
Hospitibus sancti portus ac labe carentes.

vide Diodorum *lib.* XIII. *pag.* 204. Kuhn.

3 Ἀκόλουθον] Intelligit *famulum*, non vero comitem, qui *honoris causa* alium sectatur, ut dicebatur in *Indice*. Aristoteles *Polit.* VI. 8. Τοῖς ἀπόροις ἀνάγκη χρῆσθαι καὶ γυναιξὶ καὶ παισὶν, ὥσπερ ἀκολούθοις, διὰ τὴν ἀδουλίαν, *Pauperibus necesse est propterea, quod servos non habent, uti uxoribus & liberis, tanquam famulis.* Thucydides VI. 28. μηνύεται οὖν ἀπὸ μετοίκων τινῶν καὶ ἀκολούθων, *indicatur itaque ab inquilinis quibusdam & famulis:* ubi Scholiastes, Ἀκολούθων, ἤγουν δούλων. Hinc vero etiam inter Christianos in ordine Clericorum erant & Ἀκόλουθοι, quasi ministri quidam Episcoporum in sacris. Periz.

4 Ἀντὶ περιστερᾶς &c.] Vide Erasmum in *Proverbio, Palumbem pro columba.* Gesner.

ΚΕΦ. ιέ.

Περὶ τῶν τοῦ Σωκράτους λόγων.

Λόγος τις [1] διεφοίτα, λέγων, [2] τοὺς Σωκράτους λόγους ἐοικέναι τοῖς [3] Παύσωνος γράμμασι. Καὶ γάρ τοι καὶ [4] Παύσωνα τὸν ζωγράφον, [5] ἀκούσαντα παρά τινος γράψαι ἵππον [6] καλινδούμενον, τόνδε γράψαι τρέχοντα. Αγανακτοῦντος οὖν τοῦ τὸ πινάκιον [7] ἐκδόντος, ὡς παρὰ τὰς ὁμολογίας γράψαντος, ἀποκρίνασθαι τὸν ζωγράφον·

CAP. XV.

De Socratis ſermonibus.

Verbum quoddam ferebatur, quo dicitur, ſermones Socratis picturis Pauſonis ſimiles eſſe. Pauſonem enim pictorem, quum audiviſſet à quodam, ut volutantem ſe equum pingeret, currentem eum pinxiſſe. Quum igitur is, qui tabulam *pingendam* locârat, indignaretur, tanquam contra pactum ille pinxiſſet, reſpondiſſe pictorem: Verte tabu-

1 Διεφοίτα] Lego διαφοιτᾷ, FABER. Correctoribus iſtis textus non eget. KUHN.

2 Τοὺς Σωκράτους λόγους] Hierocles dixit, κύβοις ἐοικέναι τοὺς Σωκράτους λόγους. ἀπτῶτας γὰρ εἶναι πανταχοῦ, ὅπου ἂν πέσωσι. *Socraticos ſermones ſimiles eſſe teſſeris. Non enim excidere eos, utcunque ceciderint.* Suidas in Ιεροκλῆς. IDEM.

Τοὺς Σωκράτους λόγους] *Socratis Sermones* comparantur *picturis Pauſonis*, quia per *ænigmata* loquebatur, quando increpabat vitia, ne homines illis vitiis deditos offenderet: atque ideo primo aſpectu non ſtatim intelligebantur, ſed ut intelligerentur, larvæ ænigmatum detrahi iis debebant, ſeu *converti* debebant, ut non tantum prima eorum & exterior ſpecies cerneretur, ſed & interior ſenſus pernoſceretur. Sic de Æſopi fabulis Phædrus *præfat. libri* III. *Servitus obnoxia, Quia quæ volebat, non audebat dicere, Affectus proprios in fabellas tranſtulit, Calumniamque fictis eluſit jocis.* De Socrate etiam Seneca *de Benefic.* v. 6. *Vir facetus, & cujus per FIGURAS ſermo procedere ſolitus erat, Deriſor omnium, maxime potentium, maluit illi naſute negare, quam contumaciter & ſuperbe.* Acceſſit celeberrima Socratis εἰρωνεία, quæ itidem faciebat, ut Sermones ejus quaſi *inverti* deberent, quando reconditus eorum ſenſus quærebatur, remota Ironicæ locutionis ſpecie. Significat id Seneca, quando *Deriſorem omnium* dicit. Sed diſerte memorat eam Lucianus in *Demonacte p.* 999. Τὴν μὲν τοῦ Σωκράτους εἰρωνείαν οὐ προσιέμενος, *non admittens* aut *imitatus Socratis Ironiam*, ſeu *Ironicum loquendi genus.* Ceterum Plutarchus *de Pythia p.* 396. idem hocce *Pauſonis* factum transfert itidem ad dicta vel ſcripta hominum. Nam quum illud retuliſſet, ſubjicit, τοῦτό φησιν ὁ Βίων ἐνίους τῶν λόγων πάσχειν, ὅταν ἀναστρέφωσι, (Lege ἀναστραφῶσι) *illud, ait Bio, pati etiam quoſdam ſermones, quum fuerint inverſi.* Quomodo autem id patiantur, ſeu quomodo *invertantur*, declarat exemplo, ſed itidem ibi corrupto. Sequitur enim, διὸ καὶ τοὺς χρησμοὺς ἔνιοι φάσκουσιν οὐ καλῶς ἔχειν, ὅτι τοῦ Θεοῦ εἰσιν, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ μὴ εἶναι, ὅτι φαύλως ἔχουσιν. At quæ in his apparet *inverſio*, aut quæ differentia inter οὐ καλῶς & φαύλως ἔχειν, in quo tamen ſumma loci totius conſiſtit? Deinde quæ ratio, *non bene ſe habent, quia Dei ſunt*? Sed quid plura? Delenda eſt omnino vocula οὐ, & dein pro ἀλλὰ legendum ἄλλοι. Senſu elegantiſſimo. *Idcirco & oracula nonnulli dicent bene compoſita eſſe, quia Dei ſunt, Alii, non eſſe Dei, quia male compoſita ſunt.*

In

φον· ὅτι ϛρέψον τὸ πινάκιον, [8] καὶ ὁ καλινδούμενος ἔϛω σοι ὁ τρέχων. Καὶ τὸν Σωκράτην μὴ σαφῶς διαλέγεσθαι, [9] εἰ γοῦν τις † αὐτοὺς ϛρέψει, ὀρθότατα ἔχειν. Ουκ ἐβούλετο δὲ ἄρα ἀπεχθάνεσθαι τούτοις,

tabulam, & ita volutans tibi eſto equus, qui nunc eſt currens. Ita vero etiam Socratem non explicite diſſerere, ſi quis autem eas diſſertationes convertat, planiſſimas eſſe. Noluit enimvero ille inimicitiam exer-

† αὐτοῦ τοὺς λόγους.

In his jam manifeſta eſt inverſio rei, & judicii de ea mutatio. Erant autem in ſuperioribus accuſata oracula, *ut quæ pleraque contra & metri legem & vocabulorum uſum peccent, atque ideo non ſint Apollinis, Dei facundiſſimi & Muſarum Præſidis.* Cui accuſationi hic reſpondetur, oſtendendo, quam diverſis modis ratiocinentur vulgo homines. PERIZ.

3 Παύσωνος] Pictor fuit celebris, tempore Ariſtophanis, à quo in *Pluto pag.* 64. irridetur ob paupertatem. Vide iſtic Scholiaſten, ut & *ad Theſmoph. p.* 819. Paupertas ejus tam celebris evaſit, ſed haud dubie per Ariſtophanem, ut propterea cum *Iro* Homerico conjungatur, & ejus nomen æque ac illius pro quovis paupere ponatur, apud Suidam in *voce* Ασκληπιάδης. Solitus autem fuit pingere potiſſimum pecora & beſtias, de quo Vide, quæ notavi *ſupra* IV. 3. IDEM.

4 Παύσωνα] Habet Plutarchus *lib. de Pythiæ oraculis.* & Lucianus in *Encomio Demoſthenis.* Sed apud hunc poſtremum Πάσων legitur; perperam, ut opinor. *Pauſon* certè Ariſtophani in *Pluto*, ejuſque Scholiaſtæ, Ariſtoteli *Poët.* & *Polit.* VIII. Suidæ, aliiſque dicitur. SCHEFF.

5 Ακούσαντα] Error manifeſtus, quid autem ſcripſerit Ælianus non video: ſed tamen cum de pretio & pacto agatur, debuit dicere ὁμολογήσας πρός τινα. Satis eſt monuiſſe. FABER. Mihi deeſſe quid videtur. SCHEFF. Quid hic poſſit deſiderari non video. *cum Pauſon ex aliquo audiret* vel *intelligeret, equum ſibi pingeret volutantem* &c. Nihil planius dici poſſet. KUHN.

6 Καλινδούμενον] Refert eandem hujus picturæ hiſtoriam, cum Plutarchus *de Pythia*, ut jam dixi, ſed qui ſcribit ἵππον ἀλινδούμενον, quod ejuſdem tamen eſt ſignificationis, licet diverſæ originis: nam ab ἀλίω, ἀλινδέω, ut à κυλίω, κυλινδέω, & καλινδέω: Tum Lucianus in *Demoſthenis Encom. p.* 930. qui idem habet verbum, quod Noſter. Et ita ille etiam in *Anacharſi, init.* de luctatoribus, ἐν τῷ πηλῷ καλινδούμενοι, ὥσπερ σύες, *in luto ſe volutantes, tanquam porci.* Adde Thucyd. II. 52. Ceterum male in Luciano editur Nomen Pictoris Πάσσων, quum ab omnibus Aliis Παύσων dicatur, ut monuit jam Schefferus. PERIZ.

7 Εκδόντος] Qui *locaverat* pictori *tabulam pingendam.* Sic Lucianus *d. l.* Πάσσωνι τῷ ζωγράφῳ φασιν ἐκδοθῆναι, γράψαι ἵππον καλινδούμενον, *Paſſoni ajunt pictori locatum, ut pingeret* &c. Et dein, ὡς δ᾽ ἔτι γράφοντος ἐπιϛῆναι τὸν ἐκδόντα, *cum illo adhuc pingente adſtaret locator.* Demoſthenes *adv. Midiam p.* 388. ἐκδόντος δέ μοι Δημοσθένους ϛέφανον χρυσοῦν, ὥϛε κατασκευάσαι, *cum mihi* (fabro) *locaſſet Demoſthenes coronam auream faciendam.* Contra qui conduxit aliquid faciendum, dicitur ἐκλαβεῖν. Plutarchus itidem *d. l.* ἐκλαβὼν ἵππον ἀλινδούμενον γράψαι, *quum conduxiſſet, accepiſſet locatum ſibi, ut pingeret Equum, qui volutabatur.* IDEM.

8 Εϛω] ἔϛαι malim. KUHN.

Καὶ ὁ καλινδούμενος ἔϛω σοι ὁ τρέχων] Lugd. & Regius B. ὡς ὁ καλινδούμενος ἔϛω σοι τρέχων. Omittunt poſteriorem articulum ὁ: ego vero mallem priorem omiſiſſent, quod ſenſus videtur poſtulare, vel ſenſum, quem mente conceperis, perſpicue exprimendi Ratio. PERIZ.

9 Ει γοῦν τις αὐτοὺς] Scilicet διαλόγους. Niſi quis malit cum Geſnero emendare, αὐτοῦ τοὺς λόγους. SCHEFF.

Αυτοὺς ϛρέψει] Sic & MSti, niſi quod Lugd. ϛρέψαι, Aoriſto Optativi. Αυτοὺς refertur ad ſenſum, & vim verbi διαλέγεσθαι, ſicuti mox iterum

τοις, πρὸς οὓς διελέγετο, καὶ διὰ τοῦτο αἰνιγματώδεις αὐτοὺς παρείχετο καὶ πλαγίους.

exercere cum iis, ad quos verba faciebat, atque ob eam caufam ænigmatibus implicitas & obliquas differtationes dabat.

iterum fit, αἰνιγματώδεις αὐτοὺς παρείχετο. Sic Anton. Lib. *fab.* 37. Ελληνικὴ ἐπὰν καθορμίσηται ναῦς, φοιτῶσι πρὸς αὐτοὺς, *Græca navis si appellat, accedunt ad Eos*, fcil. Græcos, Homines iftius navis. Præceffit hic etiam in *initio Capitis* τοὺς Σωκράτους λόγους, de quibus toto Capite dein agitur, & qui ideo femper intelliguntur. PERIZ.

ΚΕΦ. ιϛ'.

Περὶ Ἱππονίκου φιλοτιμίας.

[1] Ἱππόνικος ὁ Καλλίου ἐβούλετο ἀνδριάντα ἀναστῆσαι τῇ πατρίδι ἀνάθημα. Ἐπεὶ δέ τις συνεβούλευσε παρὰ Πολυκλείτῳ κατασκευάσαι τὸ ἄγαλμα· οὐκ ἔφη προσέξειν

CAP. XVI.

De Hipponici ambitione.

Hipponicus Calliæ *filius* ftatuam erigere Patriæ dedicatam, in animo habebat. Quum igitur quidam ei fuaderet, ut à Polycleto faciendam curaret ftatuam: negavit fe

1 Ἱππόνικος] *Hipponicus* hic æqualis fuit Periclis, vel paulo major, licet diutius vixerit. Nam certe Pericles, tefte Plutarcho, *p.* 165. uxorem habuit, quam ante habuerat *Hipponicus*, & ex qua genuerat Filium, ab Ariftophane fæpius exagitatum, Calliam, de quo egimus *fupra* IV. 16. & 23. Opulentiffimus autem fuit hic *Hipponicus*. Unde Plutarchus in *Alcibiade p.* 195. qui Gener illius fuit, eum ait habuiffe δόξαν μεγάλην καὶ δύναμιν ἀπὸ πλούτου καὶ γένους, *gloriam & potentiam magnam ex divitiis & nobilitate generis.* Opes unde acceperit non Ipfe, fed ejus Avus, docet Athenæus XII. 9. *p.* 537. Nempe Diomneftus Eretrienfis Civis à fummo Duce Perfarum ingentem vim pecuniæ accepit apud fe depofitam. Eam ille retinuit, Perfis omnibus in bello exftinctis. Sed quum dein Darius bellum inferret Athenienfibus maxime & Eretrienfibus, hi fibi metuentes detulerunt fuam quifque pecuniam ad amicos Athenienfes, & ita Diomneftus quoque fuam ad *Hipponicum Calliæ*. F. qui omnem eam retinuit, quum omnes Eretrienfes, Urbe à Perfis occupata, effent occifi. Ea pecunia dein pervenit ab illo *Hipponico* ad *Hipponicum Patrem Calliæ*, ipfum γεγονότα ἀπ' ἐκείνου, τοῦ τὴν παρακαταθήκην λαβόντος, *ortum ab eo, qui depofitum acceperat.* Pofteriorem hunc *Hipponicum*, eum effe credo, de quo Nofter agit, & fuperioris fuiffe non Filium, fed Nepotem, quia à Noftro & Thucydide dicitur, non *Hipponici*, ut male putant Interpretes Athenæi, fed *Calliæ* F. dein quia Ariftophanes in *Avibus pag.* 554. inducens Epopem Filium Philoclis, Nepotem Epopis, cujus Avus iterum fuerit Epops, addit ὥσπερ εἰ λέγοις Ἱππόνικος Καλλίου, κἀξ Ἱππονίκου Καλλίας, quafi fi diceres, *Hipponicus Calliæ, & ex Hipponico Callias.* Vides ex hoc loco illud certe, divitem illum & luxuriofum Calliam, qui Ariftophanis tempore vixit, fuiffe natum ex *Hipponico Calliæ Filio.* Sed & fæpius in illa familia repetita fuiffe hæc Nomina alternis, ex eodem loco videtur colligendum. Nam quod femel Nepos unus geffit nomen Avi paterni, in eo nihil fane erat notatu dignum. Quin illo etiam fenfu accepit ifta Scholiaftes, fed

ἕξειν τοιούτῳ ἀναθήματι, οὗ τὴν δόξαν οὐχ ὁ ἀναθεὶς, ἀλλ' ὁ ποιήσας ἕξει. Δῆλον γὰρ, ὡς οἱ ὁρῶντες τὴν τέχνην ἔμελλον τὸν Πολύκλειτον, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνον, ἄγασθαι.

se hujusmodi donario appliciturum esse animum, cujus gloria non ad consecrantem, sed ad artificem sit reditura. Certum enim esse, ut qui spectarent artem, Polycletum essent, non vero Hipponicum, admiraturi.

ΚΕΦ.

CAP.

sed modum excedens, & temere Aristophanem accusans mendacii, dum ait, λέγεται δὲ καταψεύδεσθαι τῶν ὑπομνημάτων, ὅτι οἱ Ἱππόνικοι καὶ οἱ Καλλίαι ἄνωθεν ἐκ διαδοχῆς ἀπὸ πατέρων ἐπὶ παῖδας καθήκουσιν, ὅπερ ἐστὶ ψεῦδος. Ὁ πρῶτος γοῦν Καλλίας Φαινίππου πατρός ἐστιν, ὁ νενικηκὼς ἵππῳ τὴν πεντηκοστὴν καὶ πεντηκοστὴν ὀλυμπιάδα. *Dicitur mentiri contra Historias in eo, quod Hipponici & Calliæ à majoribus per successionem alternando à Patribus ad Filios devenerint, quod falsum est. Primus enim Callias, qui Equo vicit Olymp.* LIV. *patrem habuit Phanippum.* Tueamur ergo Aristophanem, cujus non ea est sententia, *Hipponicos & Callias* sibi invicem successisse ab omni ævo in illa familia, sed supra sesquiseculum: & simul expediamus seriem illustris hujus familiæ. Verum est, primum *Calliam* habuisse Patrem *Phanippum*, ut testatur etiam Herodotus. VI. 121, 122. Ille *Callias* inimicissimus fuit Pisistrato, & ejus ex Urbe ejecti bona emit. Ejectus autem est Pisistratus secundum, anno tertio Olymp. LIV. *Calliæ* istius Filius fuit *Hipponicus*, Idem Ille, apud quem Diomnestus Eretriensis sua bona deposuit ingruente Bello Marathonio, Olymp. LXXII. Vide Athenæum *d. l.* qui eum Hipponicum etiam *Calliæ F.* & *Ammonem* cognominatum ait. Hujus, qui illo tempore jam provectæ ætatis fuisse debuit, si ætas Patris ejus respiciatur, Filius iterum fuit *Callias Hipponici* apud Herodotum VII. 151. qui ad Artaxerxem Xerxis F. Longimanum missus est legatus. Confer Suidam, qui ait missum, ut jurejurando firmaret fœdus à Cimone cum Artaxerxe factum. Cimon autem paulo post pactionem illius fœderis mortuus fuerat anno ultimo Olymp. LXXXII. Missus vero Callias eo anno, quo Lacedæmonii duce Plistoanacte invasere Atticam, h. e. anno secundo Olymp. LXXXIII. Cognominatus fuit Λακκόπλουτος, cujus rationem Vide apud Hesychium & Plutarchum *Aristide p.* 321. Ex hoc *Callia* natus jam est noster *Hipponicus*, qui una cum Eurymedonte præfuit copiis Atheniensium, anno quarto Belli Peloponnesiaci, proximo post mortem Periclis, primo Olymp. LXXXVIII. Mortuus est paulo ante annum tertium Olymp. LXXXIX. ut discimus ex Athenæo V. 18. Hujus denique Filius fuit *Callias* iste ab Aristophane exagitatus cum alibi, tum in *Avibus*, Olymp. XCII. & à Nostro memoratus *supra* IV. 16. & 23. qui bona paterna dilapidavit, & tandem in paupertate mortuus est, teste Athenæo *d. l.* Ita habemus quinque ordine continuo *Callias* & *Hipponicos* alternis, ab Olymp. LIV. ad XCII. h. e. per annos 152. & porro hujus *Hipponici* Patrem *Calliam*, quem Athenæus prætermisit, quia de Eo nihil habebat, quod diceret ejus generis, qualia tunc memorabat, quando *Hipponicum* hunc *à priore Hipponico*, scil. Avo, *ortum*, ἀπ' ἐκείνου γεγονότα, ait, quod neutiquam perceperunt Interpretes istius loci, dum duos *Hipponicos* vel confuderunt in Unum, vel æque perperam in Patrem & Filium, cui Frater fuerit ultimus Callias, distinxerunt. *De Polycleto* Vide *supra cap.* 8. PERIZ.

ΚΕΦ. ιζ.

Περὶ Ἀρχελάου, καὶ περὶ Ζεύξιδος γραφῶν.

[1] Σωκράτης ἔλεγεν, [2] Ἀρχέλαον εἰς τὴν οἰκίαν [3] τετρακοσίας

CAP. XVII.

De Archelao, & de Zeuxidis picturis.

Socrates dicebat, Archelaum quadringentas minas in domum suam impen-

1 Σωκράτης] Hoc necdum apud veteres inveni. Epicteti tamen simile dictum habes apud Stobæum *serm.* v. SCHEFF.

2 Ἀρχέλαον] Rex Macedonum, de quo Vide quæ notavi *ad* II. 21. & VIII. 9. PERIZ.

3 Τεσσαράκοντα μνᾶς] Hoccine Regium & Magnificum adeo, hoccine ita notatu dignum, impendisse Archelaum *quadraginta Minas* in suam domum, atque adeo ne Talentum quidem, quod faciunt demum LX. minæ? Sluisk. τετρακοσίας μνᾶς. Lugd. & Regius B. ὑμνᾶς. Legendum omnino, postulante id re ipsa, & illa Codd. scriptura, Υ', cum Regio A. seu, quod idem est, cum Regio C. τετρακοσίας μνᾶς, h. e. *quadringentas Minas*, quæ faciunt ferme septem Talenta; summam minime immodicam. IDEM.

4 Ζεῦξιν] De hoc Pictore Vide *supra ad* II. 2. & IV. 12. Ætatem ejus ex hoc loco cognoscere licet, quo *Socrati* & *Archelao* statuitur æqualis. Minus recte ergo Plinius XXXV. 9. locutus videtur, temere alios accusans, quod quia à Doctiss. Junio observatum non fuit, monendum hic censui. Dicit ergo, *Ab hoc* (Apollodoro) *artis fores apertas Zeuxis Heracleotes intravit, Olympiadis* XCV. *anno quarto, audentemque jam aliquid penicillum ad magnam gloriam perduxit, à quibusdam falso in* LXXXIX. *Olympiade positus.* Atqui *Olymp.* XCV. anno primo occisus est Archelaus, & Socrates damnatus, atque ad mortem adactus. Male ergo Zeuxis anno demum tertio post dicitur *INTRAVISSE fores* illius *Artis*, & longe rectius fecerunt illi, qui eum in *Olymp.* LXXXIX. collocarunt. Ipse Plinius *ibidem* mox ait, *Zeuxin*, quando jam opes maximas acquisiverat, donare opera sua instituisse, quasi nullo satis digno pretio vendi possent, atque ita donasse Huic *Archelao* Pana. Accedit Quinctilianus *Instit. Orat.* XII. 10. *init.* ubi Zeuxin & Parrhasium, *ambo circa Peloponnesiaca tempora*, floruisse ait. Jam vero Olympias LXXXIX. cœpit anno VIII. Belli Peloponnesiaci. IDEM.

5 Εἰς ἑαυτὸν δὲ οὐδέν] Nam licet fuerit φιλόμουσος, ut ait Noster II. 21. & ad se evocaverit Eruditos, tamen moribus minus fuit probatis, *Tyrannus* ideo à Platone dictus, Vide *supra* VIII. 9. Et *rerum Naturæ ignarus adeo erat, ut, quo die Solis defectio fuit, regiam cluderet, & Filium, quod in luctu & rebus adversis moris est, tonderet*, ut nos docet Seneca *de Benefic.* V. 6. IDEM.

6 Πόρρωθεν ἀφικνεῖσθαι] Ita Cupido Praxitelis fuit. propter quem Thespiæ visebantur, quæ alias spectatu minime dignæ. Strabo *lib.* XI. Cæterum de iis, qui omnia alia potius quam seipsos curant exornantque, lectu dignus est Galenus in *Protreptic. ad artes*, cujus verba apponam: ὁ Διογένης ἑστιώμενος παρά τινι τὰ μὲν ἑαυτοῦ πάντων ἀκριβῶς προνενοημένῳ, μόνου δ' ἑαυτοῦ παντάπασι ἠμεληκότι, χρεμψάμενος ὡς πτύσων, εἶτ' ἐν κύκλῳ περισκοπήσας, εἰς οὐδὲν μὲν τῶν πέριξ ἔπτυσε. αὐτῷ δὲ μόνῳ προσέπτυσε τῷ δεσπότῃ τῆς οἰκίας. ἀγανακτοῦντος δ' αὐτοῦ, καὶ τὴν αἰτίαν ἐρωτῶντος, οὐδὲν ἔφησεν, ὁρᾶν οὕτως ἠμελημένον τῶν κατ' οἰκίαν, ὡς ἐκεῖνον· τοὺς γὰρ τοίχους ἅπαντας ἀξιολόγοις γραφαῖς κεκοσμῆσθαι. τὸ δὲ ἔδαφος ἐκ ψήφων πολυτελῶν συγκεῖσθαι, θεῶν εἰκόνας ἔχον ἐξ αὐτῶν διατετυπωμένας· ἅπαντα τὰ σκεύη λαμπρὰ, καὶ καθαρὰ, καὶ τὴν στρωμνὴν καὶ τὰς κλίνας, εἰς κάλλος ἐξησκῆσθαι. μόνον δ' ἐκεῖνον ὁρᾶν ἠμελημένον. ἔθιστα δ' ἅπασιν ἀνθρώποις, εἰς τοὺς ἀτιμοτάτους τῶν παρόντων τόπων ἀποπτύειν. *Diogenes convivatus apud quendam, qui quidem omnia sua ad unguem*

κοσίας μνᾶς ἀναλῶσαι, [4] Ζεῦξιν μισθωσάμενον τὴν Ηρακλεώτην, ἵνα αὐτὴν καταγράφοι, [5] εἰς ἑαυτὸν δὲ οὐθέν. Διὸ [6] πόῤῥωθεν μὲν ἀφικνεῖσθαι σὺν σπουδῇ πολλῇ τοὺς βουλομένους θεάσασθαι τὴν οἰκίαν· δι' αὐτὸν δὲ Αρχέλαον μηδένα εἰς Μακεδόνας στέλλεσθαι, [7] ἐὰν μή τινα ἀναπείσῃ χρήμασι, καὶ δελεάσῃ, ὑφ' ὧν οὐκ ἂν αἱρεθῆναι τὸ σπουδαῖον.

impendisse, conducto mercede Zeuxide Heracleota, qui picturis eam exornaret, in se ipsum vero nihil. Ideo multos quidem è longinquo venire magno studio, contemplari domum hanc volentes: ipsius vero Archelai gratia neminem in Macedoniam proficisci, nisi si quem forte persuaserit pecuniis, & inescaverit, quibus tamen vir gravis non capiatur.

quem facta habuit, se vero solum planè susque deque, ut sputum emissurus conscreavit, deinde circum omnia oculis perlustrans, omissis aliis solum conspuit Patremfamilias. Illo cum indignatione causam tam atrocis contumeliæ requirente, nihil tota domo se vidisse, inquit, *tam neglectum abjectumque, quam ipsum. parietes enim omnes picturis decoratos esse edecumatis: pavimentum ex tesserulis constructum pretiosis, musivo opere Deos repræsentare: vasis ad unum omnibus nihil elutius esse: vestemque stragulam & lectos perpulchrè se habere, ipsum vero dominum jacere sine cultu, sine cura. Solere autem homines oris excrementa in loca omnium abjectissima projicere.* His adde hæc elegantissima Madaurensis Philosophi: *Igitur si quotidiana eorum* (qui se ipsos negligunt) *æra dispungas, invenies in rationibus multa prodigè profusa, & in semet nihil* &c. *Planè quidem villas opipare exstruunt, & domos ditissimè exornant, & familias numerosissime comparant: sed in istis omnibus, in tanta affluentia rerum nihil est, præterquam dominus ipse pudendum, nec injuria. cumulata enim habent, quæ sedulo percolunt: ipsi autem horridi* (Sarisburiensis legit *sordidi*, *l.* VI. *Polycrat. c.* 28.) *indocti incultique circumeunt. Igitur illas species, in quas patrimonia sua profuderunt, amœnissimas & exstructissimas & ornatissimas deprehendas: villas æmulas urbium conditas, domus vice templorum exornatas, familias numerosissimas & calamistratas, opiparam supellectilem, omnia affluentia, omnia opulenta, omnia ornata, præter ipsum dominum, qui solus, Tantali vice, in suis divitiis inops, egens, pauper, non quidem fluentem illum fugitivum captat, & fallacis undæ sitim, sed veræ beatitudinis, id est, secundæ vitæ & prudentiæ fortunatissimæ sitit & esurit* &c. vide quoque Themist. *Orat.* XVI. Cæterum de Archelao hoc quoque proditum est literis, ipsum, Socratem spe divitiarum in Macedoniam ut veniret invitasse. Philosophus autem renunciare eidem jussit, quatuor chœnices farinæ obolo venire Athenis, & fontes aquis abundare &c. vid. Stobæum *serm.* CCXXXVII. alia de hac historia habet Aristot. *lib.* II. *Rhetor. cap.* 23. Σωκράτης οὐκ ἔφη βαδίζειν ὡς Αρχέλαον &c. & M. Antoninum *l.* XI. *p.* 113. Philo *de Agricult.* eleganter ait ædes pingere nihil esse aliud, quam κονιάματα καὶ λήρους, κόσμον ἄψυχον, οἰκίαις περιτεθεῖναι, *tectoria & nugas, ornamentum spiritu vacuum, domibus induere.* Adde illud è *Catalectis* Veter. Poëtar.

> *Ædibus in totis gemmæ licet omnia claudant:*
> *Turpe est, nil domino turpius esse suo.*

Contra *M. Cato Censorius villas suas inexcultas & rudes ne tectorio quidem prælitas fuisse dicit ad annum usque ætatis suæ* 70. A. Gellius *Noct. Att. l.* XIII. *c.* 23. Quomodo Apollonius juvenem confutaverit, qui duodecim talenta ad ornandam domum impenderat, sibi vero ipsi ne drachmam quidem dederat, ut melior doctiorque fieret, id eleganter persequitur Philostratus *lib.* V. *de Vit. Apollon. cap.* 8. Cæterum Plato in *Gorgia* putat hunc Archelaum ut tyrannum facinoribusque impiatum non eluendis, ἐν ἄδου ὀ-

δεσμωτηρίῳ, pœnas daturum æternas & in exemplum iturum. KUHN.

7 Ἐὰν μή τινα &c.] Sic Euripidem, Agathonem, Pausaniam ad se vocavit, Vide *supra* II. 21. & XIII. 4. Ipsum etiam *Socratem rogavit, ut ad se veniret*, sed qui respondit, *Nolle se ad eum venire, à quo acciperet beneficia, cum reddere illi paria non posset*, teste Seneca *d. l.* Vide hic etiam Kuhnium. PERIZ.

ΚΕΦ. ιη'.

Πῶς ὀργιζόμενός τις τὸν οἰκέτην τιμωρῆσαι ἐβούλετο.

Ἀνὴρ Χῖος ὀργιζόμενος τῷ οἰκέτῃ, ἐγώ σε, ἔφη, οὐκ εἰς μύλην ἐμβαλῶ, ἀλλ' εἰς Ὀλυμπίαν ἄξω. Πολλῷ γὰρ ᾤετο πικροτέραν, ὡς τὸ εἰκὸς, εἶναι τιμωρίαν ἐκεῖνος, [1] ἐν Ὀλυμπίᾳ [2] θεώμενος ὑπὸ [3] τῆς ἀκτῖνος ὀπτᾶσθαι, ἢ ἀλεῖν μύλῃ παραδοθέντα.

ΚΕΦ.

CAP. XVIII.

Qua pœna quidam iratus servum suum afficere voluerit.

Homo quidam Chius, ira contra servum incensus, Non, inquit, in pistrinum ego te detrudam, sed Olympiam ducam. Putabat enim ille, ut apparet, multo graviorem esse pœnam Olympiæ à radiis solaribus torreri spectantem, quam molere pistrino traditum.

CAP.

1 Ἐν Ὀλυμπίᾳ θεώμενον &c.] Similiter Caligula apud Suetonium *cap.* 26. Populum R. vexavit in gladiatorio munere, *reductis interdum flagrantissimo Sole Velis*, & tunc *emitti quenquam vetuit.* Nempe Romani, sed sero, ad arcendos solis radios, *spectantium consessum velorum umbraculis texerunt*, teste Valerio Max. II. 5. 13. qui tamen in eo ait, *Campanam imitatos luxuriem.* Vela hæc trabibus & malis erectis erant intenta. Vide omnino Lucretium IV. 73. &c. At in Olympiis expositi erant spectatores *pluviæ & radiis solis*, id quod tradit etiam Arrianus *in Epictetum* I. 6. ut monuit jam Schefferus. De *mola* & *pistrino* res est notissima ex Comicis. PERIZ.

2 Θεώμενον] Reposui θεώμενος, non ex lubidine mea, sed jubente id Codice utroque, & Regiis duobus. Lugd. etiam legit ἐκεῖνος. Nec movere quem debet, quod movisse videtur Editores, Infinito jungi Nominativum. Frequens enim id Græcis, & Nostro. Vide *supra* XIII. 20. & ibi Notas, tum *cap.* 23. & 38. IDEM.

3 Τῆς ἀκτῖνος] Vide Arrianum *ad Epict. cap.* 5. ubi habes de hac molestia. SCHEFF. Lucian. in *Herodoto* ait, ludos Olympicos habere ξενοχωρίαν καὶ σκηνὰς, καὶ καλύβας καὶ πνῖγος καὶ συρφετώδη ὄχλον, *angustias locorum, & tabernacula, & tuguriola, & æstum suffocantem turbamque miscellaneam.* in *Peregrini morte* idem docet, fuisse aliquem, qui aquæ ductum Olympiæ suis sumptibus faciendum curavit, καὶ ἔπαυσε δίψει ἀπολλυμένους τοὺς πανηγυριστὰς, *providitque ne amplius siti perirent spectatores ludorum, aut morbis acutioribus*, οἱ πίας διὰ τὸ ξηρὸν τοῦ χωρίου ἐν πολλῷ τῷ πλήθει ἐπεπόλαζον, *qui hactenus ob loci siccitatem in densa multitudine invaluerant.* Basilius *Hom.* VI. *Hexaem:* monet, cautum fuisse legibus panegyricis, ut spectatores in stadio sederent, γυμνῇ κεφαλῇ, *nudo capite.* adde Agonem Olympicum incidisse in id tempus, cum ferventissimus annus est. Bene igitur dominus servo minatur, Olympiam se missurum hominem, ut ibi pistrino graviora sustineat. Thales etiam, Milesius ille, obiit θεώμενος γυμνικὸν ἀγῶνα, πνιγεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ ὄχλου καὶ ἐκλυθεὶς ὑπὸ τοῦ καύματος. Suid. in Θαλῆς ex Laert. confer & Pindarum *Od.* III. *Olymp.* KUHN.

ΚΕΦ. ιθ'.

Περὶ Αρχύτου σωφροσύνης ἐν λόγοις.

1 Αρχύτας τάτε ἄλλα ἦν σώφρων, καὶ οὖν καὶ τὰ ἄκοσμα ἐφυλάττετο τῶν ὀνομάτων. Επεὶ δέ ποτε ἐβιάζετό τι εἰπεῖν τῶν ἀπρεπῶν, οὐκ ἐξενικήθη, ἀλλ' ἐσιώπησε μὲν αὐτὸ, ἐπέγραψε δὲ κατὰ τοῦ τοίχου, δείξας μὲν ὃ εἰπεῖν ἐβιάζετο, 2 οὐ μὴν βιασθεὶς εἶπεν.

CAP. XIX.

De Archytæ in loquendo modestia.

Archytas, quum aliis in rebus modestus fuit, tum vero etiam verborum obſcœnitatem vitabat. Quum vero neceſſitas aliquando poſtularet inhoneſtum aliquid dicere, evinci non potuit *ut id diceret*, ſed tacuit id quidem, inſcripſit autem in pariete, monſtrans quidem, quod dicere adigebatur, neque tamen dixit coactus.

1 Αρχύτας] At Stoici *ſuo quamque rem nomine appellaverunt. ſic enim diſſerunt, nihil eſſe obſcœnum, nihil turpe dictu.* & ὁ σοφὸς εὐθυῤῥήμων ἔσαι (ita enim lego). *itaque crepitus ajunt æquè liberos ac ructus eſſe oportere.* ô ſtoicam impudentiam! *Ego*, inquit adhæc Cicero *lib.* IX. *epiſt. fam.* 22. *ſervo & ſervabo (ſic enim aſſuevi) Platonis verecundiam.* KUHN.

Αρχύτας] De *Archyta* hoc Tarentino, qui ἐθαυμάζετο παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐπὶ πάσῃ ἀρετῇ, *in admiratione erat apud populum propter omnis generis virtutem*, ut ait Laertius, egimus nos jam *ſupra* III. 17. 5. PERIZ.

2 Ου μὴν βιασθεὶς εἶπεν] Lugd. εἰπεῖν. Sed longe præfero vulgatum, quod & Sluisk. tuetur. IDEM.

ΚΕΦ. κ'.

Περί τινος φληνάφου ἱστορίας.

Συβαρίτης ἀνὴρ παιδαγωγὸς, (καὶ γὰρ οὖν μετὰ τῶν ἄλλων Συβαρι-

CAP. XX.

De ridicula quadam hiſtoria.

Sybarita quidam pædagogus, (nam & hi cum reliquis Sybaritis luxuriæ

1 Ον ἦγε] Sluisk. & Regius C. ὃν ἤγαγε. Sic I. 34. ἀμφοτέρους δὲ ἐπὶ τὸν Αρταξέρξην ἤγαγον. Et proprie de pueris ducendis & educandis: hinc παίδων ἀγωγὴ, XII. 43. ſed & hinc hoc ipſum Παιδαγωγοῦ vocabulum. PERIZ.

2 Επέπληξεν αὐτῷ ἰσχυρότατα] MSS. B. & C. ἐ. α. παρότατα. SCHEFF. Lege πικρότατα. KUHN.

Επέπληξεν αὐτῷ ἰσχυρότατα] Sic & Sluisk. & Regius A. Unde liquet è MStis hanc lectionem à Peruſco editam. Quapropter

βαριτῶν καὶ αὐτοὶ ἐτρύφων) τοῦ παιδὸς, [1] ὃν ἦγε διὰ τῆς ὁδοῦ, ἰσχάδι περιτυχόντος, καὶ ἀνελομένου, [2] ἐπέπληξεν αὐτῷ ἰσχυρότατα. Γελοιότατα δὲ αὐτὸς [3] τὸ εὕρημα παρὰ τοῦ παιδὸς ἁρπάσας κατέτραγεν. Ὅτε τοῦτο ἀνελεξάμην ἐν ἱστορίαις Συβαριτικαῖς, ἐγέλασα, ἔδωκα δὲ αὐτὸ εἰς μνήμην, μὴ βασκήνας διὰ φιλανθρωπίαν γελάσαι καὶ ἄλλον.

luxuriæ indulgebant) quum puer, quem ducebat per viam, in ficum incidisset, & sustulisset, vehementissime eum objurgavit. Ipse vero ridicule prorsus, quum eripuisset puero, quod inventum erat, devoravit. Quum id legerem in Sybariticis historiis, risi, memoriæ vero prodidi illud, non invidens humanitate quadam etiam alteri risum.

ter licet & Lugd. æque ac Regii B. & C. legat πικρότατα, non tamen idoneam satis rationem hanc duco id, quod receptum est, rejiciendi, ut fecit Kuhnius. De hujusmodi enim rebus recte satis adhibetur illud ἰσχυρὸς. Sic Plutarchus *Apophth. Lacon.* Ἰσχυρῶς ἀνεζήτουν τοὺς ποιήσαντας, *studiose, vehementer quæsiverunt eos, qui id fecerant.* Sed & Noster prorsus eodem modo *supra* III. 19. Καὶ τῷ Σπευσίππῳ πάνυ ἰσχυρῶς ἐπέπληξε. PERIZ.

3 Τὸ εὕρημα παρὰ τοῦ παιδὸς] Mediceus, τὸ εὕρεμα τοῦ παιδὸς ἁρπάσας κατέτρωγεν. & mox Idem, ἐν ἱστορίᾳ Συβαριτικῇ.

ΚΕΦ. κα΄.

Περὶ Συάγρου ποιητοῦ.

[1] Ὅτι Συάγρός τις ἐγένετο ποιητὴς μετ' [2] Ὀρφέα καὶ Μουσαῖον, ὃς

CAP. XXI.

De Syagro Poëta.

Poëta quidam nomine Syagrus exstitit post Orpheum & Musæum,

1 Σύαγρός τις] Adde Eustath. in *præfatione ad Iliadas.* SCHEFF.

Ὅτι Σύαγρός τις &c.] Citat hæc Æliani Nostri Eustathius in *præfatione ad Homeri Iliada p. m.* 3. PERIZ. Cl. Konigius pro Σύαγρος legere malebat Οἴαγρος, teste Cl. Kuhnio *ad lib.* XI. *cap.* 2. de Syagro egerunt Viri Doctissimi L. Allatius *de Patria Homeri cap.* 4. & Fabricius *lib.* I. *cap.* 34. *Biblioth. Gr.* qui μετ' Ὀρφέα καὶ Μουσαῖον vertit *cum Orpheo & Musæo*, sive *iisdem quibus illi temporibus.*

2 Ὀρφέα καὶ Μουσαῖον] De *Orpheo* egimus *supra ad* VIII. 6. *Musæus* fuit secundum quosdam Orphei discipulus. Duplicem facit *Musæum* Suidas; Alterum *Thebanum*, Filium *Thamyræ*, Nepotem *Philammonis*, quem memorat etiam Pausanias in *Phocicis cap.* 7. quamvis *Thamyræ* Filium non dicat, sed æqualem illi statuere videatur, neque illum, sed Orphea, εἰς πάντα, *in omnibus*, *imitatum* addat: Alterum vero *Atheniensem*, vel *Eleusinium*, qui vixerit temporibus *Cecropis secundi*, & Filius fuerit *Antiphemi*, cujus itidem Pausanias sæpius meminit. Veluti in *Atticis cap.* 14. ubi *carmina* illius citat, sed quæ utrum illius sint, dubitat, & hunc ipsum etiam cum Orpheo jungit. Adde *caput* 25. & in *Phocicis cap.* 5. & 12. Pater fuit Eumolpi, ut tradit Suidas & Scholiastes Sophoclis *ad Oedipum Col. v.* 1047. quod à Pausania *Phoc. cap.* 5. confirmatur. Sed Scholiastes

ὃς λέγεται τὸν Τρωικὸν πόλεμον πρῶτος ᾆσαι, [3] μεγίστης οὗτος ὑποθέσεως λαβόμενος, καὶ ἐπιτολμήσας ταύτῃ.

ſæum, qui dicitur primus Trojanum bellum ceciniſſe, maximo illo argumento occupatus, idque etiam auſus aggredi.

liaſtes ille alios *Muſæo* tribuit Avum, Proavum, Abavum, quam Suidas, & ad ſeriora rejicit tempora, dum quartum facit ab Eumolpo Thrace, qui bellum geſſit cum Erechtheo, Athenienſium Rege, cujus Filius fuit *Cecrops* II. Periz.

3 Μεγίστης οὗτος &c.] Sic II. 13. de Ariſtophane Socratem exagitante, λαβόμενος ὑποθέσεως εὖ μάλα ἀνδρικῆς. Vult autem dicere Auctor quaſi per admirationem, Syagrum maximo ſane argumento fuiſſe occupatum, idque, licet magnæ eſſet operæ, aggredi auſum. Lugd. & Regius B. mox legit ταῦτα, ſed male, ut opinor. Nam ut Noſter, ſic plane & Plutarchus *Bruto in extr. pag.* 1010. οὐδ' ὅσον Πομπήϊος ἐπιτολμήσας τῇ τύχῃ, & *ne quantum quidem Pompejus, auſus tentare fortunam.* Idem.

ΚΕΦ. κβ'.

CAP. XXII.

Περὶ τυράννου κωλύσαντος τοὺς ἑαυτοῦ ὑπηκόους διαλέγεσθαι ἀλλήλοις.

De tyranno prohibente ſubditos à mutuis colloquiis.

Ὅτι [1] Τρύζος τις τύραννος βουλόμενος ἐξελεῖν τὰς συνωμοσίας, καὶ τὰς κατ' αὐτοῦ ἐπιβουλάς, ἔταξε τοῖς ἐπιχωρίοις, [2] μηδένα μηδενὶ διαλέγεσθαι, μήτε κοινῇ, μήτε ἰδίᾳ. Καὶ ἦν τὸ πρᾶγμα [3] ἀμήχανον καὶ χαλεπόν. Ἐσοφίσαντο οὖν τὸ τοῦ τυράννου πρόσταγμα, καὶ [4] ἀλλήλοις ἔνευον, καὶ ἐχειρονόμουν πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἐνεώρων δριμύ, καὶ αὖ πάλιν γαληναῖον, καὶ βλέμμα φαιδρόν,

Tyrannus quidam Tryzus, volens conjurationes tollere & inſidias contra ſe, præſcripſit ſuæ regionis incolis, ut nemo cum altero, neque publice neque privatim, ſermones miſceret. Et erat res plane triſtis ac dura. Itaque illud tyranni mandatum eluſerunt, & ſibi invicem innuebant, ac manuum geſtibus utebantur alter erga alterum, torvòque vultu ſeſe invicem

1 Τρύζος] Quis hic fuerit, non invenio, dubitoque an bene ſcriptum ſit hoc nomen. Scheff.

Τρύζος] An per compendium Scripturæ pro τροιζήνιος? Certe οι & υ frequenter inter ſe permutantur in MStis, ut liquet ex *Mæſia* & *Myſia* toties confuſis, aliiſque exemplis, quæ Vide apud illuſtrem Virum, Gronovium Patrem, *Obſerv.* IV. 15. ut & Clariſſ. Bentlejum in Doctiſſima *Epiſtola ad Millium*, Joh. Malelæ ſubjecta, *pag.* 75. &c. Sed & jam olim in pronunciatione Υ locum τοῦ OI excepit, ſicut apud Latinos V ſæpiſſime ſubſtitutum eſt in derivationibus diphthongo OE, vel OI. Sic à ποινή, *pœna*, *punio*, à *Pœnus*, *Punicus*. Qua de re pluribus egi in *Animad. Hiſtoricis cap.* 10. *p.* 438. Periz.

2 Μη-

δρὸν, καὶ ἐπὶ τοῖς σκυθρωποῖς καὶ ἀνηκέστοις ἕκαστος αὐτῶν συνωφρυωμένος ἦν δῆλος, τὸ τῆς ψυχῆς πάθος ἐκ τοῦ προσώπου τῷ πλησίον διαδεικνύς. Ελύπει τὸν τύραννον καὶ ταῦτα, καὶ ἐπίστευε, τέξεσθαί τι αὐτῷ πάντως κακὸν καὶ τὴν σιωπὴν, διὰ τὸ τῶν σχημάτων ποικίλον. Αλλ' οὖν ἐκεῖνος καὶ τοῦτο κατέπαυσε. Τῶν τις οὖν ἀχθόμενος τῇ ἀμηχανίᾳ, καὶ δυσφορῶν, καὶ τὴν μοναρχίαν καταλῦσαι διψῶν, ἀφίκετο εἰς τὴν ἀγορὰν, εἶτα ἔκλαε στὰς πολλοῖς ἅμα καὶ † θολεροῖς τοῖς δακρύοις. 5 Περιέστησαν οὖν αὐτὸν καὶ περιῆλθον τὸ πλῆθος, καὶ ὀδυρμῷ κἀκεῖνοι 6 συνείχοντο. Ηκεν ἀγγελία παρὰ τὸν τύραννον, ὡς οὐδεὶς αὐτῶν χρῆται νεύματι οὐκ ἔτι, δάκρυα δὲ αὐτοῖς ἐπιχωριάζει. Ο δὲ ἐπειγόμενος καὶ τοῦτο παῦσαι, μὴ μόνον τῆς γλώττης καταγινώσκων δουλείαν, μηδὲ μόνον τῶν νευμάτων, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς τὴν ἐκ φύσεως ἀποκλείων ἐλευθερίαν, ᾗ ποδῶν εἶχεν, ἀφίκετο σὺν τοῖς δορυφόροις, ἵνα ἀναστείλῃ τὰ δάκρυα. Οι δὲ οὐκ ἔφθησαν ἰδόντες αὐτὸν,

† θαλεροῖς.

vicem intuebantur, dein iterum sereno hilarique, & in asperis ac gravissimis malis quisque supercilia palam contrahebat, animi affectum ita per vultum alteri declarans. Sed hæc etiam tyrannum male habebant, credebatque, silentium quoque illud per varietatem vultuum prorsus mali quid sibi pariturum. Ille ergo etiam hoc vetuit. Eorum itaque aliquis dirissimum hoc malum graviter & ægre ferens, & dissolvere tyrannidem desiderans, venit in forum, deinde stans ibi multis & turbidis flebat lachrymis. Circumstabat igitur eum & circuibat multitudo, ac in lamentationem erumpebat & ipsa. Nuncius itaque ad tyrannum venit, neminem eorum nutu amplius uti, at lacrymas iis in vultu abundare; ille vero festinans, ut & hoc prohiberet, non solum linguam nutusque servituti damnans, sed jam oculis quoque, quam habent à natura, libertatem adimens, quantum potuit pedibus, advenit

2 Μηδένα μηδενὶ διαλέγεσθαι] Tacitus *Agric.* de temporibus Domitiani: *Dedimus profecto grande patientiæ documentum, & sicut vetus ætas vidit, quid ultimum in libertate esset, ita nos quid in servitute, adempto per inquisitiones & loquendi audiendique commercio.* SCHEFF.

3 Ἀμήχανον] Significat hic rem gravissimam, tristissimam. Sic Hesiodus Θεογ. 836.

Καί νύ κεν ἔπλετο ἔργον ἀμήχανον ἤματι κείνῳ.

Et sane evenisset res gravissima illo die. Et Ἔργων 494. κακοῦ χειμῶνος ἀμηχανίῃ, *malæ hyemis duritia.* Polyænus II. I. 14. Καὶ δέος ἦν ἀμήχανον, *& metus erat gravissimus.* PERIZ.

4 Ἀλλήλοις ἔνευον] *Loquebantur* igitur *nutibus*, & *quicquid metuebant dicere, significabant affectibus.* Hieron. in *epist. de vitando suspecto contubernio.* ubi iterum, *Taciti*, inquit, *oculi & sermo silens & totius corporis habitus trepidationem interdum vel securitatem loquuntur.* de Pantomimis vetus Poëta inter alia canit;

Tot linguæ, quot membra viro: mirabilis ars est,
Quæ facit articulos ore silente loqui.

KUHN.

5 Περιέ-

τὸν, ϗ τὰ ὅπλα τῶν δορυφόρων ἁρπάσαντες, τὸν Τύραννον [7] ἀπέκτειναν.

advenit cum ſtipatoribus, ut lacrymas reprimeret. At illi non viderunt eum prius, quam raptis continuo armis ſatellitum, tyrannum interfecerunt.

5 Περιέστησεν οὖν αὐτὸν ϗ περιῆλθον τὸ πλῆθος] Neſcio qui hoc ita me prætererit & fefellerit, quum manifeſto legi debeat περιέστησαν, æque ac περιῆλθον, & ſyntaxi id poſtulante, & Cod. Sluiskiano. Lugd. ut ſolet, per compendium ſcribendi ultimas literas in incerto reliquit. Alterum tamen occurrit in omnibus Edd. ſed male. Syntaxis hæc vocabuli πλῆθος cum verbo plurali eſt notiſſima, & Græcis Latiniſque uſitata. Livius I. 41. *Clamor concurſuſque Populi, mirantium, quid rei eſſet.* Vide *ad Sanctii Minervam p.* 538. 539. PERIZ.

6 Συνείχοντο] Sic & Faber: At mihi videtur ſcripſiſſe συνήχοντο, quoniam & ſenſus & ratio orationis ſic requirit. SCHEFF. Indicta hæc mallem. συνείχοντο enim per ει dicunt Græci, nunquam συνήχοντο per η. Res nota παντὶ τῳ. KUHN.

7 Ἀπέκτειναν] In utroque Codice legitur ἔκτειναν.

ΚΕΦ. κγ'.

Περὶ Κλεινίου, ϗ Ἀχιλλέως μουσικῇ τὴν ὀργὴν ἀναστέλλειν φιλούντων.

CAP. XXIII.

De Clinia & Achille muſica ſolitis iram reprimere.

[1] Κλεινίας ἀνὴρ ἦν σπουδαῖος τὸν τρόπον, Πυθαγόρειος δὲ τὴν σοφίαν. Οὗτος εἴ ποτε εἰς ὀργὴν προήχθη,

Clinias moribus fuit vir probus, doctrina autem Pythagoreus. Is ſi quando in iram provectus eſſet,

1 Κλεινίας] Refert hæc Chamæleon Ponticus apud Athenæum *lib.* XIV. & confirmat Baſilius *libro, quo docetur, quid ex gentium libris proficere poſſumus.* Vide Voſſium *de Muſica* §. 16. SCHEFF. Clinias quidem ex ſectæ ſuæ diſciplina iram Muſicâ exarmavit. Galenus vero in *de curandis animi morbis* alia contra iram alexipharmaca habet. quo pacto autem ipſe ſibi hunc affectum curaverit, audire operæ pretium fuerit, ἐγώ, inquit, μειράκιον ὢν ἔτι ταῦτ' ἀκούσας, ἐπεὶ εἶδον ἄνθρωπον &c. *ego adhuc adoleſcentulus, his auditis, cum vidiſſem hominem, qui fores celerius reſerare volebat, ſed re ad lubitum non procedente, clavem morſibus, januamque calcibus petebat, jactiſque in ipſos Deos convitiis, truci efferatoque oculorum obtutu inſaniem præ ſe ferebat, tantum non ſpumam ore agens inſtar apri, ex eo omnem iram bona fide odiſſe cœpi, adeo, ut nunquam poſtea viſus ſim iratior.* Ita Galenus ſpectaculo irati hominis edoctus eſt iræ modum! quomodo Pythagoras ὀργὰς ἐπράϋνε habetur in *vit. Pyth. apud Porphyr. p.* 195. Cenſorinum *de Die Natali c.* 12. & *ibi notas* Henric. Lindenbrogii. confer omnino Ammon. *comment. in* 5. *voces Porphyrii.* KUHN.

Κλεινίας] Tarentinus fuit, & Platoni æqualis ac amicus. Vide Diogenem Laertium in *Democrito n.* 40. atque ibi Menagium. Factum hoc *Cliniæ* Noſter habet ex Athenæo XIV. 5. qui Auctorem laudat *Chamæleonem Ponticum.* PERIZ.

2 Εἶχεν αἰσθητικῶς ἑαυτοῦ] Elegans circumlocu-

ἤχθη, καὶ ² εἶχεν αἰσθητικῶς ἑαυτοῦ εἰς θυμὸν ἐξαγομένου, παραχρῆμα πρὶν ἢ ἀνάπλεως αὐτῷ ἡ ὀργὴ, καὶ ἐπίδηλος γένηται, ὅπως διάκειται, τὴν ³ λύραν ἁρμοσάμενος, ἐκιθάριζε· πρὸς δὲ τοὺς πυνθανομένους τὴν αἰτίαν ἀπεκρίνετο ἐμμελῶς, ὅτι ⁴ πραΰνομαι. Δοκεῖ δέ μοι καὶ ὁ ἐν Ἰλιάδι Ἀχιλλεὺς, ὁ τῇ κιθάρᾳ προσᾴδων, καὶ τὰ κλέα τῶν προτέρων διὰ τοῦ μέλους εἰς μνήμην ἑαυτῷ ἄγων, τὴν μῆνιν κατευνάζειν,

esset, atque in iracundiam se ferri ipse sensisset, confestim prius quam consummata esset ira, & elucesceret in ipso, quo ageretur affectu, adaptatam pulsabat citharam: interrogantibus vero causam rei, respondit eleganter, Lenior ita. Videtur autem mihi etiam Achilles in Iliade, quum accinit citharæ, veterumque res gloriosas cantando sibi ipse in memoriam redigit, indignationem

locutio τοῦ συναισθάνεσθαι, quod est *sibi esse conscium alicujus rei*, ejusque *sensum intus percipere*. Ita ægrotus, cum sentit morbum libenterque agnoscit, medicis dicitur habere νόσου συναίσθησιν. Arriani *Epictetus lib.* II. *cap.* 2. ἀρχὴ φιλοσοφίας &c. συναίσθησις τῆς αὐτοῦ ἀσθενείας, *philosophiæ initium est suæ imbecillitatis sensus*. Antoninus *lib.* VII. *de Vita sua*, εἰ γὰρ καὶ ἡ συναίσθησις τοῦ ἁμαρτάνειν οἰχήσεται, τίς ἔτι τοῦ ζῆν αἰτία; *si quis etiam peccati sensum perdiderit, quænam vivendi causa superest?* τῷ συναισθανομένῳ opponitur ὁ ἀπηλγηκὼς, ὁ ἀναίσθητος, *qui non sentit se peccare ac perire*. KUHN.

Εἶχεν αἰσθητικῶς ἑαυτοῦ εἰς θυμὸν ἐξαγομένου] Sic & Sluisk. & Regii A. C. Haud male. Neque etiam rejiculum plane, quod Lugd. & Regius B. ἐξαγόμενος, Participio, ut sæpe fit à Græcis, posito pro Infinito. Prius illud simile est illi, XII. 2. καὶ τὰ μὲν πρῶτα ὀλίγον ἔμελε φθονουμένῳ αὐτῷ. Posterius illi, XII. 64. *extr.* ὀψὲ δὲ ἔμαθεν ἀπατηθεὶς, pro ἑαυτὸν ἀπατηθῆναι. PERIZ.

3 Τὴν λύραν ἁρμοσάμενος] Ex præcepto & exemplo, magistri sui Pythagoræ, de quo Seneca *lib.* III. *de Ira cap.* 9. *Pythagoras perturbationes animi lyra componebat.* Adde Quintil. *Institut.* IX. *cap.* 4. Jamblichum *de vita Pythag.* I. *cap.* 25. Censorinus *de die Natal. cap.* 12. *Pythagoras ut animum suum semper divinitate imbueret, priusquam se somno daret & cum esset expergitus, cythara, ut ferunt, cantare consueverat.* Porro de hoc musicæ effectu testatur etiam Maximus Tyrius *Dissert.* XXI. δεινὴ, inquit, ἐπελαφρῦναι οἶκτον, δεινὴ δὲ ἐπισχεῖν θυμὸν, ἀγαθῶν ἐπιθυμίαν σωφρονίσαι. Adde Plutarchum *de Musica* & exemplum Orphei apud Ovidium *lib.* X. *fab.* I. & Davidis, Sauli emotum animum citharæ sono mitigantis apud Samuelem in *Bibliis*. SCHEFF. Adi Aristot. *lib.* VIII. *cap.* 5. & Piccarti *Commentar. in h. l.* KUHN.

Λύραν ἁρμοσάμενος ἐκιθάριζε] Promiscue hic sumuntur, ut apparet, vocabula *Lyræ* & *Citharæ*, de quo Vide jam *supra ad* III. 32. *extr.* PERIZ.

4 Πραΰνομαι] De illa Musices vi, à Pythagora & Pythagoreis agnita, Vide hic Schefferum & Magium *Miscell.* IV. 13. IDEM.

5 Πρώτην &c.] Interpretes subobscure, *ex spoliis &c. primam arripuit citharam.* Indigitat autem Noster, *præcipui titulo* hanc citharam ex spoliis sibi sumpsisse Achillem, Homerumque in animo habuit, qui *Iliad.* I. impense laudat hanc citharam, canitque inter alia,

Τὴν ἄρετ' ἐξ ἐνάρων πόλιν Ἠετίωνος ὀλέσσας,
Τῇ ὅγε θυμὸν ἔτερπεν, ἄειδε δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν.
Quam tulit ex præda Hetionis mœnia perdens,
Quaque animum pavit recinens bene gesta virorum.

Est itaque κιθάρα πρώτη hoc loco idem quod ἐξαί-

νάζειν. Μουσικὸς γὰρ ὤν, τὴν κιθάραν [5] πρώτην ἐκ τῶν λαφύρων ἔλαβε.

tionem sopire. Etenim quum esset musicus, ex spoliis citharam cepit præ aliis rebus.

ἐξαίρετος vel πρωτόλεια, *cithara eximia & jure præcipui* debita duci, confer Grotium *lib.* III. *de I. B. & P. p. m.* 624. KUHN.

Πρώτην ἐκ τῶν λαφύρων &c.] Intellige non ita *primam*, ut alia dein ceperit, sed *solam & præ aliis.* Interpres enim horum esse debet Athenæus, quem Noster sequitur. Ita vero ille *d. l.* Καὶ ὁ Ὁμηρικὸς δὲ Ἀχιλλεὺς τῇ κιθάρᾳ κατεπραΰνετο, ἣν αὐτῷ ἐκ τῶν Ἠετίωνος λαφύρων μόνην Ὅμηρος χαρίζεται. *Etiam Homericus Achilles cithara sibi mitigabat iram, quam ipsi Solam ex Eetionis spoliis largitur Homerus.* PERIZ.

ΚΕΦ. κδ'.

Περί τινων χρημάτων κρειττόνων ὑπὲρ τῶν πολιτῶν, καὶ τοὺς δανειστὰς ἀποκτεινάντων.

CAP. XXIV.

De quibusdam pecunias aspernatis supra alios cives, & iis, qui creditores occiderunt.

Χρημάτων κατεφρόνησαν, καὶ μεγαλοφροσύνην ἐπεδείξαντο, ὁρῶντες ἐν πενίᾳ τοὺς πολίτας ὄντας, πλουτοῦντες αὐτοὶ, ἐν μὲν Κορίνθῳ Θεοκλῆς, καὶ Θρασωνίδης, ἐν δὲ Μιτυλήνῃ Πρᾶξις. Καὶ οὖν καὶ ἄλλοις συνεβούλευον ἐπικουφίσαι τῆς πενίας τὴν ἀνάγκην τοῖς ἀπορουμένοις. Ἐπεὶ δ' οὐκ ἔπειθον, ἀλλ' αὐτοί γε τὰ ἑαυτῶν [1] ἀφῆκαν χρέα, καὶ [2] ὤναντο οὐκ εἰς ἀργύριον, ἀλλ' εἰς αὐτὴν τὴν ψυχήν. Οἱ γὰρ μὴ ἀφεθέντες, ἐπιθέμενοι τοῖς δανείσασι, [3] προβαλόμενοι τῆς ὀργῆς τὰ ὅπλα, καὶ εὐλογωτάτην χρείαν, τὴν

Pecuniam neglexerunt, animique magnitudinem declararunt, videntes, quum ipsi opulenti essent, cives suos rerum penuria laborare, Corinthi quidem Theocles & Thrasonides, Mitylenis vero Praxis. Atque adeo aliis etiam suaserunt, ut paupertatis necessitatem egentibus relevarent. Quum vero id illis non persuaderent, ipsi tamen remiserunt sua debita, fructumque ex eo perceperunt, non quidem pecuniæ, sed ipsius vitæ. Etenim illi, quibus debita non fuerant remissa, quum ex insidiis invasissent creditores, præferentes

1 Ἀφῆκαν χρέα] Vide, si tanti sunt, quæ super hoc argumento scripsimus in *dissertatione Nostra de novis tabulis.* SCHEFF.

2 Ὤναντο] Uterque Codex ὤνηντο, quod est Plusquam perfectum passivum. Sic III. 47. Θεμιστοκλῆς δὲ οὐδὲν ὤνητο ἐκ τῆς ναυμαχίας. PERIZ. Mediceus & Editio Romana ὤνηντο præferunt.

3 Προβαλόμενοι τῆς ὀργῆς τὰ ὅπλα, καὶ εὐλογωτάτην χρείαν] Προβάλλεσθαι proprie dicimur arma, quando ea exserimus in pugnam, & protendimus adversus hostem. Sic II. 44. Προβέβληται δὲ ἐντεῦθεν ἤδη τὴν ἀσπίδα, Ubi me-

τὴν ἄμαχον καὶ τὴν ἐκ τῶν ἐπειγόντων ἀνάγκην, ἀπέκτειναν τοὺς δανειστάς.

ferentes arma, quæ ſuppeditabat ira, & æquiſſimam rationem, ſummam illam & ex urgentibus rebus ortam neceſſitatem, occiderunt creditores.

Vide. Hic autem ſenſus eſt, *protendentes arma, qualia ira ſuppeditat*, vel *ipſam iram, & neceſſitatem loco armorum*. PERIZ. Avo in *Antexegeſi de Centeſimis & Unciis Uſuris p.* 519. hic locus ita ſcribendus videbatur: προβαλλόμενοι τῆς ὀργῆς τῶν ὅπλων τὴν εὐλογωτάτην χρείαν, καὶ ἄμαχον τὴν ἐκ τῶν ἐπειγόντων ἀνάγκην. *prætexentes armorum iræ plenam rationis inopiam & indomitam omnium neceſſariorum indigentiam.*

ΚΕΦ. κε'.

Πῶς τις ἔπεισεν ἐν πολιτείᾳ ὁμόνοιαν καθέξεσθαι.

[1] Ἐστασίασάν ποτε πρὸς ἀλλήλους οἱ Χῖοι, ἀνδρειότατα νοσήσαντες νόσον ταύτην βαρυτάτην. [2] Ἀνὴρ οὖν ἐν αὐτοῖς, πολιτικὸς τὴν φύσιν, πρὸς τοὺς σπουδάζοντας τῶν ἑταίρων [3] πάντας ἐκβάλλειν τοὺς ἐναντίους, [4] μηδαμῶς, ἔφη, ἀλλ' ἐπεὶ κεκρατήκαμεν, [5] ὑπολιπώμεθά τινας, ἵνα μὴ τοῦ χρόνου προϊόντος, οὐκ ἔχοντες ἀντιπάλους, ἡμῖν αὐτοῖς [6] ἄρξώμεθα

CAP. XXV.

Quomodo perſuaſerit quidam, concordiam in republica ut retinerent.

Seditionem aliquando adverſus ſe invicem agitarunt Chii, graviſſimo hoc morbo laborantes vehementiſſime. Quidam igitur inter illos, homo ab natura factus ad remp. popularem, ad eos ex amicis, qui omnes adverſarios *ex urbe* volebant ejicere, Nequaquam, inquit, ſed quoniam ſuperavimus *adverſarios*, relinquamus aliquos, ne procedente tempore, non habentes adverſa-

1 Ἐστασίασάν ποτε &c.] Seditioſi prorſus, ut ait Auctor, vere fuerunt Chii. Ut quondam Regem ſuum, Hippoclum, in ſeditione occiderint, refert Plutarchus in *lib. de Virtutibus Mulierum*. Hac etiam de cauſa mutarunt ſæpe formam Reip. Sic Oligarchiam quum haberent, durius imperitantem ſuſtulerunt, teſte Ariſtotele *Polit.* v. 6. Sed & inde modo hæc, modo illa, factio ex Urbe ejiciebatur in exilium, Vide Eundem Ariſt. *Polit.* v. 3. & Diodorum Siculum *lib.* XIII. *p. m.* 189. Ceterum aliter, quam fiebat, diſtinxi ſequentia, ſcilicet commate poſito poſt Χῖοι, quod Edd. reliquæ poſuerant poſt ἀνδρειότατα. PERIZ.

2 Ἀνὴρ οὖν ἐν αὐτοῖς πολιτικός] Nomine Onomademus, ductor & caput alterius partis. Plutarchus *lib. de reipubl. gerend. præcept.* ubi fatuum hoc ejus dictum eſſe confirmat. Habuit Onomademus in animo Arcanum illud dominationis, quo quidam male callidi negant quidquam principi adverſus ſubditos ſalubrius, quam ſi contentiunculas inter ipſos foveat, & alat. de quo Lipſium vide *lib.* VI. *polit.*

ξώμεθα πολεμεῖν. Καὶ εἰπὼν ἔπεισε, καὶ γὰρ ἔδοξε καλῶς λέγειν, ἐπεὶ οὕτως ἔλεγεν.

versarios, nobis ipsis bellum inferamus. Atque hoc quum dixisset eis persuasit. Nam recte dicere videbatur, quum ita loqueretur.

polit. cap. 3. SCHEFF.

Ἀνὴρ ἦν ἐν αὐτοῖς πολιτικὸς] Nomen ei fuit *Onomademo*, ut refert Plutarchus, non tantum in *lib. de Rep. Ger.* sed & in *lib. de Utilitate ex inimicis capienda.* Priore quidem loco ait, *stultum*, εὐήθες, videri id consilium hujus Demagogi, nam *Demagogum* fuisse tradit. At posteriore loco adfert, tanquam idoneum exemplum, ex quo liqueat, utilitatem etiam ex inimicis posse capi. Et sane in utramque partem de eo disputari potest. Cum Onomademo sensit Scipio Nasica, qui *servandam* censebat Carthaginem, *ne metu ablato æmulæ, luxuriari felicitas Urbis Romæ inciperet*, ut ait Florus II. 15. Contra sequius cessit Israëlitis, quod Philistæos reliquerunt in terra Cananæa, quum delere eos potuissent, sicuti jusserat Deus. Sed nusquam magis veritas hujus consilii elucet, & nusquam minus ei auscultatur, quam in dissensionibus Civilibus & Ecclesiasticis. Sullanæ partes exstinxerant Marianos, adeo ut neque eorum liberos ad Remp. admittere vellent, sed mox ipsi in bellum civile eruperunt. Neque aliter res gesta est in Ecclesia. Oppressis tantum quod Arianis sub Theodosio, mox sub ejus Nepote ex ipsis Orthodoxis novæ lites, factiones, hæreses, Nestorianorum, Eutychianorum, Pelagianorum, ortæ sunt. Πολιτικὸς mihi est hoc in loco, qui indolem & naturam habet idoneam ad Remp. Democraticam regendam. Vide *supra ad* II. 20. PERIZ.

3 Πάντας ἐκβάλλειν] Leg. πάντως *omnino, necessario.* FABER. Sed forte non est necessarium. SCHEFF.

4 Μηδαμῶς] Vide Gruteri *discursum in hæc Taciti: otiosa porro armatorum manus facile lasciviunt.* Summa rei eo redit, Non esse hostibus ita amputandas pennas, ut renasci nequeant. Nam δέος ἀντίπαλον, *metus hostium semper animo obversans*, cos virtutis est: quo remoto, arma in viscera sæpe vertunt sua, qui intra pacis leges vivere nesciunt. KUHN.

5 Ὑπολιπώμεθα τινας] Lugd. & Regius B. ὑπολειπώμεθα, quod videtur exhortationi magis congruens. PERIZ.

6 Ἀρχώμεθα] Uterque Codex & Regii ἀρξώμεθα. Et ita Plutarchus utroque in loco, ὅπως, ἔφη μὴ πρὸς τοὺς φίλους ἀρξώμεθα διαφέρεσθαι. Ergo & illud reposui. IDEM.

ΚΕΦ. κϛʹ.

Περὶ Ἀνταγόρου Ἀρκεσίλαον λοιδορήσαντος.

[1] Ἀρκεσίλαον τὸν ἐξ Ἀκαδημίας [2] Ἀνταγόρας ὁ ποιητὴς [3] ἐλοιδορεῖτο, [4] προσφθαρεὶς αὐτῷ, καὶ ταῦτα

CAP. XXVI.

De Antagora, conviciis Arcesilaum proscindente.

Arcesilaum Academicum Antagoras poëta probris insectabatur, malo suo cum eo conflictatus,

1 Ἀρκεσίλαον &c.] Illustris hic fuit Philosophus, Conditor Academiæ Mediæ vel Novæ, quæ erat περὶ πάντων ἐπέχων, *de omnibus assensum cohibens.* Ex Æolide Asiæ oriundus, vixit & floruit tempore Demetrii Poliorcetæ, & Antigoni Gonatæ, æqualis Epicuro, qui per invidiam detrahere illi studuit. Vide Plutarchum *adv. Coloten*, *pag.* 1121. &

ταῦτα ἐν τῇ ἀγορᾷ. Ὁ δὲ σφόδρα μεγαλοφρόνως ἔνθα ἑώρα μάλιστα συνεστῶτας πολλοὺς, 5 ἐνταῦθα ἐπορεύετο διαλεγόμενος, ἵνα ὁ λοιδορῶν ἐν πλείοσιν ἀσχημονῇ. Οἱ γοῦν ἀκούοντες ἀπεστρέφοντο, καὶ μανίαν ἐπεκάλουν τῷ Ανταγόρᾳ.

tus, idque in foro. At ille magnamime prorſus, ubi quamplurimos homines ſtare videbat, eo ibat, diſſerens ſimul, ut ita conviciator coram pluribus turpiter ſe daret. Quapropter qui id audiebant, avertebant ſeſe, & inſaniæ Antagoram accuſabant.

ΚΕΦ.

CAP.

& Laertium in *Ejus Vita*, ac Ciceronem paſſim. PERIZ.

2 Ανταγόρας] Rhodius hic fuit. Refert eum Voſſius ad tempora Antigoni Primi, & ſequitur in eo Plutarchum, qui in *Apophth. Regum* memorat dictum Antigoni illius ad hunc *Antagoram*, caſtra ejus ſecutum, & *Antagoræ* reſponſum. Dubitem tamen, an erraverit Plutarchus, & ex eo Voſſius, in *Antigono* deſignando, qui, opinor, non Primus fuit, ſed Secundus, Gonatas dictus. Nam ab Athenæo VIII. 5. eandem Hiſtoriam narrante, ſimpliciter *Antigonus Rex*, à Pauſania vero in *Atticis*, *Rex Macedonnm* vocatur, quod Gonatas fuit, non ille Primus. Accedit, quod hic *Arceſilaus*, quem Noſter *Antagoræ* jungit, maxime floruerit ſub Antigono Gonata, ad quem legationem ſuſcepit pro Patria, & cujus Filii Alyconei (de cujus morte Noſter *ſupra* III. 5.) natalem una cum aliis celebravit, ut ex Laertio conſtat. Adde compoſuiſſe *Antagoram* carmina in mortem Polemonis, Cratetis, & Crantoris, qui poſt Xenocratem demum præfuerunt Academiæ. Quæ carmina item à Laertio referuntur. IDEM.

3 Ελοιδορεῖτο] Bene & pro philoſopho egit Arceſilaus, hominis convitia generoſâ patientiâ concoquens. Hoc enim illud eſt certamen, quod alius Philoſophus ſe ſubiturum negavit, ὅτι ὁ νικῶν ἐν αὐτῷ χείρων ἐστὶ τοῦ ἡττωμένου, *quia, qui vincit in eo deterioris eſt conditionis, quam victus.* Philo *de Agricult.* Huc facit illud Senecæ *libr. de Re fortuit. male de te loquuntur: ſed mali. moverer, ſi de me M. Cato, ſi Lælius ſapiens, ſi alter Cato, ſi duo Scipiones iſta loquerentur. Nunc malis diſplicere, laudari eſt. Non poteſt ullam autoritatem habere ſententia, ubi qui damnandus eſt, damnat.* KUHN.

4 Προσφθαρεὶς αὐτὰ] Geſnerus αὐτῷ. Quod videtur melius, & ſic MS. C. SCHEFF. Proba correctio. vide Indicem in Προσφθείρω. KUHN.

Προσφθαρεὶς αὐτῷ] Lege cum Geſnero & Kuhnio αὐτῷ. Nam ita Sluisk. & Regius A. & C. ut & Med. 1. Poſtulat id etiam Græcæ linguæ ratio. Vide Kuhnium in *Indice*. Lugd. & Regius B. lacunam præferunt, legendo προσφθαρεὶς . . . . αὐτὰ, καὶ ταῦτα &c. PERIZ.

5 Ενταῦθα ἐπορεύετο διαλεγόμενος] More philoſophorum, qui in foro etiam & circulis docebant. Vide *Ind.* in Διαλέγεσθαι. Obſervavit iſtam conſuetudinem Beatus Paulus *Actor.* XVII. 17. unde de eo Lucas: διελέγετο μὲν οὖν καὶ τοῖς σεβομένοις καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ κατὰ πᾶσαν ἡμέραν πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας. SCHEFF.

ΚΕΦ. κζ'.

Περὶ Αγησιλάου.

Εγὼ δὲ ἐπαινῶ μάλιστα ἐκείνους, [1] ὅσοι τὰ ὑποφυόμενα τῶν κακῶν [2] φθείροντες ἀεὶ, ταῦτα ἐκκόπ]ουσι, πρὶν ἢ δυνάμεώς τινος ἐπιλαβέσθαι. Αγησίλαος οὖν συνεβούλευσεν, [3] ἀκρίτως ἀποκτείνειν τοὺς συνιόντας νύκτωρ ὑπὸ τὴν [4] τῶν Θηβαίων εἰσβολήν.

ΚΕΦ.

CAP. XXVII.

De Agesilao.

Ego vero illos potissimum laudo, quicunque nascentia mala opprimentes semper, exscindunt ea, priusquam vires aliquas acceperint. Agesilaus igitur suasit, ut indicta causa occiderent eos, qui sub impressionem Thebanorum coitionem noctu fecerant.

CAP.

1 Οσοι τὰ ὑποφυόμενα] Vide Arnold. Clapmar. *lib.* IV. *de Arcan. Rerumpublicar. cap.* 12. & imprimis virum suo tantum, hoc est, omni adjecto majore nomine compellandum Johan. Henricum Bœclerum in *Characteribus Vellejanis cap.* 5. §. 9. Bene Cyrillus Hierosol. περὶ ῥιζῶν ἔξελε τὸ κακὸν, ἵνα μὴ ῥαθυμήσας ἐξ ἀρχῆς, πέλεκας ὕστερον καὶ πῦρ πολυπραγμονήσῃς. ἀρχόμενος ὀφθαλμιῶν, θεράπευε κατὰ καιρὸν, ἵνα μὴ τυφλωθεὶς, τότε ζητήσῃς τὸν ἰατρόν. *eradica malum, antequam radices agat, ne, si primum te gesseris socordius, postea secures ignemque circumspicias. Exorienti lippitudini in tempore medicinam facito, ne excæcatus demum medicum quæras.* *Catechef.* 2. Synef. *Orat. de Regno p.* 24. ἀρχόμενά τοι κρατεῖται τὰ κακὰ, κρατύνεται δὲ προϊόντα, *orta primum mala vincuntur, vincunt autem progressa.* KUHN.

2 Φθείροντες] Corrigendum φθάνοντες FABER. Sed hoc genere Noster utitur & alibi. vide *Indicem* in φθείρω. Hesych. φθείρεται, πλανᾶται, ἀπόλλυ). SCHEFF.

Φθείροντες] Male Faber hoc sollicitat contra fidem Codicum. Φθείρειν enim Græcis notat etiam *perdere aliquid* quoquo modo. Sic II. 25. φθεῖραι πολλὰς μυριάδας τῶν Βαρβάρων, h. e. *occidere*. Hesiodus Εργων v. 176. de quinti & ferrei seculi Hominibus, οὐδέ ποτ' ἦμαρ Παύσονται καμάτου, οὐδέ τι νύκτωρ, φθειρόμενοι, *Neque unquam interdiu, neque noctu, cessant à labore, quo consumuntur.* Sic ἀποφθείρειν κρίσιν *supra* II. 6. νόμους, II. 22. τὰς ὁμολογίας X. 2. h. e. *abolere, irrita reddere.* PERIZ.

3 Ακρίτως ἀποκλείνειν &c.] Sustulit scilicet leges Lycurgi ad illud temporis momentum, urgente necessitate, sed mox restituit. Vide Valerium Max. VII. 2. 15. Similiter eas à crastini die valere jussit post Leuctricam pugnam, ne infamia notarentur, ut fieri debebat ex legibus Lycurgi, qui arma abjecissent, & ex acie fugissent, quum majori essent numero, quam ut expediret Reip. eos omnes infames reddi. Vide Plutarchum in *Apophth. pag.* 191. & 214. Polyænum II. 1. 13. Legit autem uterque hic Codex ἀποκλένειν. Videntur voluisse ἀποκτενεῖν. IDEM.

4 Τῶν Θηβαίων εἰσβολὴν] Duce Epaminonda, qui tum Spartam prope occupaverat. Habes totam historiam apud Plutarchum in *Agesilao.* SCHEFF. Johannes Sarisburiensis *lib.* VIII. *de nugis Curialium* hunc in modum historiam persequitur: *Agesilaus, cum adversus Rempublicam Lacedæmoniorum ortam seditionem de nocte comperisset, leges Lycurgi continuo abrogavit, quæ de indemnatis supplicium sumi vetabant: comprehensis autem & interfectis sontibus, è vestigio easdem restituit, simul utrumque providens, ne salutaris animadversio vel injusta esset, vel jure impediretur.* ex Valer. *lib.* VII. *cap.* I. KUHN.

Τῶν Θηβαίων] Sluisk. Αθηναίων, sed male. Accidit enim illa coitio, quum Epaminondas & Thebani ipsam Urbem Spartanorum invaderent. Vide Plutarchum in *Agesilao pag.* 614. PERIZ.

ΚΕΦ. κη΄.

Περὶ Πυθέου ῥήτορος.

[1] Ὠνείδισέ τις τῷ ῥήτορι Πυθέᾳ, [2] ὅτι κακός ἐστιν. Ὁ δὲ οὐκ ἠρνήσατο· τὸ γὰρ συνειδὸς οὐκ ἐπέτρεπεν αὐτῷ. [3] Ἀπεκρίνατο δὲ ἐκεῖνο, ἐλάχιστον χρόνον τῶν πεπολιτευμένων Ἀθήνησι γενέσθαι κακός. Μέγα φρονῶν, δῆλον, ὅτι μὴ διὰ τέλους ἦν τοιοῦτος, καὶ ἡγούμενος μὴ ἀδικεῖν, ἐπεὶ μὴ τοῖς πονηροτάτοις παρενεβάλετο. Εὔηθες δὲ τοῦτο τοῦ Πυθέου. [4] Οὐ γὰρ μόνον ὁ ἀδικήσας,

CAP. XXVIII.

De Pythea rhetore.

Exprobrabat quidam Pytheæ rhetori, ipſum malum eſſe hominem. At ille non negabat: neque enim conſcientia id illi permittebat. Reſpondit autem hocce, ſe minimo tempore, inter eos, qui rempubl. Athenis adminiſtraſſent, malum fuiſſe. Magnifice, ut apparet, de ſe ſentiens eo, quod non ſemper talis fuiſſet, putanſque ſe non male facere, ſiquidem cum peſſimis non connumeraretur. Stolidum autem eſt illud Pytheæ.

1 Ὠνείδισέ τις τῷ ῥήτορι Πυθέᾳ] Lugd. & Regius B. τὸν ῥήτορα Πυθέαν. Utrumque recte dicitur. Et ideo nulla eſt ratio recedendi à recepta lectione, quæ etiam uſitatior. Sic Polyænus I. 22. ὠνείδισεν αὐτῷ τὸ κατὰ τῶν φίλων στρατήγημα, *exprobravit ei, quod ita paſſus eſſet ſe ab ipſo incitari contra ſuos amicos.* De *Pythea* Vide *ſupra ad* VII. 7. PERIZ.

2 Ὅτι κακός ἐστιν] Nam ob æs alienum à creditore in vincula conjectus, aufugiſſe dicebatur. Vide Suidam. Si tamen eſt is Pytheas & non alius Athenienſium Archon, cujus mentio eſt apud Diodor. Siculum *lib.* XV. SCHEFF. Pytheas, de quo jam ſermo eſt, inter demagogos Atticos cenſetur, & admodum juvenis ad Rempublicam acceſſit. Unde etiam, contradicere auſus illis, qui Alexandrum inter Deos referendum voluerunt, ab adverſariis audiit. οὕτω σὺ νέος ὢν περὶ πραγμάτων τολμᾷς λέγειν τηλικούτων; *Tune adeo juvenis audes de tantis rebus dicere?* At ille, *Alexander*, inquit, *quem Deum ſciviſtis, me ipſo junior eſt.* Plut. *de* εὐθυμίᾳ. Hic Pytheas poſtea Macedonum partibus ſtudens in Arcadia Demoſtheni, qui Græcos contra Antipatrum ſollicitabat ad defectionem, ad convitia uſque reſtitit. Ajunt autem Pytheam dixiſſe; καθάπερ οἰκίαν, εἰς ἣν ὄνειον εἰσφέρεται γάλα, κακόν τι πάντως ἔχειν νομίζομεν· οὕτω καὶ πόλιν ἀνάγκη νοσεῖν, εἰς ἣν Ἀθηναίων πρεσβεία παραγίνεται) *quemadmodum domum, cui lac aſininum infertur, omnino mali aliquid alere exiſtimamus: ita urbem quoque malè ſe habere neceſſe eſt, quam legati Athenienſium ingrediuntur.* Quod ſimile Demoſthenes invertens dixit: καὶ τὸ γάλα τὸ ὄνειον ἐπὶ ὑγείᾳ, καὶ τοὺς Ἀθηναίους παραγενέσθαι ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν νοσούντων, *& aſini lac ad ſanitatem corporis facere, & Athenienſes venire ad reddendum ſalutem ægrotantibus.* Plut. in *vita Demoſth.* KUHN.

3 Ἀπεκρίνατο δὲ ἐκεῖνος] Secutus ſum MStos, quando repoſui ἐκεῖνο, quum Uterque Codex, ut & duo Regii, in id conſentirent. Mox Lugd. & Regius 2. ac Margo Tertii, τῶν πολιτευομένων, quod mihi magis placet. Nam impudens nimis foret mendacium,

si

κήσας, κακός, ἀλλὰ καὶ ὁ ἐννοήσας ἀδικῆσαι, παρά γε ἐμοὶ κριτῇ.

Pytheæ. Non enim solum qui male fecit, malus est, verum etiam qui male facere cogitavit, me quidem judice.

si de omnibus, qui ante ipsum gubernassent remp. veluti Aristide, Cimone, & similibus, ita fuisset locutus. At de hominibus sui temporis ferri utcunque poterat ita loquens. PERIZ.

4 Οὐ γὰρ μόνον] Juvenalis *Satyra* XIII.

Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum
Facti crimen habet. SCHEFF.

ΚΕΦ. κθ'.

Ὅτι Λύσανδρος χρήματα εἰς Σπάρτην ἐκόμισεν.

[1] Ὅτι Λύσανδρος ἐκόμισεν εἰς Λακεδαίμονα χρήματα, καὶ ἐδίδαξε τοὺς Λακεδαιμονίους παρανομεῖν εἰς τὸ [2] πρόσταγμα τοῦ Θεοῦ, τὸ κελεῦον, [3] ἄβατον εἶναι χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ τὴν Σπάρτην. [4] Τῶν οὖν φρονούντων

CAP. XXIX.

Quod Lysander pecunias Lacedæmonem importaverit.

Lysander pecunias Lacedæmonem intulit, & Lacedæmonios docuit facere contra præceptum Dei, quod jusserat, Spartam auro argentoque esse inaccessam. Quidam igitur sapientes viri cum haberent

1 Λύσανδρος ἐκόμισεν] Plutarchus *Instit. Lacon.* & *vita Lysandri* Athenæus *lib.* VI. *cap.* 4. SCHEFF. vid Paus. *Bœot. p.* 307. KUHN.
Ὅτι Λύσανδρος &c.] Accusatur passim hoc nomine Lysander, quod pecuniam, quam ex bello & præda hostili redegerat, non quidem sibi vindicaverit, sed publice miserit in patriam, quæ antea ferreis tantum nummis utebatur. Vide Plutarchum in *Lycurgo pag.* 58. & *Sulla pag.* 477. præter eos, quos notarunt Schefferus & Kuhnius. Sed tamen, si verum volumus, necessitas quædam fuit admittendi publice pecuniam, seu habendi publici ærarii, ex quo cœperunt longinqua bella gerere, & imperium sibi condere, quippe quam ad rem pecunia requiritur. Quin illi ideo, quod pecunia ad id idonea etiam post Lysandrum essent destituti, non potuerunt diu illam potentiam, quam sibi armis paraverant, tueri, ut breviter ostendit Aristoteles in *Polit.* II. 7. sed uberius & clarius Polybius VI. 47. & 48. Ut adeo Lacedæmoni causa malorum, quæ à Thebanis dein sunt passi, non tam exstiterit pecunia à Lysandro invecta, quam nimia ambitio & imperii parandi studium, in quo ipso à Legibus Lycurgi jam recedebant, quippe quibus Resp. eorum neutiquam erat formata ad aliena bello acquirenda, sed unice ad sua tuenda. Nihilo tamen minus verum est, invecta jam pecunia tempore Lysandri, tum vero exortum istic quoque inter privatos studium habendi, & sic sensim interiisse eorum *virtutem pristinam*, corruptis civitatis moribus: adeo ut dein neque suam satis tueri potuerint libertatem contra Macedonas, & tandem domesticis turbis agitati in tyrannidem inciderint. PERIZ.

2 Πρόσταγμα τοῦ Θεοῦ] Ita loquitur, vel quod Pythii jussu Lycurgus leges istas se tulisse ferebat, sive quod speciatim oraculum de hac re responsum dederat, quod extat apud Plutarchum *dicto loco* in hæc verba: Ἀλκαμένει καὶ Θεο-

νούντων τινὲς διεκώλυον, φρόνημα ἔτι κεκτημένοι Λακωνικὸν, καὶ Λυκούργου καὶ τοῦ Πυθίου ἄξιον. 5 Οἱ δὲ προσιέμενοι, διεβλήθησαν· 6 καὶ ἡ ἐξ ἀρχῆς αὐτῶν ἀρετὴ κατὰ μικρὸν ὑπέληξεν.

rent adhuc Laconicam mentem, & Lycurgo Pythioque dignam, arcuerunt pecuniam, *quantum in se erat.* Qui vero eam admiserunt, male audiverunt: & quæ à principio viguerat ipsorum virtus, paulatim cessavit & desiit.

ΚΕΦ.

CAP.

Θεοπόμπῳ τοῖς βασιλεῦσι χρησμὸς ἐδόθη, ἀφιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δ᾽ οὐδέν. SCHEFF. Cicero *l.* II. *Offic. quod Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nullâ re aliâ nisi avaritia esse perituram, id videtur non solum Lacedæmoniis, sed & omnibus opulentis populis prædixisse.* Alioquin Spartæ secundum Lycurgi leges materia avaritiæ nulla erat. Ferrum enim pro numismate, pondere quidem & crassitie ingens, sed valore exiguum, in usu erat, quique decem minarum pretium possidebat, non marsupio, non area, sed toto horreo & ingenti apothecâ ad asservandum has ferreas opes domi suæ indigebat. Porphyrius *lib.* IV. *de abstinent. animalium.* Hinc Theophrastus τὸ πλοῦτον ἄζηλον καὶ ἄπλουτον Spartæ esse dixit *ibid.* KUHN.

3 Ἄβατον εἶναι χρυσῷ] Vide Justinum *lib.* III. *cap.* 2. Xenophontem *de republ. Spartanorum.* SCHEFF.

4 Τῶν εὖ φρονούντων] Leg. τῶν εὖ εὖ φρονούντων. FABER. Non necesse est. Nam cohærent φρονούντων φρόνημα Λακωνικόν. SCHEFF. vid. *Ind.*

Τῶν εὖ φρονούντων &c.] h. e. *Sapientium, prudentium quidam:* Male Faber interponendum censuit εὖ. Nam φρονοῦντες etiam absolute positum notat *sapientes.* Sic Hesiodus Ἔργων, 202. Νῦν δ᾽ αἶνον βασιλεῦσ᾽ ἐρέω, φρονέουσι καὶ αὐτοῖς, *Nunc fabulam Regibus narrabo, licet & ipsi sint Sapientes.* Et Sthenelus, Antiquus Poëta, apud Athenæum *lib.* X. *pag.* 428. Οἶνος καὶ φρονέοντας ἐς ἀφροσύνας ἀναβάλλει, *Vinum etiam Sapientes Homines in amentiam rejicit.* Historiam autem admissæ in publicum usum pecuniæ, & eos, qui contra dixere, habes apud Plutarchum in *Lysandro* *pag.* 442. PERIZ.

5 Οἱ δὲ προϊέμενοι] Sic quidem & Sluisk. Sed optime & verissime Lugd. ac Regius B. προσιέμενοι. Vulgatum notat, *projicientes* vel *dimittentes ab se.* Sic προϊέμενος αὑτὸν apud Plutarchum *de Aud. Poetis cap.* 2. est *qui se ipse non curat, negligit.* Sic de Eo, qui prædæ *maximam partem* non sibi sumit, sed *sociis concedit,* προϊέμενος τὴν μείζω μοῖραν τοῖς συμμάχοις, apud Polyænum I. 34. 2. At προσιέμενοι notat id ipsum, quod requirit sensus. Nempe *admittentes.* Sic I. 25. μήτε ἀργύριον προσιέμενος, μήτε τὴν πόλιν. Vide *Indicem*, ubi plura. Ipse etiam Interpres ita legisse vel certe accepisse videtur hunc locum, siquidem vertit, *Alii vero, qui permiserant,* quod utique est, οἱ προσιέμενοι, scil. pecuniam; eaque Versio ab omnibus est Editoribus servata, licet neutiquam conveniat vulgatæ in Græcis lectioni. Quod si lectionem quis eam tamen prætulerit, tunc προέμενοι referendum erit ad φρόνημα Λακωνικὸν, hoc sensu: *qui mentem Laconicam abjecerunt,* vel *dimiserunt.* Sed tamen justior mihi etiam nunc videtur oppositio inter τοὺς διακωλύοντας χρήματα, & προσιεμένους χρήματα. IDEM.

6 Καὶ ἡ ἐξ ἀρχῆς] Sic Plutarchus *sub finem libelli de Instit. Laconicis:* Sparta, quamdiu institutis Lycurgi stetit, jusjurandumque ratum servavit, per annos D. princeps Græciæ fuit, cum legum bonitate, tum gloria reliquis superior urbibus. Paulatim vero descendentibus civibus, divitiarumque studio & iniqua avaritia irrepentibus, cum vires diminutæ sunt, tum animi sociorum majorem in modum alienati. Adde reliqua. Et excerpta ex Diodori *lib.* VI. SCHEFF.

ΚΕΦ. λ'.

Πῶς ὁ Αννων ἐκθεοῦν ἑαυτὸν ἐβούλετο.

1 Αννων ὁ Καρχηδόνιος ὑπὸ τρυφῆς ἐν τοῖς ἀνθρώπων ὅροις οὐκ ἠξίου διαμένειν, ἀλλ' ἐπενόει φήμας ὑπὲρ ἑαυτοῦ κατασπείρεσθαι κρείττονας, ἢ κατὰ τὴν φύσιν, ἥνπερ οὖν ἔλαχεν. Ορνιθας γὰρ τῶν ᾠδικῶν παμπόλλους πριάμενος, ἔτρεφεν ἐν σκότῳ αὐτοὺς, ἓν διδάσκων μάθημα λέγειν, Θεός ἐστιν Αννων. Επεὶ δὲ ἐκεῖνοι μίαν φωνὴν ταύτην ἀκούοντες, ἐγκρατεῖς ταύτης ἐγένοντο, ἄλλον ἄλλοσε διαφῆκεν, οἰόμενος διαῤῥεῦσαι τῶν ὀρνίθων τὸ

CAP. XXX.

Quomodo Anno se ipsum voluerit pro Deo venditare.

Anno Carthaginiensis præ nimio fastu noluit intra hominum fines permanere, sed consilium cepit famam de se spargendi præstantiorem, quam pro natura, quam sortitus erat. Itaque plurimas aves ex iis, quæ canere possunt, quum emisset, in tenebris eas aluit, unam docens doctrinam canere, Anno est Deus. Quum vero illæ unam hanc vocem audientes, eam eloqui jam poterant, aliam alio versus dimisit, arbitratus, hoc avium carmen de se

1 Αννων] Is, cujus extat *Periplus*, ut quidem suspicatur Clar. Bochartus in *Geogr. Sacra lib.* I. *cap.* 37. Similis fuit astus *Psaphonis* Ægyptiorum regis: quem & *Apsepham* nominant. De quo Maximus Tyrius *Dissert.* XIX. Vide quoque Vossium *de Idol.* III. *cap.* 16. SCHEFF.

Αννων ὁ Καρχηδόνιος] Quis fuerit hic *Hanno*, incertum est. Bochartus *Canaanis* I. 37. suspicatur fuisse illum, cujus *Periplus* exstat. Neque absurde. Nam certe fuisse debuit quispiam, qui sola hac descriptione notus erat Græcis & Romanis. Ceteroquin enim, quum plures fuerint Carthagini *Hannones*, addidisset haud dubie Auctor uberiorem ejus descriptionem, vel declarasset saltem, ignotum sibi esse Hominem, ut mox *Timandridam cap.* 32. Solet autem iste Peripli Auctor à Scriptoribus appellari Αννων ὁ Καρχηδόνιος, *Hanno Carthaginiensis*, Vide Vossium de *Hist. Græcis*. Denique Auctor ille fabulis & ineptiis videtur delectatus, adeo ut non multum fidei ejus Periplo habuerint ipsi Veteres, ut ostendit ibidem Vossius. Illud vero etiam cum hujus Hominis indole convenit. PERIZ.

2 Οἱ δὲ τὸ πτερὸν] Sic in nihilum abiit commentum Heraclidis, qui ut videretur Deus, suo loco draconem jussit efferri, de quo Laërtius. SCHEFF.

3 Καὶ ἐλευθερίαν λαβόμενοι] Male ita Perusscus, & ex eo Omnes dein Editores. Reposui ἐλευθερίας, quod pariter jubebant MSti cum Mei, tum Regii omnes. Et sic semper Auctor, ut jam in *Indice* monuit Kuhnius, qui idcirco etiam hic ex conjectura ita legi maluit. *Supra* VI. I. δυστυχίας λαβόμενοι. Mox ἤθη Interpretes male exponunt *victum*, quum intelligi debeant *loca, ubi agere aves erant solitæ*. Sic I. 6. de Testudinibus marinis, ἐπιστρέψασαι ὀπίσω εἰς ἤθη τὰ ἑαυτῶν νήχονται. Superiora aliter distinxi & verti, quam factum erat, Vide *Indicem* in *Nominativus*, qui (Οἰόμενος) hic ponitur pro Genitivo Absoluto,

τὸ ὑπὲρ ἑαυτοῦ μέλος. ² οἱ δὲ τὸ πτερὸν ἀπολύσαντες ἅπαξ, ³ καὶ ἐλευθερίας λαβόμενοι, καὶ ἐς ἤθη τὰ σύντροφα αὐτοῖς ἐλθόντες, τὰ οἰκεῖα ᾖδον, καὶ τὰ τῶν ὀρνίθων ἐμουσούργουν, ⁴ μακρὰ χαίρειν εἰπόντες Ἄννωνι, καὶ μαθήμασι τοῖς ἐν τῇ δουλείᾳ.

divulgatum eſſe: illæ vero poſtquam ſemel ſolverant alas, libertatemque adeptæ erant, & in loca, in quibus ab initio educatæ fuerant, reverſæ, naturalia ſibi cecinerunt, & avium cantus ediderunt, longum valere dicentes Annoni, & iis, quæ in ſervitute didicerant.

ſoluto, niſi quis legere contra Codd. malit ἀφροδίσειν, ſed quod non eſt opus. PERIZ.

4 Μακρὰ χαίρειν εἰπόντες Ἄννωνι] Sic recte edidit Geſnerus. Alii typographorum vitio εἰπόντος, quod & mea prior retinuit. At omnium peſſimè Faber μακρὰ χαίρειν εἰπόντες. Ἄννωνι, &c. quod in Notis emendare neglexiſſe miror. SCHEFF. Princeps, id eſt Romana editio ante Geſnerum legit, μ. χ. εἰπόντες Ἄννωνι. rectè. KUHN.

ΚΕΦ. λα'.

Περὶ Πτολεμαίου Τρύφωνος ἐπικαλουμένου.

CAP. XXXI.

De Ptolemæo, qui cognominabatur Tryphon.

¹ Πτολεμαῖος ὁ Τρύφων, (τοῦτο γὰρ αὐτὸν ἐκάλουν ἐκ τοῦ βίου) γυναικὸς ὡραίας ἐντυχεῖν αὐτῷ βουλομένης, ὁ δὲ ἔφη, ἀπηγόρευσέ μοι ² ἡ ἀδελφὴ, περὶ γυναικὸς καλῆς

Ptolemæus Tryphon (hoc enim nomine vocabant eum ex vitæ genere) quum ſpecioſa quædam mulier colloqui cum eo cuperet, tum ille, vetuit, inquit, me ſoror ſermonem

1 Πτολεμαῖος ὁ Τρύφων] Cognomine hoc inſigniunt Faſti Siculi Ptolemæum Tertium, ſeu Euergeten, Philadelphi F. Et accedit ad eam ſententiam Trogus, ut ex ejus *libri* XXX. *Prologo* colligitur, ubi de hoc Ptolemæo legitur, *Mortuo Ptolemæo Utruſphonæ Filius ejus Philopater Antiochum Regem vicit.* Sed pro corrupto vocabulo *Utruſphonæ* reponendum *Tryphone*, non tantum Rutgerſius *Var. Lect.* v. 7. & Valeſius *ad Excerpta Polybii*, ſed jam ante illos etiam Scaliger *ad Euſebium Ann.* 1771. monuerunt. Plinius tamen VII. 56. diſerte cognomen hoc tribuit ejus Filio, *Ptolemæum Philopatorem* ait, *qui Tryphon cognominatus eſt.* Et congruit ita cum Noſtro, qui illi Ἀδελφὴν tribuit Uxorem, quod in Philopatorem convenit, non in Euergeten, quippe qui Magæ Cyrenarum Regis Filiam, ſuam Ἀνεψιὰν, uxorem habuit. Adde & Vitam Hominis. Nam vere *luxurioſus*, fuit Philopator, (Vide Juſtinum XXX. 1.) ſecus quam ſuperiores Reges Ægypti. Vide Polyb. v. 34. PERIZ.

2 Ἡ ἀδελφὴ] Eurydice, Soror ſimul & Uxor ejus, ſed quam poſtea interfecit, incenſus amore καλῆς γυναικὸς, Agathocliæ, quæ forſan eſt hæc ipſa, cujus facetiam laudavit & approbavit Philopator. De Utrâque Vide Juſtinum *d. l.* IDEM.

λῆς λόγον δέξαϑαι. [3] Ἡ δὲ ἀτρέστως πάνυ καὶ ἐμμελῶς, [4] παρὰ καλοῦ λάβοις ἄρ', εἶπε. Καὶ ἐκεῖνος ἀκούσας ἐπῄνεσε.

monem à ſpecioſa femina accipere. At illa intrepide prorſus ac feſtive reſpondit, A ſpecioſo acciperes utique. Et ille, quum hoc audiviſſet, laudavit.

3 Ἡ δὲ ἀτρέστως πάνυ &c.] Sluisk. ἀτρέπτω. Voluit ἀτρέπτως, quod & Lugd. ac Regii B. C. habent. Atque ita etiam *ſupra* v. 6. quidam Codices legunt, nec male, ut iſtic monui. Quapropter in textum illud hic recepiſſem, niſi Vulgata Lectio à Camillo Peruſco haud dubie etiam ex Codice MSto eſſet prolata, & planum ſatis atque oportunum haberet ſenſum. PERIZ. Vulgatum etiam firmat Mediceus a ſecunda manu.

4 Παρὰ καλοῦ λάβοις] Ambigua & tecta locutio; quæ turpiculum infert ſenſum & παιδεραστίαν Ptolemæi perſtringit. χαρίζεσθαι & λαβεῖν verba ſunt, quæ Græcis dicuntur κακέμφατα. KUHN.

Παρὰ καλοῦ λάβοις ἄρ'] *A pulchro acciperes utique*, ſcilicet ſermonem. Quaſi diceret, quid intereſt, utrum colloquaris cum pulchra femina, an cum pulchro puero, quem non rejiceres? Sed ſine dubio ſimul turpiculi quid Elliptica hac locutione ſignificavit, quum *Capere* & *Dare* etiam in obſcœnis ſint. PERIZ.

ΚΕΦ. λβ'.

CAP. XXXII.

Περὶ Τιμανδρίδου οὐκ ἐπαινέσαντος πλουτεῖν τὸν υἱόν.

De Timandrida, qui filium ob acquiſitas opes non laudavit.

[1] Λακεδαιμόνιος ἀνὴρ, Τιμανδρίδας ὄνομα, ἀποδημήσας, τὸν υἱὸν ἀπέλιπε μελεδωνὸν τῆς οἰκίας· εἶτα ἐπανελθὼν χρόνῳ ὕστερον, καὶ εὑρὼν τὴν οὐσίαν ποιήσαντα, ἧς ἀπέλιπε, πλείω, ἔφη, πολλοὺς ἀδικεῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ Θεούς, τε,

Lacedæmonius quidam, nomine Timandridas, quum peregrinationem ſuſcepiſſet, familiæ & bonorum curatorem reliquit filium: deinde quum revertiſſet aliquanto poſt, & comperiſſet eum feciſſe patrimonium amplius, quam ipſe reliquerat;

1 Λακεδαιμόνιος &c.] Quando hic Homo vixerit, ignoro: ſed vixiſſe oportuit ſeriori tempore, quando jam opum & divitiarum uſus ac ſtudium inceſſit Lacedæmonios, de qua re, aut cujus rei primis initiis, egit Auctor *paulo ante cap.* 29. Niſi enim ita ſe res haberet, Filius Timandridæ neque voluiſſet neque potuiſſet ita augere paternas opes. PERIZ.

2 Τὰ περιττὰ τούτων] Cicero *lib.* II. *poſſe liberalitate uti non ſpoliantem ſe patrimonio, nimirum eſt pecuniæ fructus maximus.* Hoc præceptum migravit vidua illa, quæ non ἐκ τοῦ περισσεύοντος *ex ſuperfluo*, ſed ἐκ τοῦ ὑστερήματος ἅπαντα τὸν βίον, ὃν εἶχεν ἔβαλε, *ex pauperie omnes, quas habebat, facultatulas jecit in ſacrum ærarium.* Quia vero pauci hoc capiunt verbum, ideoque ad minimum liberalitas exercenda, ἐκ τῶν ἐνόντων, *pro copia præſenti*, proque ratione rei familiaris, quam quidem

 dilabi

τε, καὶ οἰκείους, καὶ ξένους. ² Τὰ γὰρ περιττὰ τούτων εἰς ἐκείνους ἀναλίσκεσθαι ³ ὑπὸ τῶν ἐλευθέρων. Τὸ δὲ, ζῶντα μὲν φαίνεσθαι πένητα, τελευτήσαντα δὲ καταφωραθῆναι πλούσιον, ἀλλὰ τοῦτο τῶν ἐν ἀνθρώποις ἐστιν αἴσχιστον.

querat, multos dixit ab illo Deos, & familiares, atque hoſpites, injuriis affectos. Etenim quæ in facultatibus abundant, ea in illos à liberalibus hominibus erogari. Illud vero, pauperem quidem, dum in vivis agas, videri, at quum vita ſis defunctus, divitem deprehendi, id turpiſſimum inter homines exiſtit.

ΚΕΦ. CAP.

dilabi ſinere, etiam Chriſtiano flagitioſum eſt. Ut autem homini in ſeculo viventi merito turpitudini ducitur, ſi paupertatem, cujus gloriam vivus affectabat, divitiis poſthumis ſimulatam arguat: ita maxime iis, qui ſemel mundo renuntiarunt, vitio vertendum, quod morientes amplas opes ſæpe relinquant, & hoc ipſo confitentur, ſe pleno marſupio de contemptu divitiarum diſputaſſe. Hieronymus ſuo tempore hujuſmodi Clericum, monachum, eremitam vidit, uti patet ex *epiſt. ad Ruſticum. vidimus*, inquit, *nuper & planximus, Crœſi opes unius morte deprehenſas, urbiſque ſtipes, quaſi in uſus pauperum congregatas, ſtirpi & poſteris derelictas*, &c. & *paulo poſt. contra omnium opinionem plenis ſacculis morimur divites, qui quaſi pauperes viximus.* in *Ep. ad Euſtoch. de Virgin. ſervanda. Quid ante plures annos Nitriæ geſtum ſit referemus. Quidam ex fratribus parcior magis quam avarior, & neſciens triginta argenteis Dominum eſſe venditum, centum ſolidos, quos lina texendo acquiſierat, moriens dereliquit. Initum eſt inter Monachos conſilium (nam in eodem loco circiter quinque millia diviſis cellulis habitabant) quid facto opus eſſet? alii pauperibus diſtribuendos dicebant, alii dandos Eccleſiæ, nonnulli parentibus remittendos. Macarius vero & Pambo & Iſidorus & cæteri, quos Patres vocant, ſancto in eis loquente Spiritu, decreverunt, infodiendos eſſe cum eodem, dicentes: Pecunia tua tecum ſit in perditionem! Nec hoc crudeliter quiſquam putet factum: tantus cunctos per totam Ægyptum terror invaſit, ut unum ſolidum dimiſiſſe, ſit criminis.* KUHN.

Τὰ γὰρ περιττὰ τούτων] Quorum τούτων? An χρημάτων? Sed hoc Vocabulum núſquam apparet in ſuperioribus, in quibus τὴν οὐσίαν dixit Auctor, nec quidquam aliud poſuit, quo referri poſſit illud τούτων. Mallem, ſi mei res foret arbitrii, τὰ γὰρ περιττὰ τοῦ βίου. Paſſim enim βίος ponitur pro *victu*, ſeu *iis quæ ad ſuſtentandam vitam requiruntur.* Sic Ant. Lib. *fab.* 17. βίου οὐδενὸς. Heſiodus Ἔργων, 230. τοῖσι φέρει γαῖα πολὺν βίον, *Illis fert terra multum victus*, h. e. frugum, unde homines vivunt. PERIZ. Parens meus legebat περιττὰ τῶν ὄντων, *quæ in bonis abundant.*

3 Ὑπὸ τῶν ἐλευθέρων] Liberalis animi hæc eſt de ſuis divitiis ſententia. χρῶμαι αὐτοῖς οὔθ' ὡς ἑτέρων· ἐμοὶ γὰρ, οὔθ' ὡς ἐμοῖς· κοινὰ γὰρ πρὸς τοὺς ἀγαθοὺς ἐστί μοι, *utor iis* (divitiis) *nec ut alienis. meæ enim ſunt: nec ut meis: nam cum bonis viris eas habeo communes*, Philoſtratus *lib.* VII. *de Vit. Apollon. cap.* II. KUHN.

ΚΕΦ. λγ'.

Περὶ Πλάτωνος, καὶ Διογένους.

Διελέγετο ὑπέρ τινων ὁ Πλάτων, παρὼν δ' ὁ Διογένης ὀλίγον αὐτῷ προσεῖχεν. Ηγανάκτησεν οὖν ἐπὶ τούτοις ὁ Αρίστωνος, καὶ ἔφη, [1] ἐπάκουσον τῶν λόγων, Κύον. Καὶ ὃς οὐδὲν διαταραχθεὶς, ἀλλ' ἐγὼ, εἶπεν, οὐκ ἐπανῆλθον † ἐκεῖθεν, ὅθεν ἐπράθην, ὥσπερ οἱ κύνες· αἰνιττόμενος αὐτοῦ [3] τὴν εἰς Σικελίαν ὁδόν.

Εώ-

† ἐκεῖσε.

CAP. XXXIII.

De Platone & Diogene.

Plato de quibusdam disserebat, Diogenes autem præsens parum ipsi attendebat. Quamobrem indigne id tulit Plato, & Audi, inquit, sermones hosce, Canis? Et ille nihil perturbatus, At ego, inquit, nunquam eo sum reversus, unde venii, quod canes solent: obscure ita taxans ipsius in Siciliam profectionem.

Ajunt

1 τῶν λόγων] MSS. B. & C. τοῦ λόγου. SCHEFF. Vulgatam prætulerim ego quidem. KUHN.

Επάκουσον τῶν λόγων] Ut Paris. B. & C. sed hic tantum in margine, sic & Lugd. ἐπάκουσον τοῦ λόγου. Sed nihil mutandum, quum vulgatam servent Alii Codices, & Sluisk. ac λόγοι notent etiam *sermones perpetuos*, seu ὁμιλίας Philosóphorum. *Supra* v. 9. de Aristotele, παρεισρυεὶς δὲ εἰς περίπατον, καὶ παρακούων τῶν λόγων, ἀμείνων πέφυκε πολλῶν. Et *infra cap.* 47. PERIZ.

2 Εκεῖθεν] Nil erat necesse legere ἐκεῖσε, quod fecit Gesnerus: nam & apud Herodianum ἐκεῖθεν pro *illuc* occurrit, & apud alios, ut οἴκοθεν pro οἴκοι. FABER.

Εκεῖθεν ὅθεν ἐπράθην] Plato, cum primum in Siciliam ad Dionysium tyrannum venisset, ibique multa contra tyrannidem disputasset, Dionysius eum Polidi tradidit, à quo in Æginam abductus & venundatus est. Postea exorato Dionysio semel iterumque in Siciliam remeavit. Ad quod hoc loco alludit Diogenes. Cæterum contrario modo hanc ejus sententiam Laert. proponit in ipsius vita hisce verbis: Πλάτωνος εἰπόντος αὐτὸν κύνα, ναὶ, ἔφη. ἐγὼ γὰρ ἐπανῆλθον ἐπὶ τοὺς πεπρακότας. Miror non observasse viros doctissimos, qui eum ediderunt. SCHEFF.

Εκεῖθεν ὅθεν ἐπράθην] Gesnerus legendum censuit ἐκεῖσε, quòd proprie est *illuc*, sicut ἐκεῖθεν, *illinc*. Sed intercedit Faber, monens etiam *apud Herodianum* ἐκεῖθεν *pro* illuc *occurrere*. Et sane occurrit I. 17. 4. ubi tamen Stephanus itidem legi voluit ἐκεῖσε. Verba Herodiani sunt, οἰηθεὶς μηδένα ἐκεῖθεν εἰσελεύσεσθαι, *ratus neminem eo* (in cubiculum) *intraturum*. Sluisk. & Med. I. hic habent ἐκεῖθ' ὅθεν ἐπρ. quasi voluisset Auctor ἐκεῖθι, vel ἐκεῖ τε, sed quod τε in θ' sit mutatum, propter sequentem vocalem aspiratam. Ceterum ἐκεῖ & ἐκεῖθι notare etiam *illuc*, certum est, (Vide II. 13. *p.* 103. ubi ait, καὶ Πειραιοῖ δὲ ἀγωνιζομένου τοῦ Ευριπίδου καὶ Εκεῖ κατῄει) atque adeo promiscuum in usum has voculas adhibuisse Græci videntur. Plane uti promiscue itidem κατελθεῖν εἰς Σικελίαν, & ἐν Σικελίᾳ dicunt. Vide *supra* IV. 18. Allusit autem Diogenes ad id, quod Plato ad Dionysium rediit, postquam ab eo Polidi traditus jam fuerat, ut venderetur, qui etiam Æginæ vendidit eum Anniceridi, à quo statim dimissus est Plato. Vide Plutarchum in *Dione*, & Diog. Laërt. in *Platone*. Dictum autem illud Diogenis Cynici refert etiam

Laertius

Εἰώθει δέ, φασιν, ὁ Πλάτων περὶ Διογένους λέγειν, ὅτι ⁴ μαινόμεν☉ οὗτ☉ Σωκράτης ἐςίν.

Ajunt Platonem de Diogene ſolitum dicere, illum eſſe Socratem furentem.

Laertius in *Diogene*, *n.* 40. ſed ita, ut ironice reſponderit Cynicus, Ναὶ, ἔφη, ἐγὼ γὰρ ἐπανῆλθον ἐπὶ τὰς πεπρακότας. *Sane*, *inquit*, *Ego enim redii ad illos*, *qui me vendiderunt.* PERIZ.

3 Τὴν εἰς Σικελίαν ὁδὸν] Non utique primum iter, ſed ſecundum, ſeu reditum in Siciliam, poſtquam venditus jam fuerat. Quapropter dubitem an ſcripſerit Auctor ἄνοδον, quod *aſcenſum*, ſed & *reditum* notat, unde eo ſenſu frequens eſt ἐπάνοδος. IDEM.

4 Μαινόμενος] Adde Laertium, & quæ ad eum obſervavit Menagius, *p.* 143. SCHEFF.

ΚΕΦ. λδ΄.

Παρὰ τίν☉ ἔμαθον τὰ νόμιμα οἱ Αἰγύπτιοι, καὶ περὶ τῶν ἐκείνων δικαςῶν.

CAP. XXXIV.

A quo jura didicerint Ægyptii, & de judicibus illorum.

Αἰγύπτιοί φασι ¹ παρ' Ἑρμοῦ τὰ νόμιμα ἐκμουσωθῆναι· ² οὕτω δὲ

Ægyptii jura à Mercurio ſe edoctos jactitant: ita vero etiam alii

1 Παρ' Ἑρμοῦ] Vide *ſupra* XII. *cap.* 4. SCHEFF.

2 Οὕτω δὲ καὶ ἕκαςοι τὰ παρ' ἑαυτοῖς] Illud ἕκαςοι ſuſpectum mihi eſt. ſenſum certe habet nullum idoneum. ſcribo plane, ἕκαςα. Hæc vult, nil fuiſſe apud Ægyptios, cujus auctorem non facerent Deum aliquem. IDEM. Et quæ gens Ethnica hoc non fecit? *Mercurium certè omnes uno quaſi ore omnium inventorem artium ferunt: hunc viarum atque itinerum ducem: hunc ad quæſtus pecuniæ mercaturaſque habere vim maximam* (non ſoli Galli) *arbitrantur.* Cæſar *lib.* VI. *de B. G.* Ergo τὸ ἕκαςοι non Ægyptios tantum attinet, ſed ſingulos gentilium, qui ſuas leges plerumque alicui Deo acceptas ferebant. ita Mneves à Mercurio ſe leges, quas Ægyptiis tulerat, accepiſſe ſimulavit, ita *Minos Jovem*, *Lycurgus Apollinem*, *Zathrauſtes Bonum Dæmonem*, *Zamolzis Veſtam communem*, *Moſes Deum* Ἰαῶ *cognominatum*, *auctores ſuarum legum dixerunt*, inquit Diodorus *lib.* I. *Biblioth.* *An non* hoc eſt, quod Noſter ait: οὕτω δὲ καὶ ἕκαςοι τὰ παρ' ἑαυτοῖς σεμνύειν σπεύδουσι, *ita vero etiam ſinguli ſuis rebus divinam auctoritatem conciliare ſategerunt.* KUHN.

Οὕτω δὲ καὶ ἕκαςοι] Sic & MSti. Nec ratio eſt ſatis idonea, quare hoc mutatum voluerit Schefferus in ἕκαςα. Recte Kuhnius vulgatum tuetur, & oſtendit pleraſque gentes originem legum ſuarum ad Deos retuliſſe. Sed & diſerte Livius in hanc rem, in *præfat.* *Datur hæc venia antiquitati*, *ut miſcendo humana divinis*, *primordia Urbium* (addo, omnium pene rerum ſuarum) *auguſtiora faciat.* Vide etiam fabulas, quas commenti ſunt Etruſci, Romani, aliique, ad venerationem quandam conciliandam Haruſpicinæ, Auguratui, Libris Sibyllinis, apud Ciceronem *de Divinatione.* Nec quidquam illis conceſſerunt Chriſtiani ſequioris temporis, quorum innumeræ pene fabulæ circumferuntur, ea unice gratia confictæ, ut Monaſteriis ipſorum & templis, vel Ordinibus ſacris, auctoritatem divinitatis adderent. PERIZ.

3 Δικαςαὶ &c.] Sic apud Iſraëlitas, ante Reges conſtitutos, quando non erat extraordinarius Judex, quales memorantur *Libro Judicum*, tunc Summus Sacerdos judicabat ſimul Populum, ut patet ex Hiſtoria Eli, qui

δὲ καὶ ἕκαστοι τὰ παρ' ἑαυτοῖς σεμνύνειν προῄρηνται. 3 Δικασταὶ δὲ τὸ ἀρχαῖον παρ' Αἰγυπτίοις οἱ ἱερεῖς ἦσαν. Ην δὲ τούτων ἄρχων ὁ 4 πρεσβύτατος, καὶ ἐδίκαζεν ἅπαντας. Εδει δὲ αὐτὸν εἶναι δικαιότατον ἀνθρώπων, καὶ 5 ἀφειδέστατον. 6 Εἶχε δὲ καὶ ἄγαλμα περὶ τὸν αὐχένα ἐκ σαπφείρου λίθου, καὶ ἐκαλεῖτο τὸ ἄγαλμα Αλήθεια. Εγὼ δὲ ἠξίουν, μὴ λίθου πεποιημένην, καὶ εἰκασμένην, τὴν Αλήθειαν περιφέρειν τὸν δικαστὴν, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ ἔχειν αὐτήν.

KEΦ.

alii ſinguli res ſuas auguſtiores reddere ſtudent. Judices autem apud Ægyptios primo tempore fuerunt ipſi ſacerdotes. Illorum autem princeps erat maximus natu, & judicabat omnes. Eum vero omnium hominum eſſe juſtiſſimum & ſeveriſſimum oportebat. Habebat porro etiam imaginem ex ſapphiro gemma *confectam* circa collum: & vocabatur ea imago Veritas. Ego vero judicem non ex lapide factam aut expreſſam Veritatem circumferre, ſed in ipſo animo habere velim.

CAP.

qui 40 *annis judicaviſſe Iſraelem* dicitur I. *Sam.* IV. 18. Cui ſucceſſit dein Samuel in hoc judicandi munere, tanquam Propheta Dei, Vide *caput* VII. Similiter Majores noſtri, teſte Tacito *de Moribus Germ. cap.* 7. *Ceterum neque animadvertere, neque vincire, ne verberare quidem, niſi Sacerdotibus permiſſum, non quaſi in pœnam, nec Ducis juſſu, ſed velut Deo imperante.* Quid? quod apud Romanos quoque faſti ac nefaſti dies, & pleraque etiam Civilis Juris, in manu & cura Pontificum fuerint. Unde Livius IX. 46. *Civile jus repoſitum in penetralibus Pontificum* ait, & Pomponius JCtus *de Origine Juris* §. 6. *Omnium harum* (Legum, ſeu XII. Tabularum) *& interpretandi ſcientia, & Actiones apud collegium Pontificum erant. Ex quibus conſtituebatur, quis quoque anno præeſſet privatis.* Neque vero judicabant tantum ſuos cives apud plerosque Orientis populos, ſed & aliquando Reges ipſi, vel Regibus dignitate proximi erant illi Sacerdotes, ut ex multis conſtat exemplis, ipſius Judææ poſt tempora Macchabæorum, Comanæ in Cappadocia, Cypri, Tyri, *&c.* De Ægyptiis Sacerdotibus Vide Diodorum Sicul. *lib.* I. *pag.* 66. Mox etiam Lugd. cum B. & C. Pariſ. legit πρεσβύτερος. Non item Sluisk. PERIZ.

4 Πρεσβύτατος] In MSS. B. & C. πρεσβύτερος. SCHEFF.

5 Ἀφειδέστατον] Vultejus vertit *ſynceriſſimum.* Geſnerus malit, *qui minime parceret cuiquam.* Et ſane vocabulum hoc notat vel *liberaliſſimum*, vel quod malim hic loci, *ſeveriſſimum.* Vultejus videtur legiſſe, vel legi voluiſſe, ἀφελέστατον, h. e. *integerrimum.* Sic XII. I. καὶ τάχιστα τῶν ἄλλων παλλακίδων προετιμήθη διά τε ἤθους ἀφέλειαν, καὶ τοῦ τρόπου τὸ αἰδῆμον. PERIZ. ἀφελέστατον legit quoque P. Faber *lib.* III. *Semeſt. cap.* 18.

6 Εἶχε δὲ καὶ ἄγαλμα] Diodorus Siculus *Hiſt.* I. ἐφόρει οὗτος περὶ τὸν τράχηλον ἐκ χρυσῆς ἁλύσεως ἠρτημένον ζώδιον τῶν πολυτελῶν λίθων, ὃ προσηγόρευον ἀλήθειαν. Vide, quæ notavi hac de re in *Syſtemate de Torquibus*, nuper edito. SCHEFF.

Εἶχε δὲ καὶ ἄγαλμα &c.] Diod. Sicul. *lib.* I. *p.* 68. ait ſummum Judicem apud Ægyptios habere circa collum aureis catenis dependens ſimulachrum, quod appellent *Veritatem.* Illud autem ſuſpendere ipſum ex collo, quoties lites diſceptari incipiant. Congruens hiſce, quod apud Iſraëlitas juſſu Dei Moſes fecit Aharoni *pectorale judicii* vel *juris*, ornatum gemmis, ſuſpenſum catenis ante pectus, inque eo *Urim* & *Thummim*, quod poſterius vertunt Græci τὴν Αλήθειαν. Vide *Exodi* XXVIII. 30. Ceterum Lugd. & Regius B. legunt hic, non περὶ, ſed περὶ τὸν αὐχένα. Sluisk. & Regii duo vulgatæ lectioni ſuffragantur. Mox repoſui, καὶ ἐκαλεῖτο τὸ ἄγαλμα. Exciderat τὸ ex Schefferianis, tum illa Fabri, & Kuhnii. PERIZ.

ΚΕΦ. λέ.

Περὶ Λαΐδος.

[1] Ὅτι Λαῒς καὶ Ἀξίνη ἐκαλεῖτο. [2] Ἤλεγχε δὲ αὐτῇ τὸ ἐπώνυμον τοῦτο τὴν τοῦ ἤθους ἀγριότητα, καὶ ὅτι [3] πολὺ ἐπράττετο, καὶ ἔτι μᾶλλον παρὰ τῶν ξένων, ἅτε ἀπαλλαττομένων θᾶττον.

ΚΕΦ.

CAP. XXXV.

De Laide.

Lais etiam Axine (*Securis*) nuncupata est. Illud autem cognomen ejus ingenii sævitiam redarguebat, quodque multum exigeret, & plus etiam à peregrinis, ut qui citius discedant.

CAP.

1 Ὅτι Λαῒς] Eadem ex Aristophane Byzantio supra retulit *lib.* XII. *cap.* 5. Unde patet, quod jam alias est observatum, non omnibus numeris absolutum & expolitum esse hoc opus. Nec enim alias eadem bis repetiturus videtur: & sane in MS. B. hoc caput non legitur. Porro de re ipsa Suidam consule SCHEFF.

Ἀξίνη] *Bipennem* vertendum esse ex sententia Reinesii, monuit me vir Amplissimus, Georgius Styrzelius per literas. Nam ipsa Reinesii opera videre hactenus non licuit. Sed, ut verum fatear, non satis intelligo, quomodo bipennis τὴν ἀγελότητα ἤθους, qua de Noster, & lucrum tantum παρὰ τῶν ξένων exprimat. Adde, quod ἀξίνη, non *bipennem*, verum *asciam* proprie significet, quod adeo cum vitio in Laide notato non convenit, ut potius virtutem notare debere videatur ei oppositam. *Ascia* enim est, qua expolimus quid & elegantius efficimus. Igitur ego quidem ἀξένη puto scribendum, & exponendum de inhospitali, seu immiti aut dura adversus hospites. Ut sit dicta, sicut olim Pontus Axenus vocatus ob frequentiam Piratarum, hospites & advenas deprædantium, aut incolarum inhospitalem feritatem. Sic olim suspicabar. Nunc plane in sententiam. Cl. Reinesii concedo. Nec enim utroque loco, hic inquam, & *supra lib.* XII. *cap.* 5. idem vitium committi potuisse videtur. Sed & Hesychio ἀξίνη est δίστομος πέλεκυς, quo genere non tam fabri, quam milites solent uti. SCHEFF. Scheff. ἀξένη. turpe & miserabile; nollem factum; si memor fuisset Plauti, nunquam aliquid tale scripsisset: atqui Plautus Græca vertebat, *dolare*, *dedolatus*, &c. FABER. πέλεκυς vel ἀξίνη sæpe notat ἀποτομίαν ἠθῶν, *morum asperitatem.* ὁ Τέννου πέλεκυς dudum proverbio innotuit, de quo Photius *p. m.* 225. & Suidas in Τενέδιος συνήγορος. Bene igitur Laïs ἀξίνη, *dolabra*, secundum Glossas veteres, *bipennis*, *securis fuit vocata*, *quod nimium pro meretricio exigeret*, *& facultates amatorum attenuaret*, *ut fabri ligna dedolant.* Cl. Rupertus *Observ. in Sallustium.* KUHN.

Ὅτι Λαῒς καὶ Ἀξίνη &c.] Vide jam *supra* XII. 5. & quæ istic notavi. A Lugd. codice, æque ac à B. Parisiensi abest hoc caput. PERIZ.

2 Ἤλεγχε δὲ αὐτῇ τὸ ἐπώνυμον τοῦτο τοῦ ἤθους ἀγελότητα] *Supra* XII. 5. legitur, ἤλεγχε δὲ αὐτῆς τὸ ἐπώνυμον τοῦτο τὴν τοῦ ἤθ. ἀγρ. Illud αὐτῇ firmat hic loci Codex Sluisk. Et quod ad sensum perinde est, sive αὐτῆς, sive αὐτῇ legas, licet alterum illud sit paulo planius, & usitatius. At turpis est incuria tot Editoribus, qui, postquam semel ex Gesneriana, vitio haud dubio typographi, exciderat τὴν, omnes dein Alii id similiter prætermiserunt, licet exstet in *loco cit.* tum hic in Romana & Basil. Edd. ut & in MS. Sluisk. PERIZ.

3 Πολὺ ἐπράττετο] Vide Gellium *lib.* I. *cap.* 8. SCHEFF. Mediceus πολλὰ ἐπράττετο.

ΚΕΦ. λϛʹ.

Ὅτι γελοῖοι οἱ διὰ τοὺς πατέρας μέγα φρονοῦντες.

[1] Γελᾶν δὲ ἔξεστιν ἐπὶ τοῖς μέγα φρονοῦσι διὰ τοὺς πατέρας, καὶ τοὺς ἄνω τοῦ γένους· εἴγε Μαρίου μὲν τὸν πατέρα [2] οὐκ ἴσμεν, [3] αὐτὸν δὲ θαυμάζομεν διὰ τὰ ἔργα· [4] καὶ Κά-

CAP. XXXVI.

Ridiculos esse, qui propter majorum virtutes altum ſapiunt.

Ridere fas eſt illos, qui propter parentes, & majores generis ſui, altos ſpiritus gerunt: ſiquidem Marii patrem quidem ignoramus, ipſum tamen ob res geſtas

1 Γελᾶν ἔξεστι] Etiam hoc caput *ſupra* habuit *lib.* XII. *cap.* 6. SCHEFF.

2 Οὐκ ἴσμεν] Intellige certo, vel ita, ut de eo vulgo conſtet Quemadmodum Latini quoque ex ignotis eum dicunt eſſe parentibus, cujus parentes nullis factis egregiis inclaruere. Docet Plutarchus, quando parentes ejus nominat. Γενόμενος, ait in *ipſius vita*, γονέων παντάπασιν ἀδόξων, αὐτουργῶν δὲ καὶ πενήτων, πατρὸς μὲν ὁμωνύμου, μητρὸς δὲ, Φουλκινίας. Horatius hos tales vocavit *nullis majoribus ortos*, *ſerm.* I. *ſat.* 6. neque differt multum, quod habet Albinus *quæſt. in Geneſin de* Melchiſedech. ipſum vide. IDEM.

3 Αὐτὸν δὲ θαυμάζομεν] Ergo generis humilitas nil obſtare poteſt, quo quis minus etiam ad ſummum dignitatis gloriæque faſtigium enitatur. Solatium eorum, qui cum optimi ſint, felicitate naſcendi deſtituuntur. Quorum cum ſemper aliqui ſint reperti, ne in poſterum quidem arbitror defuturos. SCHEFF. *Quis fuit Marius, ſi illum in ſuis inſpexerimus majoribus? humilis. In conſulatu nihil habet clarius, quam ſe auctorem. Pompejum ſi hæreditariæ extuliſſent imagines, nemo Magnum dixiſſet, Servium Regem tulit Romæ, in cujus virtutibus humilitate nominis nihil eſt clarius. Quid tibi videntur illi ab aratro citati, qui paupertate ſua beatam fecere rempublicam. quemcunque volueris, revolve nobilem, ad humilitatem pervenies.* Senec. *lib.* I. *Controverſ.* 6. de Marii novitate quædam petenda ſunt ex Salluſt. in *Bell. Iugurthino.* Valer. *lib.* II. *cap.* I. vid. Senecam de hoc argumento *ep.* 44. & qui omnia fere huc pertinentia congeſſit, Tiraquell. *de Nobilit. cap.* 22. & *ſeq.* KUHN.

4 Κάτωνα] M. Porcium, de quo Maxim. Valerius *lib.* III. *cap.* 4. *nomen ſuum Thuſculi ignobile, Romæ nobiliſſimum reddidit.* Plutarchus ita in *ipſius vita:* τῶν προγόνων παντάπασιν ἀγνώτων γεγονέναι δοκούντων, αὐτὸς ὁ Κάτων τὸν πατέρα Μάρκον, ὡς ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ στρατιωτικὸν ἐπαινεῖ. SCHEFF.

Καὶ Κάτωνα δὲ] Intelligit Cenſorium, ſeu Priſcum, πρεσβύτην, ut loquitur ipſe *ſupra* XII. 6. ubi ejus *Patrem quærendum eſſe*, h. e. obſcurum eſſe, ait. Ibidem etiam de *Mario* eadem videas tradi. Quare & reſpicienda ſunt, quæ iſtic de his duobus notata. PERIZ.

5 Σερουΐλιον] Lego Σέρβιον & ſextum regem Romanorum intelligo: Auctor *de viris illuſtr. Servius Tullius P. Corniculani & Ocriſiæ captivæ filius.* Seneca *epiſtol.* CVIII. *De Servii matre dubitatur, Anci pater nullus, Numæ nepos dicitur.* Adde Maxim, Valer. *ſupra dicto loco.* SCHEFF. Lego Σέρβιον Τούλλιον. FABER. Non dubito, quin legendum ſit Σέρβιος, ſyllaba λι. ex ſubſequenti voce inculcatâ. *Servius* enim ſervâ natus fuiſſe dicitur. Livius *lib.* I. *pag.* 74. 75. quo reſpexit Suidas his verbis, Σέρβιος ὄνομα κύριον, οἱονεὶ δοῦλος. Inſcriptio vetus tabulæ æreæ Lugdunenſis. *Servius Tullius ſi noſtros ſequimur, captiva natus Ocreſia, ſi Tuſcos, Cœli quondam Vivennæ Sodalis fideliſſimus.* vide *electa* Stevvechii *in lib.* V. *Arnob. p.* 120. KUHN.

Κάτωνα δὲ, 5 καὶ Σέρβιον, καὶ 6 Ὀςίλιον, καὶ 7 Ῥωμύλον.

gestas suspicimus: item Catonem, & Servium, & Hostilium, & Romulum.

Καὶ Σεςίλιον] Manifestus error librariorum, quem deprehendere & corrigere facile erat. Neque vero Schefferus, neque Kuhnius, cessarunt monere, legendum esse Σέρβιον, & intelligi Sextum Romanorum Regem, *Servium Tullium*, *serva natum*, ut passim dicitur apud Livium. Addo insuper, Lugd. Codicem & Regium B. diserte id exhibere; quapropter religio mihi nulla fuit vitium hoc scripturæ abolendi. Ascendit autem Auctor ab inferioribus ætate ad superiores. Nam qui sequitur, *Tullus* est *Hostilius*, tertius Rom. Rex, de quo etiam Valer. Max. III. 4. 1. *Incunabula Tulli Hostilii agreste tugurium cepit, ejusdem adolescentia in pecore pascendo fuit occupata.* Livius hunc illustri avo ortum ait, & similiter Dionysius Halic. *lib.* III. *init.* ubi utrimque eum nobili genere ortum tradit. Ceterum major in hisce apud Nostrum est Ellipsis, siquidem intelligendum, κὴ Κάτωνα &c. θαυμάζομεν, πατέρας δὲ αὐτῶν οὐκ ἴσμεν. PERIZ.

6 Ὀςίλιον] Tullium puta tertium regem Romanorum, de quo nominatus Valerius. SCHEFF.

7 Ῥωμύλον] Nam quod de Marte dicitur, fabulosum est. vide Dionysium Halicarnasseum, & Plutarchum in *vita ejus*, qui Amulium imposuisse ipsi scribit, de quo dolo egimus nonnihil in nostra *Exercitatione Politica in vitam Romuli.* IDEM.

ΚΕΦ. λζ'.

Περὶ ἀγαλμάτων, καὶ εἰκόνων.

CAP. XXXVII.

De statuis & imaginibus.

1 Φιλῶ δὲ μηδὲ τὰ ἀγάλματα, ὅσα ἡμῖν ἡ πλαςικὴ δείκνυσι, μηδὲ τὰς εἰκόνας, ἀργῶς ὁρᾷν. 2 Ἔςι γάρ τι ταῖς χειρουργίαις σοφὸν, καὶ ἐν τούτοις. Καὶ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα δύναταί τις καταγνῶναι ἔχοντα ταύτῃ, ἐν δὲ τοῖς καὶ ἐκεῖνο. Τῶν Μουσῶν οὐδεὶς οὐδέποτε, οὔτε γραφικὸς

Neque statuas, quas plastarum nobis ars exhibet, neque imagines oscitanter spectare soleo. Nam artes opificum habent aliquid, quod docere nos possit, etiam in hisce. Et multa quidem atque alia deprehendere quis potest ita se habere, in illis vero etiam hoc. Nemo pictorum

1 Φιλῶ δὲ] Extat & hoc caput *supra lib.* XII. *cap.* 2. SCHEFF.

2 Ἔςι γάρ τι ταῖς χειρεργίαις &c.] Lege τῆς χειρεργίας. FABER. Vix probare possum. vid. *indicem* in σοφός. SCHEFF. Bene sanus est textus. Qua ratione σοφία manuariis artibus tribuatur, Aristoteles innuit *lib.* VI. *Ethic. cap.* 7. τὴν δὲ σοφίαν, inquit, ἐν ταῖς τέχναις τοῖς ἀκριβεςάτοις τὰς τέχνας ἀποδίδομεν, οἷον Φειδίαν, λιθουργὸν σοφὸν, κὴ Πολύκλειτον, ἀνδριαντοποιόν. ἐνταῦθα μὲν οὖν οὐδὲν ἄλλο σημαίνοντες τὴν σοφίαν ἢ ὅτι ἀρετὴ τέχνης ἐςίν. *sapientiam autem in artibus illis attribuimus, qui in illis accuratissimi sunt: ex. gr. Phidiam* (dicimus) *sapientem lapidarium, Polycletum, statuarium: Hic equidem sapientiæ nomine nihil aliud designamus, quam artis virtutem præstantiamque.* Philostratus *lib.* VIII. *Vit. Apollon. cap.* 3. ὑποσόφους vocat id genus artes, καλῶ δὲ, inquit, σοφὰς μὲν, ποιητικὴν, μουσικὴν, ἀστρονομίαν, σοφιςὰς κὴ τῶν ῥητόρων τοὺς μὴ ἀγοραίους. ὑποσόφους δὲ, ζωγραφίαν, πλαςικὴν, ἀγαλματοποιοὺς, κυβερνήτας, γεωργοὺς, ἢν ταῖς ὥραις ἕπων), *sapientes* (artes) *autem dico, Poëticam, Musicam,*

φικὸς ἀνὴρ, οὔτε πλαστικὸς, οἷός τε ἐγένετο ψευδίστατα καὶ κίβδηλα καὶ ἀλλότρια τῶν Διὸς θυγατέρων τὰ εἴδη παραστῆσαι ἡμῖν· ἢ τίς οὕτως νεανικῶς ἐμάνη δημιουργὸς, [3] ὥστε ὡπλισμένας ἡμῖν ἐργάσασθαι; Ὁμολογεῖ δὲ τοῦτο, ὅτι δεῖ τὸν ἐν Μούσαις βίον εἰρηνικόν τε ἅμα, καὶ πρᾶον εἶναι, καὶ ἄξιον ἐκείνων.

rum neque plastarum potuit ab se impetrare unquam, ut Musarum falsas & adulterinas atque alienas à filiabus Jovis imagines nobis exhiberet: aut quis unquam opifex tam juveniliter insaniit, ut nobis eas armatas effingeret? Docet vero illud, eam vitam, quæ inter Musas agitur, pacatam, mansuetam, dignamque ipsis esse oportere.

sicam, Astronomicam: Sophistas, ex Rhetorum numero eos, qui non sunt forenses rabulæ: subsapientes vero, pictoriam, plasticam, statuariam, gubernatores, agricolas, si quidem anni stata tempora observent. καὶ γὰρ αὗται αἱ τέχναι σοφίας ἐ πολὺ λείπονται. *nam hæ quoque artes à sapientia propius absunt.* vide *Indicem* in σοφός. KUHN.

Ἐστι γάρ τι ταῖς χειρουργίαις σοφὸν &c.] Faber maluit τῆς χειρουργίας, sed nulla causa, & absque auctoritate Codicum. Ceterum neque illi, qui hanc ejus Crisin rejecerunt, Schefferus & Kuhnius, satis recte locum hunc perceperunt, tum in *Notis*, tum in *Indice*. Putat Kuhnius τὸ Σοφὸν hic esse accipiendum eo sensu, quo passim σοφία etiam manuariis artificibus tribuitur, ut ex gr. Phidias dicatur statuarius σοφὸς h. e. *peritus, eximius in illa arte.* At neutiquam id sensit Auctor, qui ait se non oscitanter inspicere statuas aut picturas, quia artes hæ etiam aliquid habeant *eruditum*, & quod ad docendos nos pertineat, quod observatu dignum sit ad *sapientiam.* Quale dein est illud, quod sequitur, & cui dein subjicit, Ὁμολογεῖ δὲ τοῦτο, ὅτι δεῖ &c. Sic passim σοφία pro *eruditione, scientia liberali.* Vide *supra ad* II. 31. Ἐν τούτοις, scil. χρήμασι ἀγαλμάτων καὶ εἰκόνων, quæ res utique partem quandam constituunt istarum χειρουργιῶν. PERIZ.

3 Ὥστε ὡπλισμένας &c.] Hac de re Vide Me *ad* XII. 2. ubi idem traditur. IDEM.

ΚΕΦ. λη'.

Περὶ Ἐπαμινώνδου, καὶ Πελοπίδου.

Ἐπαμινώνδου τοῦ Θηβαίου πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα καλὰ οἶδα, [1] ἐν δὴ

CAP. XXXVIII.

De Epaminonda & Pelopida.

Epaminondæ Thebani multa quidem & alia pulchra novi, in iis vero

1 Ἐν δὴ τοῖς] Mediceus ἐν δὲ τοῖς.

2 Ἔλεγε πρὸς Πελοπίδαν &c.] Neque hunc locum recte videntur percepisse Editores, nisi quod Vultejus satis bene; *Dicebat ad Pelopidam, non prius interdiu discedendum è foro esse, quam &c. adjeceris.* At Gesnerus maluit; *non prius discedere SE è foro quotidie, quam &c. adjecisset.* Atque ita dein omnes. At vero voluit Auctor, quod & vidit Vultejus, Epaminondam præcepisse, seu consilium dedisse Pelopidæ, ut ne decederet &c. Sic passim λέγειν, & similia: IV. 6. καὶ ἀπεκρίνατο ὁ Θεὸς, τὴν κοινὴν ἑστίαν τῆς Ἑλλάδος μὴ κινεῖν, h. e. *ut ne moverent.* Et V. 14. Νόμος ἐστὸς

δὴ τοῖς καὶ τόδε. [2] Ἔλεγε πρὸς Πελοπίδαν, [3] μὴ πρότερον ἀπαλλάττεσθαι [4] τῆς ἀγορᾶς ἡμέρᾳ, πρὶν ἢ φίλον τοῖς ἀρχαίοις τινὰ προσποιήσαι νεώτερον.

vero etiam hoc. Dicebat ad Pelopidam, ne prius discederet è foro quotidie, quam novum aliquem amicum ad veteres adquisivisset.

Αττικὸς, πάντως ἐπιβάλλειν αὐτῷ γῆν &c. Intelligitur enim λέγων, quod ceteroquin addi solet. Vide *supra* IV. 1. *init.* & XIV. 7. *init.* Adde his XII. 49. ἤροντο, εἰ τι λέγοι πρὸς τὸν υἱὸν, *præcipiat filio*, *mandet quid ad filium.* Suidas in *v.* Διὰ φροντίδος. ex Æliano, ὁ Θεὸς λέγει, ἐκείνους μὴ πολυπραγμονεῖν, *Deus respondet, ne illi multa moliantur.* Et *v.* Ινδάλματα, ex Eodem, Ὄψις οὖν ἰνδάλματος ἱεροῦ, ὄναρ ἐπιστᾶσα, λέγει ποιήσασθαι μεταβολὴν βίου, *species itaque imaginis sacræ, in somnio adstans, præcipit mutare vitam.* Aristophanes *Pluto* I. 2. 1. Ἐγὼ μὲν οἰμώζειν λέγω σοι: Et mox, Κλάειν ἔγωγέ σοι λέγω, *jubeo te dolere, flere.* Vide & *infra cap.* 43. Ἡμέρα, quod deleri vult Faber, ponitur, uti καθ' ἡμέραν, *quotidie*, Belgice, *daegs.* Sententia ipsa similis est dicto Titi Vesp. qui *recordatus quondam super cœnam, quod nihil cuiquam toto die præstitisset, memorabilem illam vocem edidit, Amici, diem perdidi*, ut refert Suetonius *Tito*, *cap.* 8. PERIZ.

3 Μὴ πρότερον] Plane istiusmodi studium Scipionis, de quo Plutarch. in *Apopht.* & Stob. SCHEFF. Verba Plutarchi hac de re ex IV. *Sympos.* adscribenda duxi. Τοῦ Πολυβίου Σκιπίωνι παραινοῦντος Αφρικανῷ, μὴ πρότερον ἐξ ἀγορᾶς ἀπελθεῖν, ἢ φίλον τινὰ ποιήσασθαι, σύνεγγυς ὄντα τῶν πραγμάτων τῶν πολιτῶν (in. πολιτικῶν). φίλον δὲ δεῖ μὴ μικρῶς, μηδὲ σοφιστικῶς ἀκούειν ἐκεῖνον, τὸν ἀμετάπτωτον καὶ βέβαιον, ἀλλὰ κοινῶς τὸν εὔνουν, ὥσπερ ᾤετο χρῆναι Δικαίαρχος, εὔνους μὲν αὐτῷ παρασκευάζειν ἅπαντας, φίλους δὲ ποιεῖσθαι τοὺς ἀγαθούς. *Polybius Scipionem Africanum admonuit, ut nunquam è foro abiret, antequam sibi amicum quendam conciliasset, qui res civium propius inspexerat. Amicus autem hoc loco non rigide & sophistico capiendus, qui immutabilis & constans, sed communiter, qui benevolus est, quemadmodum Dicæarchus existimabat, curandum esse, ut omnes quidem habeamus benevolos, sed bonos tantum amicos.*

4 Τῆς ἀγορᾶς ἡμέρᾳ] Dele isthuc ἡμέρᾳ. FABER.

ΚΕΦ. λθ'.

Πῶς ὁ Ανταλκίδας ἤλεγξε δῶρον μύρῳ βεβαμμένον αὐτῷ πεμφθέν.

[1] Ὁ Περσῶν βασιλεὺς, (βούλομαι γάρ τι ὑμῖν καὶ φαιδρὸν εἰπεῖν)

CAP. XXXIX.

Quomodo Antalcidas munus sibi missum, unguento tinctum, reprehenderit.

Persarum rex (volo enim etiam jucundum aliquid vobis dicere) coro-

1 Ὁ Περσῶν βασιλεὺς] Artaxerxes. Vide Plutarchum in *Artaxerxe*, & in *Sympos. lib.* VII. *quæst.* 8. Athen. *lib.* II. SCHEFF.

Ὁ Περσῶν βασιλεὺς] Fuit is Artaxerxes Mnemon, ad quem Antalcidas missus est. Vide Plutarchum in *Artaxerxe*, *p.* 1022. ubi, ut & in *Sympos.* VII. 8. *extr.* eandem hancce rem narrat, ut monuit jam Schefferus. PERIZ.

2 Εἰς μύρον βάψας] Quod coronatum genus Græci χριστὸν vocabant. Alias unguentum in theca mittere solebant. Seneca *lib.* III. de

πεῖν) στέφανον [2] εἰς μύρον βάψας, (διεπέπλεκτο δὲ ῥόδων ὁ στέφανος) [3] ἔπεμψεν [4] Ανταλκίδα, πρεσβεύοντι ὑπὲρ εἰρήνης πρὸς αὐτόν. Ο δὲ, δέχομαι μὲν, ἔφη, τὸ δῶρον, καὶ ἐπαινῶ τὴν φιλοφροσύνην, ἀπώλεσας δὲ τὴν ὀσμὴν τῶν ῥόδων, καὶ τὴν τῆς φύσεως εὐωδίαν, διὰ τὴν ἐκ τῆς τέχνης κιβδηλίαν.

coronam, quam unguento tinxerat, (erat autem conserta ex rosis corona) misit Antalcidæ, de pace ad eum legato. At ille, Recipio quidem, inquit, donum, ac benevolentiam laudo, sed rosarum odorem, naturæque fragrantiam, per artis adulterationem perdidisti.

de ira cap. 33. *Unguentum & coronam misit.* Fuit porro hæc corona ἡ αὐτῷ τῷ βασιλέως, Antalcidæ cum ob amicitiam missa, tum præcipue, quod regem adorasset. SCHEFF. Et urbes Græcas Asiæ Regis imperio sua pace subjecerat. Unde Plutarchus in *Pelopida:* δοκεῖ μάλιστα τῶν Ελλήνων, Ανταλκίδαν τιμῆσαι τὸν Λακεδαιμόνιον, ὅτι τὸν στέφανον, ὃν πίνων περιέκειτο, βάψας εἰς μύρον ἀπέστειλε. *videtur* (Rex Persarum) *inter Græcos maxime honorasse Antalcidam Lacedæmonium, quod coronam, quam in compotatione gestaverat, unguento delibutam ei misit.* Plin. *lib.* XXI. *cap.* 30. coronas *unguentis* madidas luxuriæ fæminarum imputat. KUHN.

3 Επεμψεν] ἀπὸ δείπνου, uti auctor est Plutarchus. More scil. veterum, qui amicis ex convivio coronas mittebant, in indicium amoris. Vide Athenæum. SCHEFF.

4 Ανταλκίδα &c.] *Antalcidas* hic inimicus fuit Agesilai, & ideo, quum putaret illius auctoritatem & existimationem bello augeri, suasit pacem, & legatus ad Artaxerxem eam confecit, sed infamem prorsus & indecorem, quippe qua Persis relinquebantur Græci in Asia habitantes, pro quibus Athenienses atque ipsi Lacedæmonii tot bella gesserant contra Persas. Vide Plutarchum in *Apophth. Laconicis*, ubi de Agesilao agit. Hinc *Pax Antalcidæ* sæpius ab Auctoribus priscis, sed cum exprobratione quadam, commemoratur. Vide & Simsonium *Chronic.* A. M. 3618. PERIZ.

ΚΕΦ. μ'.

Περὶ Αλεξάνδρου τοῦ Φεραίων τυράννου ὠμότητος.

[1] Αλέξανδρος ὁ Φεραίων Τύραννος ἐν τοῖς μάλιστα ἔδοξεν ὠμότατος εἶναι. [2] Θεοδώρου δὲ τοῦ τῆς τρα-

CAP. XL.

De Alexandri Pheræorum Tyranni crudelitate.

Alexander Pheræorum Tyrannus, inter eos, qui maxime truculenti fuerunt, truculentissimus esse

1 Αλέξανδρος] Habes hæc apud Plutarchum *de fortuna Alexandri Or.* II. SCHEFF. Idem in *vita Pelopidæ* ita scribit: τραγῳδὸν δέ ποτε θεώμενος Ευριπίδου Τρῳάδας ὑποκρινόμενον, ᾤχετο ἀπιὼν ἐκ τοῦ θεάτρου, καὶ πέμψας πρὸς αὐτὸν ἐκέλευε θαρρεῖν, καὶ μηδὲν ἀγωνίζεσθαι διὰ τοῦτο χεῖρον. οὐ γὰρ ἐκείνου καταφρονῶν ἀπελθεῖν, ἀλλ᾽ αἰσχυνόμενος τοὺς πολίτας, εἰ μηδένα πώποτε τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ φονευομένων ἠλεηκὼς, ἐπὶ τοῖς Εκάβης καὶ Ανδρομάχης κακοῖς ὀφθήσεται δακρύων. *Cum Tragœdum aliquando spectaret Euripidis Troadas agentem, è theatro se proripuit, misso satellite, qui histrionem bono esse animo & nihilo secius quod egit, porro agere juberet. Non enim abiisse, quod actorem*

τραγῳδίας ποιητοῦ ὑποκρινομένου [3] τὴν Ἀερόπην σφόδρα ἐμπαθῶς, ὅδε εἰς δάκρυα ἐξέπεσεν, εἶτα ἐξανέστη τοῦ θεάτρου· ἀπολογούμενος δὲ ἔλεγε τῷ Θεοδώρῳ, ὡς οὐ καταφρονήσας, οὐδὲ ἀτιμάσας αὐτὸν ᾤχετο, ἀλλ' αἰδούμενος, εἰ [4] τὰ μὲν ὑποκριτοῦ πάθη οἷός τε ἦ ἐλεεῖν, τὰ δὲ τῶν ἑαυτοῦ πολιτῶν οὐχί.

esse credebatur. Theodoro vero tragico poëta, magno cum affectu & commiseratione Aëropen agente, in lacrymas effusus est ille, surgensque theatro excessit: verum excusans se apud Theodorum, affirmavit se non *idcirco* abiisse, quod illum aspernaretur, aut contumelia afficere voluisset, sed quod puduisset ipsum, siquidem ad histrionis mala posset misericordia duci, ad suorum vero civium non item.

rem sperneret, sed quod puderet, in civium oculis Hecubes Andromachesque malis illachrimari, post tot cives sine ulla miseratione à se cæsos. KUHN.

Ἀλέξανδρος ὁ Φεραίων τύραννος.] Nempe Principatum Thessaliæ, quem ceperat & constituerat Egregius ille Jason Pheræus, de quo egimus *supra ad* XI. 9. in Tyrannidem converterunt ejus successores & Fratres. Quibus mox sublatis successit hic Alexander ex Fratre Jasonis natus, & Jasonis Filiam, Theben, uxorem habens. Crudelissimus autem fuit Tyrannus, & ideo à Thebe, Uxore illa, & ejus Fratribus, occisus. Vide Plutarchum in *Pelopida*, Xenophontem Ἑλληνικῶν VI. *p. m.* 351. Diodorum *lib.* XV. *pag.* 374. Sed qui ex illis videtur emendandus, in eo certe, quod Alexandrum dicat ἀδελφὸν *Polydori*, qui Polydorus fuit, & antea dictus fuerat ipsi Diodoro, æque ac Polyæno VI. 1. 7. *Frater Jasonis:* & porro Alexandrum *Polydoro* ab se occiso successisse, quum successerit *Polyphroni*, Fratri Polydori & Jasonis, eumque Patruum quoque suum interemerit. PERIZ.

2 Θεοδώρῳ δὲ τῷ &c.] Plutarchus hoc ipsum referens in *Pelopida pag.* 293. non *Poetam*, sed *Tragœdum* dicit, & egisse *Euripidis Troadas.* Similiter in *Orat.* II. *de Alexandri M. Fort. in initio.* Et sane celeberrimus fuit ejus nominis Tragœdus, quem Aristoteles *Polit.* VII. 17. *ext.* appellat τὸν τῆς τραγῳδίας ὑποκριτήν. Eum Pausanias in *Atticis cap.* 37. ait ὑποκρινάμενον τραγῳδίαν τῶν καθ' αὐτὸν ἄριστα, *optime omnium sui temporis egisse Tragœdiam.* Nominat eum etiam Plutarchus *de sui ipsius Laude, circa finem,* ὁ τῶν τραγῳδιῶν ὑποκριτὴς Θεόδωρος. Et in *Sympos.* IX. 1. Θεοδώρῳ Τραγῳδῷ, ubi ait Ejus Uxorem, certamine instante, non admisisse eum, at peracto certamine dixisse victori, Ἀγαμέμνονος παῖ, νῦν ἐκεῖν' ἔξεστί σοι. *O Agamemnonis Fili, nunc illa sunt permissa tibi.* Ex his pene dubitem de Veritate hujus Lectionis. Sed forte Noster secutus hic est alios Auctores, quam Plutarchus, & Theodorus ille simul fuit Poeta & Actor, ut multi fuere Græcorum. Sic *supra* XIII. 17. Phrynichus Tragicus agebat ipse suam Tragœdiam. Vide & Jos. Barnesium *Tractatu de Tragœdia Veterum*, Euripidi præmisso, §. 8. Et adde, de *Theodoro* hoc ipso, ut opinor, Hesychium in Πελεθόβαψ tradere, ita cognominatum fuisse Θεόδωρον τὸν Κωμικὸν τὸν ὑποκριτήν. Ubi credo τὸν Κωμικὸν esse inserta. Addit autem, Τινὲς δὲ ποιητὴν αὐτόν φασι γεγονέναι, *quidam vero eum Poetam fuisse ajunt:* simul ergo ποιητὴν καὶ ὑποκριτήν. PERIZ.

3 Τὴν Ἀερόπην] Plutarchus, ut jam significavi, egisse ait *Troadas* Euripidis, & ideo excusasse Alexandrum, abiisse se, ne conspiceretur lachrymans mala Hecubæ & Andromaches, qui civium à se occisorum malis nunquam afficeretur. An ergo legendum hic τὴν Ἑκάβην, *Hecubam*, in cujus certe persona quamplurima occurrebant, quæ σφόδρα ἐμπαθῶς ab Histrione agi deberent? Sed alios forsan, ut modo dixi, secutus est Ælianus Auctores. *Aerope* fuit uxor Atrei, adulterata à Thyeste. Vide Hyginum *fab.* 86. Eam egisse potuit, quum Pelopidarum facta multam dederint materiam Tragœdiis.

Etiam

Etiam Carcinus *Aëropen* composuit, ut didici ex Plutarchi *lib. Utrum Athenienses bello, an sap.* &c. *circa finem.* IDEM.

4 Τὰ μὲν ὑποκριτοῦ &c.] Lugd. ὑποκριτῶν. At mox Sluisk. ἐλέησαν. IDEM.

ΚΕΦ. μα΄.

Περὶ Ἀπολλοδώρου μανίας διὰ τὸν οἶνον.

[1] ΟΤι Ἀπολλόδωρος πλεῖστον ἀνθρώπων πίνων οἶνον, οὐκ ἀπεκρύπτετο τὸ ἑαυτοῦ κακὸν, οὐδὲ ἐπειρᾶτο περιαμπέχειν τὴν μέθην, καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς κακά· ἀλλὰ καὶ [2] ἐκ

τοῦ

CAP. XLI.

De Apollodori ex vino insania.

APollodorus, plurimum omnium vini bibens, non occultabat suum vitium, neque celare conabatur ebrietatem, & ejus mala: sed incensus & inflammatus à vino, multo

1 Ἀπολλόδωρος] Puto loqui, de tyranno Cassandrensium, de quo, & quomodo ad Tyrannidem venerit, habes apud Polyænum *lib.* VI. SCHEFF. Noster *H. A. lib.* XV. *cap.* 15. hunc Apollodorum vocat Κασσανδρέων λῃστὴν. KUHN.

Ὅτι Ἀπολλόδωρος &c.] *Apollodorus* hic fuit Tyrannus *Cassandreæ*, Urbis ita à Cassandro, qui eam restituit, dictæ, quum antea *Potidæa* fuisset vocata. Paulo autem post, quam simulaverat magnum Democratiæ studium, tyrannidem invasit, quam & truculentissime exercuit. Vide Polyænum VI. 7. & Excerpta Diodori à Valesio edita *pag.* 265. 266. Victus est & sublatus ab Antigono Primo, occupata Cassandrea, si fides Polyæno IV. 6. 18. Meminit ejus tanquam crudelissimi Tyranni, una cum Phalaride, Polybius in Excerptis *de Virtut. & Vit. p. m.* 1368. Adde Plutarchum in *lib. de Sera Numinis Vind.* & Pausaniam in *Messen. cap.* 5. PERIZ.

2 Ἐκ τοῦ οἴνου φονικώτερος] Benè. Nam *ferè vinolentiam crudelitas sequitur. violatur enim exasperaturque sanitas mentis. Quemadmodum difficiles faciunt oculos diutini morbi, etiam ad minimam radii solis offensionem: ita ebrietates continuæ efferant animos. Nam cum sæpe apud se non sint, consuetudine insaniæ durata vitia, vino concepta etiam sine illo valent.* Seneca *ep.* 83. *Proverb.* XXXI. οἱ δυνάσται θυμώδεις εἰσὶν, οἶνον μὴ πινέτωσαν, *proceres iracundi sunt, vinum ne bibant* &c. Ideoque non mirum est, si Athenodorus vino pariter & innata crudelitate inflammatus, τύραννος ἐγένετο φονικώτατος πάντων, ὅσοι παρ᾽ Ἕλλησιν ἢ βαρβάροις ἐτυράννησαν, *omnium, quotquot unquam vel apud Græcos vel apud Barbaros tyrannidem exercuerunt, maxime cædium avidus fuit*, ut Polyænus judicat *lib.* VI. *p.* 437. Nec possum accedere sententiæ Casauboni, quâ non putat eò crudelitatis venisse Apollodorum, ut δικαστὰς suos (judices puta, qui ipsum affectatæ Tyrannidis accusatum & in pulla veste cum uxore & liberis pœnam suppliciter deprecantem misericordia ducti crimine exsolverant) cremarit. ea propter in Polyæno legit ἐκάκωσε, non ἔκαυσε: aliud enim omnino suadent hæc verba Polyæni: μάλιστα δὲ τοὺς ἀφέντας δικαστὰς ὠμῶς ἔκαυσε, τὴν σωτηρίαν ἀναφέρων εἰς τὴν ἑαυτοῦ στρατηγίαν, οὐκ εἰς τὴν ἐκείνων φιλανθρωπίαν. Quæ sane, volunt, Apollodorum ideo præ aliis crudeliter judices se absolventes crimine combussisse, quod existimaret, se non ipsorum beneficio & humanitati, sed suis artibus, humilitati scilicet, sordibus, aliisque reorum ad deliniendos judices stratagematibus salutem suam debere. KUHN.

3 Ἐγένετο φονικώτερος] *Ebrietas crudelem fecit M. Antonium. cum capita principum civitatis cœnanti referrentur, cum inter apparatissimes*

 tissimas

τοῦ οἴνου ὑπαναφλεγόμενος καὶ ὑπεξαπτόμενος, ἐγίνετο 3 φονικώτερος, πρὸς τῇ φύσει, καὶ τὸ σῶμα ἔχων 4 ἐνδόσιμον.

multo truculentior evadebat, præter naturam, etiam in corpore incitamentum *ad truculentiam* habens.

tissimas epulas luxusque regales ora ac manus proscriptorum recognosceret, cum vino gravis, sitiret tamen sanguinem. Intolerabile erat, quod ebrius faciebat, etiam si sobrius faceret: quanto intolerabilius, quod hæc in ipsa ebrietate faciebat? Seneca *epist.* 83. *Nam sicut in præcipiti stantem vel levis tactus impellit: ita vino vel infusum vel aspersum parvus quoque dolor incitat in furorem.* Macrob. *lib.* VII. *Saturn. cap* 3. KUHN.

4 Ἐνδόσιμον] *Incitandi vim habens.* Sic ἐνδιδόναι pro *incitare*, Polyænus I. 10 ὁ αὐλὸς τὸ ἐμβατήριον ἐνδίδωσι τοῖς μαχομένοις, *Tibia dat pugnantibus impetum, & animum invadendi hostes, incitat in hostes.* I. 21. δόξαν ἐνδοὺς, *opinionem injiciens.* PERIZ.

ΚΕΦ. μβ'.

Ξενοκράτους γνώμη.

1 Ξενοκράτης ὁ Πλάτωνος ἑταῖρος ἔλεγε, 2 μηδὲν διαφέρειν, ἢ τοὺς πόδας, ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς, εἰς ἀλλοτρίαν οἰκίαν τιθέναι. Ἐν ταυτῷ γὰρ ἁμαρτάνειν, τόν τε εἰς ἃ μὴ δεῖ χωρία βλέποντα, καὶ εἰς οὓς μὴ δεῖ τόπους παριόντα.

ΚΕΦ.

CAP. XLII.

Xenocratis sententia.

Xenocrates discipulus Platonis, dicere solebat, nihil interesse, pedesne, an oculos, in alienâ quis domo defigeret. Eodem enim modo peccare, tam eum, qui oculos in loca, in quæ non convenit, verteret, quam eum, qui, quo non oportet, ingrederetur.

CAP.

1 Ξενοκράτης ὁ Πλάτωνος ἑταῖρος] Vertebatur *familiaris*, sed malui *discipulus*, nam id proprie erat. Vide *supra* III. 19. & XIV. 9. Continentiam Xenocratis laudat Valer. Max. IV. 3. 3. PERIZ.

2 Μηδὲν διαφέρειν ἢ τοὺς πόδας &c. τιθέναι &c.] Verba sunt Plutarchi περὶ πολυπραγμοσύνης. Ita vero etiam Pericles monuit Sophoclem, formam pueri cujusdam impensius laudantem, Ducem debere *puras* (καθαρὰς) *non solum manus habere, sed & oculos*, ut ait Plutarchus in *Pericle pag.* 156. vel, ut Valerius Max. IV. 3. 1. *extr. Prætori non solum manus à pecuniæ lucro, sed etiam oculos à libidinoso aspectu, continentes esse debere.* Apud Romanos etiam, qui rem furtivam aliena in domo quærebat, *lancem ante oculos tenebat propter matrumfamilias aut virginum præsentiam.* Vide Festum in *Lance.* Adeo ne istic quidem, quo pedes inferre licebat, fas erat oculos circumferre. PERIZ.

ΚΕΦ. μγ΄.

Περὶ Πτολεμαίου, καὶ Βερενίκης.

1 Ὁ μὲν Πτολεμαῖος, φασιν, (ὁποστὸς δὲ, αὐτὸν ἐᾶν δεῖ) 2 καθῆστο ἐπὶ κύβοις, καὶ πεττεύων διετέλει. Εἶτά τις αὐτῷ παρεστὼς ἀνεγίνωσκε τῶν κατεγνωσμένων τὰ ὀνόματα,

CAP. XLIII.

De Ptolemæo & Berenice.

Ptolemæus, ut ajunt, (quotus autem fuerit, id in eo prætermittere par eſt) conſederat ad teſſeras, & aleam ludere perſeverabat. Tum vero adſtans ei quidam condemnatorum

1 Ὁ μὲν Πτολεμαῖος, φασι, καθῆστο &c.] Aliquot verba per Parentheſin interponunt Sluisk. Codex, & Regii A. ac C. Nempe ὁ μὲν Πτολεμαῖος, φασι, ὁποστὸς δὲ αὐτὸν ἐᾶν δεῖ, καθῆστο &c. Quæ ita videntur diſtinguenda & accipienda: Ὁ μὲν Πτολεμαῖος, φασιν, (ὁποστὸς δὲ, αὐτὸν ἐᾶν δεῖ) καθῆστο, h. e. *quotus vero*, aut *quis fuerit*, *id in illo indictum prætermittere par eſt*. Solebant enim Ptolemæi, quia commune hoc erat Ægyptiorum Regum nomen, etiam numero deſignari & deſcribi. Sic apud Pauſaniam *Atticis*, *cap.* 9. Ὁ δὲ Φιλομήτωρ καλούμενος, ὄγδοος μέν ἐστιν ἀπόγονος Πτολεμαίου τοῦ Λάγου. *Philometor cognominatus*, *octavus eſt in poſteris Ptolemæi Lagidæ.* Vide & *ſupra* IV. 15. Ὁποστὸς autem eſt *quotus*. Sic Ariſtoteles *Polit.* II. 2. ὁποστὸς τυγχάνει τὸν ἀριθμὸν ὤν, *quotus tandem numero eſt.* Ἐᾶν δὲ notat *aliquid indictum & tacitum ſinere* vel *prætermittere*. Sic *ſupra* II. 38. εἰ τὰ μὲν Μιλησίων διὰ μνήμης ἐθέμην, τὰ δὲ τῆς ἐμαυτοῦ πατρίδος ἐάσω. Syntaxeos autem ratio hæc eſt, ut Accuſativus αὐτὸν accipiatur eo ſenſu, ac ſi dictum eſſet, ὁποστὸς δὲ ἦν αὐτὸς, ἐᾶν δεῖ. Sic enim paſſim Græci & Latini, Noſter *ſupra* VIII. 13. λέγουσι Ἡράκλειτον, ὅτι πάντα τὰ ἐν τῷ βίῳ ἔκλαεν. Lucas *Actor. Ap.* XVI. 3. ᾔδεισαν γὰρ ἅπαντες τὸν πατέρα αὐτοῦ, ὅτι Ἕλλην ὑπῆρχεν, pro ᾔδεισαν, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ἕλλην ὑπῆρχεν. Terentius *Adelphis*: *Illum*, *ut vivat*, *optant.* Plautus *Neſcio me*, *qui ſim.* Vide Me *ad Sanctii Minervam pag.* 130. Denique Parentheſis iſta minime abhorret à Genio Auctoris, immo uſitata eſt illi prorſus. Sic *ſupra* V. 11. Θρακῶν Βασιλεύς, (τὸ δὲ ὄνομα λεγέτω ἄλλος) ὅτε ὁ Ξέρξης. Et *Hiſt. Anim.* IV. 7. Ἀκούω τῶν Σκυθῶν Βασιλέα (τὸ δ᾽ ὄνομα εἰδὼς ἐῶ) ἵππον ἔχειν, *Audio Regem Scytharum* (*nomen autem ejus ſciens prætermitto*) *equum habere*. Ptolemæum autem hunc, Euergeten, ſeu Tertium, fuiſſe crediderim, ut cujus tempori, regno, otio, & indoli magis conveniat Hiſtoria, quam Primi ſeu Soteris, qui uterque, Primus ac Tertius, Uxorem habuerunt *Berenicen*. Forte autem levi mutatione rectius legas ὁποστὸς δὲ ἦν αὐτὸς, ἐᾶν δεῖ. Certe ita itidem de uno ex Ptolemæis *Hiſt. Anim.* VIII. 4. (ὁποστὸς δὲ ἦν ἔτος ἐκείνους ἔρεσθε. *Quotus autem ille fuerit*, *ipſos* (*Ægyptios*) *interrogate*. PERIZ. Ptolemæum nunc Lagi filium fuiſſe ſuſpicatur Ampl. Rutgerſius *lib.* I. *Var. Lect. cap.* 6.

2 Καθῆστο ἐπὶ κύβοις] Quod eſt immane prorſus ac tyrannicum. Suetonius de Caligula *cap.* 32. *Sæpe in conſpectu prandentis vel comeſſantis ſeriæ quæſtiones per tormenta habebantur.* SCHEFF. De eodem Seneca inter alia crudelitatis exempla commemorat, quod & *equites Romanos & Senatores uno die flagellis cecidit*, *torſit*, *non quæſtionis*, *ſed animi gratia*, *lib.* III. *de Ira cap.* 18. KUHN.

3 Καὶ τὰς καταδίκας &c.] h. e. *ſententias judicum in reos*, quæ continebant crimina & eorum probationes. Dicebantur à Romanis *Elogia*. Suetonius *Calig.* 27. *Cuſtodiarum ſeriem recognoſcens*, *nullius inſpecto elogio*, *duci* omnes *imperavit*. Ubi Vide Caſaubonum. Amm. Marcell. XIV. 5. *Ideoque fertur*, *neminem aliquando ob hæc vel ſimilia pœnæ addictum* à judicibus, *oblato DE MORE Elogio*, *revocari juſſiſſe* Imp. Conſtantium, *quod* inexo-

ματα, 3 καὶ τὰς καταδίκας αὐτῶν προσεπέλεγεν, ἵνα ἐκεῖνος παρασημήνηται τοὺς ἀξίους θανάτου. Βερείκη δὲ ἡ γαμετὴ αὐτοῦ, λαβοῦσα τὸ βιβλίον παρὰ τοῦ παιδὸς, εἶτα 4 οὐκ εἴασε † διαγνωσθῆναι τὸ πᾶν

torum nomina legebat, & ipſas condemnationes eorum inſuper recitabat, ut ille, quinam mortis ſupplicium commeruiſſent, adnotaret. Berenice vero uxor ejus, rapto libello è pueri manibus, neutiquam permiſit,

† ἀναγνωσθῆναι.

inexorabiles quoque Principes factitarunt. Liquet ex eo, *Morem* fuiſſe, ut Principibus *offerrentur Elogia* eorum, qui jam *pœnæ addicti* erant à judicibus, & Principes tunc ſolitos vel *revocare* eos à pœna, vel pœnæ permittere, quod declarabant *ſubſcriptione*, de qua egimus in *Diſquiſit. de Prætorio*, & ejus *Diſſ.* II. §. 24. Totam damnationis talis rationem, huic etiam Hiſtoriæ congruentem, habemus apud Sulpicium Sev. *Hiſt. Sacræ lib.* II. *extr.* Imperator *cauſſam Præfecto Euodio permiſit. Qui Priſcillianum gemino judicio auditum, convictumque maleficii,* &c. *Nocentem Pronunciavit, redegitque ad cuſtodiam, donec ad Principem referret. Geſtis ad Palatium delatis, cenſuit Imperator, Priſcillianum ſociosque ejus Capitis damnari oportere.* Sic ergo & Rex Ægypti, *cuſtodiarum*, ſeu *Nocentium*, & jam à judicibus *damnatorum*, κατεγνωσμένων, *ſeriem recognoſcens*, dum *adſtans* ille *legebat* ſingulorum *nomina & elogia*, *adnotavit*, vel *adnotari* juſſit, quaſi *ſubſcribens* damnationi, quos *Capitis ſupplicio affici oporteret.* In crimina ipſa inquirebatur à judicibus, qui reos *pronunciabant nocentes*, pœnæ autem ipſæ, quæ in liberis Populis in crimina communiter Legibus erant ſtatutæ, decernebantur in ſingulos reos à Principibus & Regibus pro ea poteſtate, quam ſibi ſupra Leges vindicabant. Παρασημήνασθαι verti *adnotare*, quia hoc apud Latinos proprium eſt huic rei vocabulum. Vide Ampliſſ. Cuperum *Obſerv.* I. 15. *extr.* PERIZ.

4 Εἴασε διαγνωσθῆναι] Legendum διαναγνωσθῆναι, *prorſus legi.* male Geſnerus ἀναγνωσθῆναι. FABER. Nihil equidem mutaverim vel hoc nomine, quod διαγνωσθῆναι proprium judiciis verbum ſit, Latinoque *cognoſci* reſpondeat. Διαγινώσκειν eſt *cognoſcere*, *cauſam audire*, *examinare*, *retractare*. Seneca *lib.* I. *de Clem. cogniturus de filio T. Arrius, advocavit in conſilium Cæſarem Auguſtum* &c. *Cæſaris futura erat cognitio, non Patris. Gloſſæ* Philox. *cognitio*, διάγνωσις. (quamvis Thomas ὁ Μάγιστρος notet in *Eclogis Atticis* διαγνώμη dicendum eſſe, non διάγνωσις) *cognituri*, διαγνωσόμενοι, *cognitor*, ἔκδικος, γνώστης, quæ omnia ad jurisdictionem pertinent. conf. Budæum *Comment. L. G. p. m.* 51. KUHN.

Οὐκ εἴασε διαγνωσθῆναι &c.] Locus hic haud dubie multis modis corruptus eſt in Vulgatis Edd. Primum enim cenſui jam olim legendum διαναγνωσθῆναι, quod & Fabrum velle poſtea vidi, quum Geſneri illud ἀναγνωσθῆναι non expleret ſenſum, qui requiritur. Miror Kuhnium, qui *nihil* vult *mutari*, quia διαγινώσκειν *proprium ſit judiciis verbum, & Latino* Cognoſcere *reſpondeat.* Veriſſime hoc poſterius. Nam certe διαγινώσκειν notat *cognoſcere*, *judicare*, *decernere* quid, etiam in rebus ſuis. Sed hoc ipſum argumento eſt, legi hic debere διαναγνωσθῆναι quum ſequatur τὸ πᾶν, ſcil. βιβλίον, quum ſi Auctor ſcripſiſſet διαγνωσθῆναι, additurus fuiſſet haud dubie πάντας, ſcil. κατεγνωσμένους. Deinde vero exputare nequeo, utrum conſulto an culpa librarii editum ſit in Kuhnianæ ſimul Contextu & Notis, οὐκ ἔστι, quum omnes aliæ ex MStis legant οὐκ εἴα, & ipſe in Notis nullam omnino faciat mutationis iſtius mentionem. Conſulto tamen factum videtur, quia in vulgato, οὐκ εἴα φήσασα, nullus ineſt ſenſus, qui in illo, οὐκ ἔστι, φήσασα &c. reperitur utcunque licet parum commodus. Sed & Alii vulgatam lectionem variis modis tentarunt. Geſnerus pro οὐκ εἴα legi voluit ἔοικε: at Rutgerſius *Var. Lect.* I. 6. οὐκ ἔδει, per Interrogationem, *annon oportebat* &c. Sed minime hæc ſollicitanda. In errorem induxit

πᾶν † [5] οὐκ ἔτι· Φήσασα, πάνυ σφόδρα προσέχοντα τὴν διάνοιαν, ὑπὲρ ἀνθρώπου ψυχῆς διαλογίζεσθαι, καὶ μὴ [6] πρὸς παιδιὰν γινόμενον. Οὐ γὰρ ὁμοίαν εἶναι [7] πτῶσιν τὴν τῶν κύβων, καὶ τὴν τῶν σωμάτων. Πρὸς ταῦτα ὁ Πτολεμαῖος ἥσθη, καὶ οὐδέποτε κυβεύων μετὰ ταῦτα ὑπὲρ τῆς ἀνθρώπου κρίσεως ἤκουσεν.

KEΦ.

ſit, ut ad finem uſque totus legeretur: jubens, ipſum prorſus diligenter advertentem animum, de hominis vita decernere, non vero luſui intentum. Non enim ſimilem eſſe caſum teſſerarum, & corporum. Delectatus iis eſt Ptolemæus, neque poſtea unquam inter ludendum audiendæ hominis damnationi ſe dedit.

CAP.

† Εοικε (φήσασα) πάνυ σφόδρα προσέχοντα.

xit doctiſſimos Editores perverſa diſtinctio, & Linguæ hac in parte ignorantia. Legendum enim ex MStis, Sluisk. Regio A. & Mediceis 1. & 2. τὸ πᾶν οὐκ ἔτι· φήσασα πάνυ σφόδρα προσέχοντα (ſic quoque pariter illi Codices, & recte omnino: adde ſequi utique etiam γινόμενον, non γινομένα) τὴν διάνοιαν &c. Jungunt iſti Codd. οὐκ ἔτι ſuperioribus, optimo ſenſu, ſed parum ab Editoribus intellecto. Nempe οὐκ εἴασε οὐκ ἔτι, eſt, *prorſus non permiſit*. Conſtat negationem apud Græcos intendi iteratione, ſed vel maxime hanc vim habet vocula ἔτι. Sic *ſupra* VI. 6. γαμεῖν δὲ ἀπροίκους ἔτι, h. e. *indotatas prorſus*, ubi vide omnino, quæ annotavi exempla, & in negando quidem diſertiſſima. Deinde vero φήσασα διαλογίζεσθαι προσέχοντα τὴν διάνοιαν ſignificat, *monens*, *jubens* ita facere. Verba enim *dicendi* cum Infinito conſtructa, occurrunt ſæpe iſtum in ſenſum adhibita. Ariſtophanes *Pluto* I. 1. 46. οὐ ξυνίης τὴν ἐπίνοιαν τοῦ Θεοῦ, φράζουσάν σοι σαφέστατα, ἀσκεῖν τὸν υἱὸν τὸν ἐπιχώριον τρόπον, *non intelligis mentem Dei*, *quæ jubet te clariſſime exercere & imbuere filium moribus patriæ*. Lucas *Act. Apoſt.* XXII. 24. εἴπων μάστιξιν ἀνετάζεσθαι αὐτὸν, *mandans ut flagellis examinaretur*. Sic λέγειν, ἀπαγγέλλεσθαι, iſto ſenſu cum Infinito uſurpata, Vide *ſupra ad caput* 38. Similiter ἀκούειν, *audire*, eadem Syntaxi, & ſenſu, *ſupra cap.* 15. de Pictore, ἀκούσας παρά τινος, γράψαι ἵππον, *quum à quodam accepiſſet mandatum pingendi equum*: quam locutionem itidem ſollicitabant Faber & Schefferus, ſed infeliciter. Ita vero plana jam ſunt omnia & liquida, atque ideo, & quia MStorum ea eſt lectio, unde Editiones adornari debent, admiſi eam in locum vulgatæ, quæ nullum habebat ſenſum. PERIZ.

5 Οὐκ ἔτι φήσασα] Geſner. Εοικε (φήσασα) πάνυ σφόδρα προσέχοντα. Melius, mea opinione Rutgerſius *lib.* I. *var. Lect. cap.* 7. οὐκ ἔδει (φήσασα) πάνυ σφόδρα προσέχοντα τὴν διάνοιαν ὑπὲρ ἀνθρώπου ψυχῆς διαλογίζεσθαι. Hoc eſt, *Annon oportebat te relictis ludicris vel maxime animum advertere*, *ſi quando de ſalute hominum acturus eſſes*? SCHEFF.

6 Πρὸς παιδιὰν γινόμενον] MSS. B. & C. πρὸς παιδιᾷ. IDEM.

Πρὸς παιδιὰν γινόμενον] B. & in margine C. Pariſ. teſte Scheffero & Boivinio πρὸς παιδιᾷ. Atque ita & Lugd. πρὸς παιδιᾷ γιγνόμενον. Sed tamen vulgatum, quod & Sluisk. facit, præfero. Nam ita & *ſupra* X. 21. οἱ μὲν πρὸς τὴν ἱερουργίαν ἦσαν. II. 6. τῇ συνουσίᾳ τῇ πρὸς Κρίτωνα. PERIZ.

7 Πτῶσιν κύβων] Huc facit locus in *Apocolocynthoſi* Senecæ, ubi immanem Claudii Imperatoris perſtringit crudelitatem, quâ tam facile homines occidebat, quam jactus in talorum ludo infeliciter cecidiſſet. *Hic*, *P. C.* inquit, *qui nobis non poſſe videtur muſcam excitare*, *tam facile homines occidit*, *quam canis excidit*. vid. Janum Rutgerſium *lib.* IV. *Variar. Lection. cap.* 17. KUHN.

ΚΕΦ. μδ΄.

Λακωνικὸς νόμος περὶ φιλαργυρίας.

Λακωνικὸν μειράκιον [1] ἐπρίατο χωρίον ὑπερευώνον, εἶτα ἐπὶ τὰς ἀρχὰς ἤχθη, καὶ ἐζημιώθη. Τὸ δὲ αἴτιον τῆς καταδίκης ἐκεῖνο ἦν, ἐπεὶ νέος ὢν [2] τοῦ κερδαίνειν ὀξύτατα ἤρα. Ἦν δὲ Λακεδαιμονίων ἓν τοῖς μάλιστα ἀνδρικὸν καὶ τοῦτο, μὴ πρὸς μόνους πολεμίους [3] παρατετάχθαι, [4] ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀργύριον.

CAP. XLIV.

Laconica lex de avaritia.

Lacedæmonius quidam adoleſcens viliſſimo pretio fundum emerat, ita deinde ad magiſtratus eſt ductus & mulctatus. Ratio vero damnationis hæc erat, quod quum juvenis eſſet, acerrimo lucri ſtudio teneretur. Fuit autem Lacedæmoniorum etiam illud vel maxime virile, ut non ſolum adverſus hoſtem in acie ſtarent, verum etiam contra argentum.

1 Ἐπρίατο χωρίον] *Fundum emit.* imo χοιρίον *porcellum.* FABER. Quid puer faceret cum porcello? Mallem ſervare lectionem receptam, & explicare de *avicula.* Hæ namque pueris in deliciis. Heſychius χωρίον, ὄρνις ποιός. SCHEFF. Non agnoſco laudatam Lacedæmoniorum gravitatem in eo, quod puerum *porcellum* vel *aviculam* minoris ementem in judicium vocarint mulctarintque. Nec μειράκιον, *puerum* ſignificat, ſed *adoleſcentem*, νέον, ut ipſe Auctor poſtea explicat, *juvenem*, qui jam ſui juris erat, agrumque vel prædium emerat pretio viliſſimo, & propterea à Magiſtratu avaritiæ notatus damnatuſque eſt. Cæterum aut omnia me fallunt, aut Heſychii χωρίον eſt avicula illa, quæ vulgo dicitur χλωρίον, Noſter *lib.* IV. *H. A. cap.* 47. χλωρὶς &c. ὁ μὲν θῆλυς ὄρνις οὕτω καλεῖται, ὁ δὲ ἄῤῥην, χλωρίωνα καλοῦσιν αὐτὸν &c. *lutea, ita fœmella dicitur, marem vero vireonem dicunt.* vid. Plinium *lib.* I. *cap.* 2. apud Phavorinum certè legitur χωρίων per ω in fine. nec omiſſio aut vocis collocatio loco non ſuo in Heſychio infrequens, ut φωριαμὸς & χωριαμὸς, στιλγὶς & στλεγγὶς, σκόλωψ & σκώλοψ, φιλιάζετο pro φὶ λιάζετο, de quo *Notis in Anton. Liberal.* prolixius egi. quidni ita ſit cum χωρίων & χλωρίων? vide Petrum Ærod. *lib.* II. *R. I. Tit.* 26. *cap.* 2. ubi hanc hiſtoriam δικανικώτερον examinat. KUHN.

Ἐπρίατο χωρίον] Faber, ſed ex conjectura, χοιρίον, *porcellum*, vult emiſſe. Schefferus ea re excitatus, χωρίον interpretatur *aviculam*, quia aviculæ *pueris* ſunt in deliciis. Sed recte & jure Kuhnius tuetur receptam lectionem & interpretationem, in qua nihil eſt juſtæ hæſitationis. Neque de *Puero* agitur, ſed de *Adoleſcente.* PERIZ.

2 Τοῦ κερδαίνειν ὀξύτατα ἤρα] Recte ita, ſed Lugd. & Regii Par. B. & C. non minus eleganter τὸ κερδ. ὀξ. ἑώρα, *lucrum acutiſſime ſpectabat, lucro vehementiſſime intentus erat.* Sic Lucianus *Timone p.* 95. ἀνδρὶ ἀγαθῷ, καὶ τὸν φιλοσοφίας πλοῦτον ὁρᾷν δυναμένῳ, *Viro forti, & qui philoſophiæ opes deſiderare valeat.* Et Epictetus *cap.* 58. μέμνησο, οὐ μόνον τὴν πρὸς τὸ σῶμα ἀξίαν ὁρᾷν, ἀλλὰ καὶ τὴν πρὸς τὸν ἑστιάτορα, *memento, ſpectare, ſeu conſiderare, pretium rei non tantum quod ad corpus, ſed & reſpectu convivatoris.* Max. Tyr. *Diſſ.* III. *extr.* ἀλλὰ κἂν τούτοις τὴν σωφροσύνην ὁρᾷ, *ſed in his etiam propoſitam ſibi habet temperantiam.* Additur etiam πρὸς in ea ſignificatione. Cleanthes Stoicus apud Clementem Alex. *lib.* V. *p.* 554.

Μὴ

Μὴ πρὸς δόξαν ὅρα, ἐθέλων σοφὸς αἶψα γενέσθαι.

Ne specta, ne quære gloriam, studens repente sapiens esse. Et εἰς apud Nostrum I. 28. Sluisk. hic legit τὸ ἐκ ἐρδαίνειν ὀξ. ἦρα, quæ vitii sunt manifesta, orti forsan ex eo, quod variam lectionem, τὸ, & τῶ, voluit exhibere utramque. Idem.

3 Παρατετάχθαι] Contra avaritiam, non quidem Laconicam, sed aciem Christianam dabit Prudentius in *Psychomachia*. Kuhn.

4 Ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀργύριον] Sluisk. ἀ. κ. π. ἀργὺς. Sed quod ab hoc loco & capite est alienum. Periz.

ΚΕΦ. με΄.

Περί τινων γυναικῶν ἐπαίνου ἀξίων.]

Γυναῖκας τῶν Ἑλλήνων ἐπαινοῦμεν, [1] Πηνελόπην, Ἄλκηστιν, καὶ [2] τὴν Πρωτεσιλάου· Ῥωμαίων, [3] Κορνηλίαν,

CAP. XLV.

De quibusdam laude dignis mulieribus.

Mulieres laudamus, ex Græcis, Penelopen, Alcestin, & Protesilai *uxorem:* ex Romanis vero, Cor-

1 Πηνελόπην, Ἄλκηστιν, καὶ τὴν Πρωτεσιλάου] Celeberrima est *Penelope* propter pudicitiam inter tot procos, absente marito, sancte servatam, ex Homero, quem Alii, ut solent, Poetæ sequuntur. At Lycophron *Meretricem* appellat, & Duris Samius cum *omnibus* procis concubuisse tradidit, atque inde ortum & dictum *Pana.* Vide Lycophr. *Cassandra v.* 772. & ibi Schol. *Alcestis* Admeti fuit Uxor, pro quo voluntaria morte obiit, atque ideo ab Hercule ad vitam est reducta, vel remissa à Proserpina. Vide Apollodorum I. 9. 15. & Hyginum *fab.* 51. & 243. ut & 251. ubi ab inferis rediisse dicuntur *Alcestis* hæc, & *Protesilaus propter Laodamiam Acasti F.* Nempe Laodamia fuit hæc *Protesilai Uxor*, quæ rogavit Deos inferos, ut ad se vel semel remitteretur Protesilaus. Hinc Plutarchus in Ἐρωτικῷ ait, *soli Deorum Amori obsequi Plutonem*, & ideo *remisisse Alcestin*, *Protesilaum*, & *Eurydicen Orphei.* Protesilao autem mox iterum decedente, desiderium ejus non sustinens, periisse etiam dicitur Laodamia. Vide Hyginum *fab.* 103. & 104. *Alcestin* una cum *Euadne* celebrat Noster etiam in *Hist. Anim.* I. 15. Periz.

2 Τὴν Πρωτεσιλάου] *Laodamiam* scilicet, quæ marito ad bellum Trojanum profecto & in exscensione è navibus ante omnes cæso ab hostibus supervivere noluit. Philostratus in *Heroic.* ait eam apud inferos, εὐδοκιμώτατα γυναικῶν πράττειν, ἀριθμουμένην, ἐν αἷς Ἄλκηστίς τε ἡ Ἀδμήτου καὶ Εὐάδνη ἡ Καπανέως καὶ αἱ ταύταις ἴσαι σώφρονές τε καὶ χρησταί, *mulierum gloriosissimam vivere, dum eo loco est, quo Alcestis Admeti, & Euadne Capanei, earumque similes modestæ & bonæ.* Servius *Æneid.* VI. refert, quod, cum maritum in bello Trojano primo periisse cognovisset, optaverit, ejus umbram videre: qua re concessa non deferens eum in amplexu ejus periit. Kuhn.

3 Κορνηλίαν, καὶ Πορκίαν] Satis notæ & hæ sunt ex Historiis Romanorum. Prior fuit *Cornelia*, Scipionis Africani majoris Filia, Mater Gracchorum, laudata multum à Valerio Max. IV. 4. 1. & Seneca *ad Helviam cap.* 16. etiam Eloquentiæ nomine à Cicerone in *Bruto cap.* 58. *Porcia* Catonis fuit Uticensis filia, Uxor M. Bruti, quæ, audita mariti clade & nece, sibi quoque mortem conscivit. Vide de Ea Plutarchum in *Bruto*, & Valer. Max. III. 2. 15. & IV. 6. 5. Periz.

4 Κεστιλία] Puto Ουεστιλίαν legendum esse. *Cestilia* enim ignota, *Vestilia* vero uxor clarissimorum apud Romanos civium. Vide Plinium *lib.* VII. *cap.* 5. Sed nostrum video nunc placuisse etiam Reinesio *ep.* 35. *ad Rup.* Scheff. Lego Σεξτιλίαν. Faber vid. Hie-

λίαν, καὶ Πορκίαν, ⁴ καὶ Κεστιλίαν. Ἐδυνάμην δὲ εἰπεῖν καὶ ἄλλας, ἀλλ' οὐ βούλομαι τῶν μὲν Ἑλλήνων εἰπεῖν ὀλίγας, ἐπικλύσαι δὲ

Corneliam, & Porciam, & Cestiliam. Possem quidem & alias referre: sed nolo Græcorum paucas dicere, & Romanorum nominibus

Hieron. *lib.* I. *contra Jovinian.* Κεστιλίαν habet Editio Romana, a quâ id accepere omnes insecutæ editiones, nec dubium est quin mendosa sit vox illa. Ego quidem conjecerim scripsisse Nostrum olim Καικιλίαν, ut designaret Tanaquilem Tarquinii Prisci conjugem, quæ longe celebrior fuit apud Romanos, quam ulla vel *Vestilia* vel *Sextilia*. Eadem vero & *Caja Cæcilia* vocata est, ejusque laxam cum colo & fuso in templo Sangi durasse, prodente se, auctor est M. Varro &c. Plinius *lib.* VIII. *cap.* 48. KUHN.

Καὶ Κεστιλίαν] Illa vero ignota est plane, & ideo forsan, vel quia mendose scriptum reperiebat ejus nomen, prorsus eam omisit Lugd. Codex, & Regius B. Sed & Eruditi omnes variis modis Nomen hoc emendare student. Reinesius ad Rupertum *Epist.* 35. *p.* 237. & Schefferus legunt Οὐεστιλίαν ex Plinio *Nat. Hist.* VII. 5. At istic nulla *Vestiliæ* istius laus, sed quod varios partus, modo septimo, modo octavo, aut undecimo mense ediderit. Hanc ob rem ineptum est eam inter Tres omnium Romanarum mulierum laudatissimas velle referri. Faber Σεξτιλίαν, sed ex conjectura nullis rationibus fulta. Vossius *ad Vellejum Pat.* II. 88. & ex illo, legit Σερβιλίαν; Sed ipse dubitat de hac *Servilia*, à nemine, præterquam à Vellejo commemorata, atque ideo erroris a Vellejo commissi suspecta, (Vide & Rupertum *ad Reines. Ep.* 34. *p.* 196.) certe minime celebri. Certioris Historiæ foret *Sexitia*, quam laudat Tacitus *Ann.* VI. 29. ut quæ Maritum, Mamercum Scaurum, sub Tiberio *hortata* fuerit, *ut damnationem* voluntaria nece *anteiret*, atque ipsa *mortis* ejus *particeps* exstiterit Kuhnius tandem in *Addendis* legi vult, assentiente Cl. Boivinio, Καικιλίαν, & intelligit Tanaquilem, Tarquinii Prisci Uxorem, quæ & *C. Cæcilia* fuit dicta. Ea vero celebrata est *Tanaquilis* nomine in Historiis, ut magni animi & spiritus mulier, unde nomen ejus pro imperiosa in maritum matrona ab Ausonio in *Epistolis* usurpatum, in hisce, *Tanaquil tua nesciat illud.* Porro nomen ejus, *C. Cæcilia*, non occurrit in Historiis, sed ex reconditis & incertissimis traditionibus haustum est, Nempe in nubendo sponsa dicebat. *Ubi tu Gajus, ego Gaja:* id vero dici ajunt, quia Tarquinii Prisci Uxor, vel, ut alii, Nurus, dicta *Gaja Cæcilia*, proba fuerit lanifica, Vide Festum in *Gaja*, Plinium *Nat. Hist.* VIII. 48. & Plutarchum in *Quæstion. Rom.* 30. Neutiquam ergo celebre adeo est illud ejus nomen, neque laudata valde ipsa hæc femina, in Historiis. Quid plura? Vix dubitem scripsisse Auctorem, mutatis tantum duabus literis, Κλοιλίαν, *Clœliam*, quæ ex Historiis est notissima, & laudatissima, statua Equestri, quod, quum obses esset data Porsennæ, equo conscenso Tybrim trajecerit, & ita *viris lumen virtutis prætulerit*, ut ait Valer. Max. III. 2. 2. ab ipso populo honorata, atque ideo inter feminas Romanorum maxime celebres, & fortitudinis ac virtutis nomine laudatas, minime prætereunda. Laudant eam omnes, Livius, Florus, Valerius Max. Seneca *Consol. ad Marciam cap.* 16. Dionysius Halic. Plutarchus in *Publicola*, & Alii. PERIZ.

5 Ὡς ἂν μή με τις δοκοίη] Ælianus meo quidem judicio scripserat ὡς ἂν μή τινι δοκοίλω, &c. Sic enim multo, multo inquam elegantius foret. FABER. Nihil elegantiæ vulgatæ lectioni deesse videtur. Plato enim & Demosthenes Græcorum sine controversia elegantissimi ita loquuntur. exempla dabit Budæus *in Comment. L. G. p. m.* 456. 57. KUHN.

Μή μέ τις δοκοίη &c.] Faber putat scripsisse Auctorem, μή τινι δοκοίλω, idque elegantius multo affirmat. Reluctatur Kuhnius, & in Notis nos ablegat ad Budæi *Comment. L. G.* nec male; sed in *Indice* miror eum rejecisse itidem Fabri conjecturam, sed hac ratione, quia & Noster *Hist. Anim.* VI. 51. ὡς ἂν μὴ δοκοίλω ἀμαθῶς ἔχειν αὐτοῦ, *ne ejus videar ignarus*. Atqui hæc ipsa utique est locutio, quam Faber

δὲ τοῖς τῶν Ῥωμαίων ὀνόμασιν, ὡς ἂν μή μέ τις δοκοίη χαρίζεσθαι ἐμαυτῷ διὰ τὴν πατρίδα.

bus abundare, ne quis arbitretur me mihimet ipſi propter patriam id gratificari.

Faber præfert. Et ſane ita ſolet Noſter *ſupra* IX. 32. ὡς ἂν μὴ δοκοίην δι' αἰτίας ἔχειν πάντας. I. 25. ὡς δὲ μὴ δοκοίη πάντῃ ὑπερφρονεῖν τοῦ Ἀλεξάνδρου. Quapropter & Ego pene putem ſcripſiſſe Noſtrum, ſed paulo aliter, quam volebat Faber, ὡς ἂν μή τι δοκοίην χαρ. &c. με videtur ortum ex repetita vocula μή. Ceteroqui non negaverim δοκῶ etiam Active ſumi pro, *puto*, *exiſtimo*. Theocritus *Idyll.* XV. 93. Δωρίσδεν δ' ἔξεστι (δοκῶ) τοῖς Δωριέεσσι, h. e. *Doribus (puto) licet Dorice loqui.* Dionyſ. Halic. *lib.* VII. *p.* 418. *extr.* οὐκ ἄκαιρον εἶναι δοκῶ, *non intempeſtivum fore arbitror.* Anton. Lib. *fab.* 5. μίγνυται τῇ μητρὶ, Τιμάνδραν εἶναι δοκῶν, *rem habet cum matre, putans eam eſſe Timandram.* Matthæus *Euang.* III. 9. μὴ δόξητε λέγειν, *ne in animum inducatis dicere.* Sed hujuſmodi in locis ſæpe additur Pronomen reciprocum, μοι, σοι, οἱ vel ἑαυτῷ. Lucianus *de M. Peregr.* ταῦτα ἐάσειν μοι δοκῶ, *illa omiſſurum me puto, illa omiſſurus mihi videor, omittere decrevi.* Periz.

ΚΕΦ. μϛʹ.

Περὶ Μαγνήτων παρατάξεως κατὰ τῶν Ἐφεσίων.

CAP. XLVI.

De Magnetum acie contra Epheſios.

[1] Οἱ Μαιάνδρῳ παροικοῦντες [2] Μάγνητες, Ἐφεσίοις πολεμοῦντες, ἕκαστος τῶν ἱππέων ἦγεν αὐτῷ συστρατιώτην, θηρατὴν κύνα, καὶ ἀκοντιστὴν οἰκέτην. Ἡνίκα δὲ ἔδει συμμίξαι,

Magnetes, accolæ Mæandri, quum bellum contra Epheſios gererent, ſinguli equites commilitonem ſecum duxerunt, canem venaticum, & ſervum jaculatorem. Quum vero

1 Οἱ Μαιάνδρῳ &c.] Duæ fuerunt in Aſia *Magneſiæ*, altera ad Fl. *Mæandrum*, altera ſub Sipylo monte. Bellum hoc *contra Epheſios* feliciter fuit geſtum, & ſimul antiquiſſimo tempore, quippe jam ante Archilochum, qui vixit tempore Gygis Lydorum Regis, vel Romæ conditæ. Vide *ſupra* X. 13. De Urbe hac, & *Bello contra Epheſios* Vide Strabonem *lib.* XIV. *p.* 647. ex quo etiam patet, Urbem paulo poſt fuiſſe everſam à Cimmeriis illis, qui *Treres* dicebantur. Sed poſtea reſtituta fuit. De *canibus venaticis* ad bellum adhibitis Vide hic Schefferum & Kuhnium. Syntaxin, οἱ Μάγνητες ἕκαστος ἦγεν, explicui III. I. II. & X. 16. I. Periz.

2 Μάγνητες] Meminit Pollux *lib.* V. *cap.* 5. Fuit hæc & Colophoniorum conſuetudo & Caſtabalenſium. Plinius *lib.* VIII. *cap.* 40. *Propter bella Colophonii, item Caſtabalenſes cohortes canum habuere. Et prima dimicabant in acie nunquam detrectantes, hæc erant fidiſſima auxilia, nec ſtipendiorum indigna.* Vide Polyænum *lib.* V. & *lib.* VII. ubi ſimile quid de Alyatte refert. Adde *Noſtrum lib.* VII. *Hiſt. An. cap.* 38. ubi & Hyrcanis ait fuiſſe in uſu. Vegetium quoque *lib.* IV. *cap.* 26. Æneam *Poliorc. cap.* 22. & 31. Scheff. Ptolemæus canem aluit Moloſſicum, Briareum dictum, qui ipſi ſemper in præliis aderat cuſtos pugnæque ſocius: ventre mortui reſciſſo, cor ejus pilis obſitum deprehenderunt. Photius *p. m.* 245. 46. *Pollux lib.* V. *cap.* 6. ait Μάγνητας μὲν τοὺς ἐπὶ Μαιάνδρῳ τρέφειν κύνας, πολέμων ὑπασπιστάς. τοῦτο δὲ ἦσαν καὶ Παιω-

μίξαι, ἐνταῦθα οἱ μὲν κύνες προπηδῶντες ἐτάραττον [3] τὴν παρεμβολὴν, φοβεροί τε, καὶ ἄγριοι, καὶ ἐντυχεῖν ἀμείλικτοι ὄντες· οἱ δὲ οἰκέται προπηδῶντες τῶν δεσποτῶν, ἠκόντιζον. Ἦν δὲ ἄρα, ἐπὶ τῇ φθανούσῃ διὰ τοὺς κύνας ἀταξίᾳ, καὶ τὰ παρὰ τῶν οἰκετῶν δρώμενα [4] ἐνεργῆ. Εἶτα ἐκ τρίτου ἐπῄεσαν αὐτοί.

vero jam concurrendum esset, tum prosilientes canes aciem *hostium* turbabant, quum terribiles essent, & truces, & in occursu minime mites. Servi vero ante dominos prosilientes, jaculabantur. Erant autem, postquam turbata jam erat acies *hostium* per canes, etiam illa, quæ à servis fiebant, utilia ad victoriam conficiendam. Ita tertio demum loco ipsi hostem invadebant.

σιν οἱ σύνθηροι κύνες. *Magnetas ad Mæandrum colentes canes alere, qui in bellis satellitum & armigerorum vices impleant* &c. Strabo *lib.* IV. *p.* 138. Κελτοὶ καὶ πρὸς τοὺς πολέμους χρῶνται καὶ τοῖς ἐπιχωρίοις, *Celtæ & illis* (canibus Britannicis) *utuntur in bello & suis domesticis.* Bello natus erat ille etiam Canis, quem Hades, Rex Molossorum, habuit, Tricerberumque dixit. Erat Regi filia omnium pulcherrima, quam amore impulsus Pirithous noctu rapere, puellâ non invitâ, constituerat. Parens vero, re sibi detecta, canem suum, omnibus ursis lupisque sæviorem præ foribus alligavit, qui miserum illum amatorem, cum ad constitutum tempus consilium exsequi vellet, rabidis morsibus laceravit, & confecit. Eandem canis ferocitatem virgo, opem suo latura Pirithoo, experta est. Hinc Proserpinæ raptus, hinc Orci Cerberus & alia, quæ in Poëtis utramque paginam faciunt, in libros dimanarunt. Suidas in *voce* κόρη. vide sis Solinum *Polyhist. cap.* 25. Val. Flaccum. III. *Argonaut.* KUHN.

3 Τὴν παρεμβολὴν] Παρεμβολὴ ἡ τῶν ὁμοίων παρένθεσις, οἷον ὁπλιτῶν παρ' ὁπλίτας· παρένταξις δὲ ἡ τῶν ἀνομοίων, οἷον ὁπλιτῶν παρὰ ψιλούς. GESN.

Τὴν παρεμβολὴν] Significat hic *Aciem*, alibi etiam *Castra.* Sic in ipsis *Act. Apost.* XXI. 34. ἐκέλευσεν ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς τὴν παρεμβολὴν, *jussit eum duci in castra*, in quibus agebat præsidium Urbis. Sed res est notissima. PERIZ.

4 Ἐνεργῆ] Leg. ἐναργῆ. & ita in Codice Vulteji esse debuit; vertit enim *non obscurum.* FABER. Malim ἐνεργῆ, ut notetur, multa cum hostium strage invectos esse servos. KUHN.

ΚΕΦ. μζ'.

CAP. XLVII.

Περὶ Ζεύξιδος Ἑλένης εἰκόνος, καὶ Νικοστράτου ζωγράφου.

De Zeuxidis imagine Helenæ, & Nicostrato pictore.

[1] Ὅτι Ζεῦξις ὁ Ἡρακλεώτης ἔγραψε τὴν Ἑλένην· [2] Νικόστρατος

Zeuxis Heracleota Helenam pinxit: Nicostratus itaque pictor obstu-

1 Ζεῦξις] A Crotoniatis magno pretio conductus pinxit Helenæ simulachrum, quia eum in muliebri corpore pinguendo plurimum aliis præstare creditum. vide Ciceron. *lib.* II. *Rhetor. statim ab initio.* KUHN.

Ζεῦξις ὁ Ἡρακλεώτης] MSti Mei pariter, ut &

τῷ οὖν ὁ ζωγράφος ἐξεπλήττετο τὴν εἰκόνα, καὶ τεθηπὼς τὸ γράμμα δῆλος ἦν. Ἤρετο οὖν τις αὐτὸν προσελθὼν, τί δὴ παθὼν [3] οὕτω θαυμάζει τὴν τέχνην; ὁ δὲ, οὐκ ἄν με ἠρώτησας, εἶπεν, εἰ [4] τοὺς ἐμοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκέκτησο. [5] Ἐγὼ δ' ἂν φαίην τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν λόγων, ἀλλ' [6] εἴ τις ἔχοι πεπαιδευμένα ὦτα, ὥσπερουν οἱ χειρουργοὶ τεχνικὰ ὄμματα.

obſtupeſcebat ad illam imaginem, & manifeſtum erat eum picturam vehementer admirari. Accedens itaque quidam rogabat eum, Quid ipſi eveniſſet, ut adeo artem admiraretur? At ille: Non, inquit, id me rogares, ſi meos haberes oculos. Ego vero illud etiam de orationibus dixerim, *admirari ſcilicet eas*, ſed *tantum* ſi quis eruditas habeat aures, ſicut opifices *habent* oculos artis peritos.

& Regii B. C. ac Med. uterque, ὁ Ζεῦξις, quod ideo admiſi. De ejus *Helena* Vide *ſupra* IV. 12. PERIZ.

2 Νικόστρατος] Legendum puto Νικόμαχος, qui celebris plane pictor fuit, & quem Zeuxidi jungit etiam Plutarchus in *lib. de Virtutibus Mul. in initio.* Vide & Junii *Pictores*, qui multam facit *Nicomachi* mentionem, at *Nicoſtrati* nullam, niſi ex hoc Æliani loco. Regius B. legit Νικόστρατος. IDEM.

3 Οὕτω θαυμάζει] Mallem, θαυμάζεις? ſic enim ſequentia melius convenirent. SCHEFF. Malim θαυμάζῃ, *admiretur*, quod MS. C. confirmat, notante Scheffero. KUHN.

Τί δὴ παθὼν οὕτω θαυμάζει] Schefferus mallet θαυμάζεις, ſed male. Kuhnius θαυμάζῃ, id quod confirmatur à Sluisk. & Regio C. ac Med. 2. At Lugd. & Reg. B. legunt θαυμάζοι, quod videtur omnium optimum, quum & mox ſequatur ἔχοι. Alterutrum certe verum eſt, & recipiendum. PERIZ.

4 Τοὺς ἐμοὺς ὀφθαλμοὺς] Scilicet γεγυμνασμένους ἐν γραφικῇ καὶ τεχνικοὺς, *in arte pingendi exercitatos & artificioſos.* Ut enim Græci proverbio dicunt, διπλοῦν ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα (τέχνην,) *duplo plus vident, qui literas* (artem) *didicerunt.* Ideoque uſu venire ſolet in poematibus, in picturis, ut delectentur imperiti, laudentque ea, quæ laudanda non ſunt, ob eam, credo, cauſam, quod inſit in his aliquid probi, quod capiat ignaros &c. Cicero *lib.* III. *Offic.* Huc facit. quod de Cano Tibicine Plutarchus tradit, eum ſcilicet dicere ſolitum, *neſcire homines, quod ſe ipſum magis tibiâ delectet, quam cæteros; ſi ſcirent, non mercedem daturos eſſe auditionis, ſed petituros à canente.* Habebat enim Tibicen acrius limatiusque aurium judicium, quam alii artis ignari, adeoque dulcedo cantus intimius ejus animum demulſit. Ita in omnibus aliis ſe res habet. Apoſtolus *ad Hebr. cap.* V. πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα, *ad diſcrimen tum boni tum mali ſenſuum inſtrumenta uſu ſubacta, requirit.* Medici ad differentias pulſuum rite cognoſcendas τὸν γεγυμνασμένον τόντε λογισμὸν καὶ ἀφὴν, *exercitatam rationem ſimilemque tactum* advocant. Paulus Ægineta *lib.* II. confer Galenum *lib.* I. *methodi curandi.* In oratione quid ſit compoſitione jucundum, numeris abſolutum, verborum genere illuminatum πεπαιδευμένα ὦτα, *eruditæ aures* judicant. vide Ciceronem *de Oratore p.* 377. & *ſeq.* His adde quæ Stobæus ex Plutarchi *Amatorio* nobis conſervavit *Serm.* CLXXXIV. (Ingens enim in eo ſcripto lacuna facilè apparet) καὶ γὰρ ὄψις ὄψεως, καὶ ἀκοῆς ἀκοὴ φύσει τε μᾶλλον διήρθρωται, καὶ τέχνῃ συγγεγύμνασται πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ διάγνωσιν. ἐν μὲν ἁρμονίαις καὶ μέλεσιν αἱ τῶν Μουσικῶν· ἐν δὲ μορφαῖς καὶ ἰδέαις αἱ τῶν ζώων (l. ζωγράφων cum Geſnero) φρένες. ὥσπερ εἰπεῖν ποτε Νικόμαχον λέγουσι πρὸς ἄνθρωπον ἰδιώτην φήσαντα, μὴ καλὴν αὐτῷ φανῆναι τὴν Ζεύξιδος Ἑλένην. λάβε τοὺς ἐμοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ θεός σοι φανήσεται. πολλοὶ δὲ μυρεψοὶ, περὶ τὰ ὀσφραντὰ· καὶ νὴ Δία ὀψοποιοὶ περὶ τὰ γευστὰ διατελοῦσι καὶ συνήθεια διαφέρουσιν ἡμῶν κρίσιν ἔχουσι. *nam & viſus viſu & auditus auditu tum naturâ conſummatior eſt, tum arte exercitatior ad diſcer-*

discernendum meliora. In concentu equidem & modulis Musici, in figuris vero & imaginibus pictores, plus ultra vulgus hominum sapiunt. Ita Nicomachum ajunt aliquando idiotæ alicui, qui Zeuxidis Helenam pulchram sibi videri negabat, respondisse: cape meos oculos, & statim Dea tibi esse videbitur. Quin etiam ex unguentariis multi circa odorata & coqui circa ea quæ gustum afficiunt, usu & consuetudine sensus acutiores habent, quam nos. Hæc Stobæus. Philonem etiam audiamus περὶ ἀποικίας. ὥσπερ, inquit, διὰ μουσικῆς τὰ κατὰ μουσικὴν καὶ διὰ πάσης τέχνης τὰ ἐν ἑκάστῃ καταλαμβάνεται. οὕτω καὶ διὰ σοφίας τὸ σοφὸν θεωρεῖ)· σοφία δὲ οὐ μόνον φωτὸς τρόπον ὄργανον τοῦ ὁρᾶν ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν ὁρᾷ. *quemadmodum per Musicam ea quæ ad artem hanc pertinet, & per singulas artes, quid quæque habeat artificiosum, intelligitur: ita etiam sapientiæ virtute contemplamur, quid sit sapiens. Sapientia autem non tantum instar lucis instrumentum est ad videndum, sed se ipsam quoque intuetur.* Aristot. *lib.* I. *de Moribus cap.* I. ἕκαστος κρίνει καλῶς, ἃ γινώσκει, καὶ τούτων ἐστὶν ἀγαθὸς κριτής, καθ' ἕκαστον ἄρα ὁ πεπαιδευμένος· ἁπλῶς δὲ ὁ περὶ πᾶν πεπαιδευμένος. KUHN.

5 Ἐγὼ δ' ἂν φαίην τοῦτο] Lege τ' αὐτό. FABER.

6 Εἰ τις ἔχει] Legendum ἔχοι, jubentibus id pariter MStis, tum Meis, tum Regiis omnibus. PERIZ.

ΚΕΦ. μθ'.

Τίνας ὁ Ἀλέξανδρος ὑπώπτευεν.

[1] Ὅτι ὁ Ἀλέξανδρος Πτολεμαίου τὸ δεξιὸν ὑφωρᾶτο, [2] Ἀρρίου δὲ

CAP. XLVIII.

Quos Alexander suspectos habuerit.

Alexander Ptolemæi solertiam habebat suspectam, Arriæ vero

1 Ὁ Ἀλέξανδρος] Adde *supra lib.* XII. *cap.* 16. SCHEFF.

Ὅτι ὁ Ἀλέξανδρος &c.] Miris modis turbata sunt postrema hujus libri & Auctoris. Nam desideratur caput hoc in Sluisk. qui ceteroqui nullum aliud prætermisit, ut & in Regiis Paris. At in Lugd. qui sæpe hic illic defecit, complura occurrunt ex *libro* XII. repetita proxime ante *caput* 47. *hujus libri.* Nempe *Capita* 12. 13. & 14. usque ad, ὁ δὲ Ὅμηρος, ex *Libro* XII. verbo tantum uno aut altero mutato vel transposito, istic denuo reperiuntur. Accedit etiam pars media *Capitis* 15. sed multum mutata & contracta, hoc modo. Ὅτι κάλαμον περιβὰς Ἀγεσίλαος ἵππευε μετὰ τοῦ υἱοῦ. Καὶ πρὸς τὸν γελάσαντα, νῦν μὲν σιώπα, εἶπεν, ὅταν δὲ γένῃ πατὴρ, τότε ἐξαγορεύσῃς. Καὶ τὸ Εὐριπίδους δὲ οὕτως ἔχει. (forte ἔχον, vel in parenthesi, οὕτως δ' ἔχει, nam τὸ Εὐριπίδους ad sequens ἠνέγκατο videtur referendum) Παίζω. μεταβολὰς γὰρ πόνων ἀεὶ φιλῶ· φιλεταιρείας δόξαν ἠνέγκατο. *Et illud Euripidis, (quod sic se habet, Ludo: Vicissitudines enim laborum semper amo) speciem habet studii ludendi cum sodalibus.* Sequitur dein *Caput* superius, seu 47. *hujus Libri*, de Zeuxide & Nicostrato, ac tum demum hoc *caput* 48. sed ita, ut præmittatur ei *caput* 16. *libri* XII. idque ipsum cum procemio, quali Auctor sæpe utitur, sed quod istic tamen non occurrit, quodque ideo hic describam. Λέγεται Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου ζηλοτυπώτατα πρὸς τοὺς ἑταίρους διατεθῆναι, καὶ βασκαίνειν μὲν πᾶσι, οὐ μὴν διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας. ἀπήχθετο γὰρ Περδίκκᾳ μὲν, ὅτι ἦν πολεμικὸς, Λυσιμάχῳ δὲ, ἐπεὶ στρατηγεῖν ἀγαθὸς ἐδόκει, Σελεύκῳ δὲ, ἐπεὶ ἀνδρεῖος ἦν. Ἀντιγόνου δὲ αὐτὸν ἐλύπει τὸ φιλότιμον, Ἀττάλου δὲ ἤχθετο τῷ ἡγεμονικῷ, Πτολεμαίου δὲ τὸ δεξιὸν ὑφωρᾶτο· Ἀρρίου δὲ & cetera hujus Capitis. h. e. *Alexander Philippi F. dicitur in maximam æmulationem adversus amicos animo fuisse compositus, & invidisse omnibus, neque tamen ob easdem causas. Nam Perdiccam quidem aversabatur* &c. Reliqua enim vide jam versa *supra d. l.* XII. 16. Porro

δὲ ἐδεδίει τὸ ἄτακτον, τό γε μὴν
3 νεωτεροποιὸν Πύθωνος.

vero intemperantiam timebat, at
Pythonis novarum rerum ſtudium.

ΚΕΦ.

CAP.

ro ut hic abſolvam, quæ Lugd. Codex ingerit nobis ultra ea, quæ edita ſunt, & quæ in Sluisk. comparent: interponit ergo inter hoc, & ſequens, ſeu ultimum *caput*, Hiſtoriam Titormi memoratam jam, XII. 22. ſed aliis ferme verbis, quam iſtic fit: atque ideo & illa exhibebo, Ον (lege Οπ) μέγαν τὸ σῶμα, καὶ ἰδεῖν τοιοῦτον, οἷον ἐκπλῆξαι, γενέσθαι λέγε) Τίτορμον, γενναῖον δὲ οὕτως, ὡς ἐλθόντα εἰς ἀγέλην ταῦρον καὶ ὑβριστὴν λαβῶν (lege λαβεῖν) τοῦ ποδὸς, ὡς μὴ ἀποδράναι δύνασθαι βουλόμενον, καὶ παριόντα ἕτερον τῇ ἑταίρᾳ (lege ἑτέρᾳ) χειρὶ συναρπάσαι. Απερ οὖν θεασάμενος Μίλων ὁ Κροτωνιάτης, ἀνατείνας εἰς τὸν οὐρανὸν τὰς χεῖρας, ὦ Ζεῦ, ἔφατο, μὴ καὶ τοῦτον Ηρακλέα ἡμῖν ἔσπειρας; Εντεῦθεν τὸ τῆς παροιμίας, Αλλος οὗτος Ηρακλῆς. *Magnum corpore, & aſpectu talem, ut percelleret* alios, *Titormum fuiſſe, traditur: validum vero adeo, ut adiens gregem, Taurum, qui ab armento ſe ſegregaverat, & ferox erat, pede apprehenderit, ita ut ille volens aufugere non poſſet & accedentem alterum altera manu quoque arripuerit. Quæ cum vidiſſet Milo Crotoniates, ſublatis in cœlum manibus, dixit, O Jupiter, an etiam hunc nobis genuiſti Herculem? Inde adagium illud, Alter hic eſt Hercules.* Utrum vero hæc tot Capita hoc in loco à librariis quibuſdam tali modo ſint interpolata & repetita, an vero ab ipſo Auctore, æque ac ex eodem *Libro* XII. *Capita* 2. 4. 5. 6. repetiit ipſe paululum immutata & aucta hoc ipſo *Libro cap.* 34. 35. 36. 37. illud incertum & difficile eſt dictu, & in medio à me relinquitur. Periz.

2 Αῤῥίου] Hunc inter duces Alexandri nuſpiam invenio. Forte legendum Αταῤῥίου. Scheff. Ταῤῥίας legit Plutarchus *Or.* II. *de Fort. Alexandri*, prætulerim tamen, Αταῤῥίου. Kuhn.

Αῤῥίου δὲ τὸ ἄτακτον] Sic MS. At apud alios Auctores aliis modis nomen hoc exaratum reperitur. Plutarchus *Orat.* II. *de Fort. Alex.* nomina *Tarriam*, Curtii Codd. modo *Adarchiam*, modo *Athariam*, modo *Aphariam* Nam unus idemque eſt homo, præfectus ſatellitibus Alexandri, & ideo ad Philotam capiendum ſeu in cuſtodiam redigendum adhibitus. Peſſime autem τὸ ἄτακτον vertitur hic *turbulentiam*. Notat enimvero illud *intemperantiam*. Sic εὐτακτεῖν è contrario ſignificat *temperanter vivere*. Unde Epictetus *cap.* 35. eum, qui ſe præparat Olympiis, ait debere εὐτακτεῖν. Similiter apud Suetonium *Domitiano cap.* 10. Ælius Lamia, cui uxorem ſuam abduxerat Domitianus, quum is laudaret illius vocem, reſpondit, εὐτακτῶ, q. d. non mirum eſt, meam cantantis vocem eſſe minime fuſcam aut obſcuram, quum Venere abſtineam, & temperanter vivam, abducta uxore, & ſic cum ea adempto mihi Veneris uſu, qua vox corrumpi ſolet. Sed & hic ipſe *Arrias* vel *Tarrias*, licet jam ſenex, luxurioſus tamen fuit & intemperans vere homo, & ideo pecuniæ ſemper indigus. Vide Plutarchum *d. l.* Periz.

3 Πύθωνος] Mentio hujus apud Curtium *lib.* X. *cap.* 8. & Arrianum *lib.* VI. Scheff. Vbi recte Πύθωνος legitur. *Rebus Indicis* malè Πείθων Κρατεᾶ, pro Πύθων Κρατεύα. Photius in *excerptis* Πίθων leviore mendo: alius erat Πύθων ὁ Σωσικλέους, de quo Arrianus *lib.* IV. ait, quod Regis familiæ præfuerit. Kuhn.

2 Pro ὕπατον Vir doctissimus Joannes Massonius ὕπαρχον legit & pro κωμῳδῶς, παρὰ Κομόδῳ. cui emendationi ex parte favet MS. exhibens Κομόδῳ.

3 Vide & Suidam in Ομολογία. K.

4 Leg. Σινύης. K.

5 Αντίπαλα] Sic quidem in *v.* Ιαχὼ, at in *v.* Ιερογραμματεῖς legitur pro eo ἔμπειρον, h. e. *peritum*. P.

5 Nihil

μοσία νόσος ἐπεπόλασεν, ἐπὶ τ̄ σηκὸν τοῦδε φοιτῶντες οἱ ἱερογραμματεῖς, καὶ τὰς δεούσας ἱερουργίας ἐπιτελοῦντες, ἐκ τοῦ βωμοῦ πῦρ ἐναύοντες, καὶ ἐξάπτοντες πυρὰς κατὰ πόλιν, καὶ τοῦ δυσώδους ἀέρος τὴν φθοροποιὸν ἐκείνην νόσον μαραίνοντες καὶ λεπτύναντες, τοῦτο δὴ τὸ καινότατον, τὴν νόσον ἔσβεσαν τῷ πυρί.

ret, ſacri ſcribæ ejus fanum adeuntes, & quæ oportet facientes ſacra, ex ara ignem accendunt, rogiſque paſſim per urbem excitatis, aeris fætidi exitialem illum morbum conſumentes & attenuantes, nova plane via morbum ignis beneficio exſtinguunt.

Εναύσματα. καί τινα ἐξ αὐτοῦ διδασκαλίαν ἐναυσάμενοι, κᾆτα ἐμιμήσαντο ἐς τὸ εὖ καὶ καλῶς, Αἰλιανός φησι.

Et quoſdam doctrinæ quaſi igniculos ab eo accendentes, deinceps bene & recte eos in vita ſua exhibuerunt, ait Ælianus.

Ενέκρινον. Ῥωμαῖοι πολεμοῦντες, οὐδένα τόπον, οὔτε ἐνέκριναν, οὔτε ἀπέκρινον, ἀλλ' ἔνθα ἔτυχον, ἠγωνίζοντο.

Romani bellum gerentes nec elegerunt loca, nec rejecerunt, ſed, ubi fors illos deprehenderat, pugnabant.

Ἔννιος, Ῥωμαῖος ποιητὴς, ὃν Αἰλιανός [6] ἐπαινεῖν ἄξιόν φησι. Σκιπίωνα γὰρ ᾄσων καὶ ἐπὶ μέγα ἐξᾶραι τὸν ἄνδρα βουλόμενος, φησὶ, μόνον ἂν Ὅμηρον ἐπαξίους ἐπαίνους εἰπεῖν Σκιπίωνος. Δῆλον δὲ ὡς ἐτεθήπει τοῦ ποιητοῦ τὴν μεγαλόνοιαν, καὶ τῶν μέτρων τὸ μεγαλεῖον καὶ ἀξιάγαστον· καὶ ὡς ἐπαινέσαι δεινὸς Ὅμηρός ἐστιν καὶ κλέος ἀνδρῶν πυργῶσαι τε καὶ ἆραι, ἐξ ὧν ἐπῄνησε τὸν Ἀχιλλέα, καλῶς ἠπίστατο ὁ ποιητὴς ὁ Μεσσάπιος.

Ennius, Romanus Poeta, quem laude dignum Ælianus ait. Cum enim Scipionem prædicare, virumque in cælum laudibus ferre vellet, ſolum, ait, Homerum laudes Scipione dignas dicturum. Patet inde, quod Poetæ ſuſpexerit magnitudinem ſpiritus, carminiſque majeſtatem veneratione digniſſimam: quodque Homerus maxime idoneus fuerit ad laudandum, & virorum gloriam exaggerandam & extollendam, ex iis, quæ de Achille cecinit, Meſſapius ille Poeta probe noverat.

Ἐξαμβλίσκειν. καὶ τὴν τῶν τετραπόδων ἀγέλην ἐξαμβλίσκειν ἔφασαν.

Et ipſum quadrupedum gregem abortire ajebant.

Ἐξάντη. θυγάτηρ δὲ, ἥπερ ἦν τ̄ ἐκείνου μηχανῶν καὶ ἐπιβουλῶν ἀμαθὴς, ἐξάντης γίνεται τοῦ κακοῦ.

Filia autem, quæ machinarum ejus inſidiarumque ignara erat, à malo immunis manſit.

Ἐξε- Cum

6 Nihil in his Æliani eſt, niſi quod Ennium ἐπαινεῖν ἄξιον, dixit. P.

Ἐξεκύκλησαν. ἐπεὶ ᾗ εἰς τὸ θέατρον ἐξεκύκλησαν αὐτὸν, ἐπηλυγησάμενος τὴν κεφαλὴν ἦν [1] τὸ ἄσωτον.

Cum autem in theatrum produxissent illum, velato erat capite more prodigorum.

Ἐξῆκον. ἑώρων Φάσμα τὸ μέγεθος ἐξῆκον πέρα καὶ ἀνωτέρω τοῦ ἱστοῦ.

Videbant spectrum magnitudine sua ipsum navis malum longè excedens.

Ἐξήμβλωσεν. ἀλλὰ καὶ αὕτη γε ἡ ἐλπὶς ἐξήμβλωτο αὐτῇ. Καὶ αὖθις Αἰλιανός. [2] Ἐξήμβλωτο δὲ ἡ ἔννοια τῆς θεοσυλίας τῷ ἀνοσίῳ ἀποσφαγέντι.

Verum enim vero hæc quoque spes ei ad irritum recidit. *Et iterum Ælianus*. Sed sacrilegii quod mente agitaverat irrita fuit impio illi, quum obtruncaretur.

Ἐξωλέστερον. σύνοδοί τινες εἰς αὐτὴν ἐγένοντο καὶ συμφοιτήσεις ἀκολάστων ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἀσελγῶν καὶ μειρακίων ἐξώλη βίον προῃρημένων.

Conventicula ad illam & concursus erant virorum intemperantium & impudicarum mulierum juvenumque perditam vitam sectantium.

Ἐπαρτήσας. ὁ δὲ εἰς πέρας ἤγαγεν αὐτοὺς, κακὴν δουλείαν ἐπαρτήσας αὐτοῖς. Καὶ αὖθις Αἰλιανός. Μὴ ὑποδέξασθαι τὰς ψυχὰς αὐτῶν σὺν εὐμενείᾳ, ἀλλ' ἐπαρτῆσαι τὰς δι' αἰῶνος τιμωρίας αὐτοῖς. Adde Κατηύχοντο.

Ille ad ultima eos deduxit, malam servitutem illorum cervicibus imponens. *Et iterum Ælianus*. Non suscipere animas illorum benevole, sed æterna illis imponere supplicia.

Ἐπίκουρος. οὗτος τὸ Θεῖον ἐτίθετο παρ' οὐδέν· ἀδελφοὶ δὲ ἦσαν τρεῖς, οἱ μυρίοις ἀῤῥωστήμασι περιπλακέντες ἀπέθανον οἴκτιστα. Ὅγε μὴν Ἐπίκουρος ἔτι νέος ὢν αὐτὸς, οὐ ῥᾳδίως ἀπὸ τῆς κλίνης οἷός τε ἦν κατιέναι, ἀμβλυώττων τε καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἡλίου αἴγλην δειλὸς ὢν, καὶ τῷ Φαιδροτάτῳ τε καὶ ἐναργεστάτῳ τῶν Θεῶν ἀπεχθανόμενος, καὶ μέν τοι τὴν τοῦ πυρὸς αὐγὴν ἀπεστρέφετο· αἷμά τε αὐτῷ διὰ τῶν κάτω πόρων ἀπεκρίνετο. Τοσαύτη δὲ ἄρα ἡ σύντηξις ἡ τοῦ σώματος ἦν, ὡς ἀδυνατεῖν ([3] ἀδύνατον εἶναι) καὶ τὴν τῶν ἱματίων

Ille divinum numen nihili faciebat: Fratres autem erant tres, qui plurimis morbis impliciti miserrime exstincti sunt. Ipse autem Epicurus adhuc juvenis non facile potuit lecto descendere, cæcutiens, solisque splendorem refugiens, & Deorum omnium serenissimo clarissimoque inimicus, sed & ignis fulgorem aversabatur: sanguis etiam ipsi per inferiores meatus excernebatur. Tanta autem tabes corporis erat, ut nec injectas

1 *Præ pudore scilicet.* τὸ ἄσωτον pro κατὰ τ. ἄ. vel τὴν ἀσωτίαν. K. vel forte διὰ τὸ ἄσωτον, *propter intemperantiam.* P.

2 Vide & in Ημβλω. K.

3 Illud habet Suidas in *v.* Συντέτηκεν.

4 Vid.

τίων φέρειν ἐπιβολήν. Καὶ Μητρόδωρός τε ϗ Πολύαινος, ἄμφω τὼ ἑταίρω αὐτοῦ, κάκιστα ἀπέθανον ἀνθρώπων. Καὶ μέντοι ϗ τῆς ἀθείας ἠνέγκατο μισθὸν οὐδαμῇ μεμπτόν. Οὕτω δὲ ἄρα ἦν ἡδονῆς [4] ἥττων Ἐπίκουρος, ὥστε διὰ τῶν ἐσχάτων ἐν ταῖς διαθήκαις αὐτοῦ ἔγραψε, τῷ μὲν πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ ϗ τοῖς ἀδελφοῖς ἐναγίζειν ἅπαξ τοῦ ἔτους, ϗ Μητροδώρῳ ϗ Πολυαίνῳ τοῖς προειρημένοις, ἑαυτῷ δὲ δισσῶς, τῆς ἀσωτίας τὸ πλέον προτιμῶν ϗ ἐνταῦθα ὁ Σοφός· ϗ τραπέζας λίθοις τε πεποιῆσθαι, καὶ ὡς ἀναθήματά τε ἐν τῷ τάφῳ προσέταξε τεθῆναι ὁ προτένθης τε ϗ ὀψοφάγος οὗτος. Καὶ ταῦτα ἐπέσκεψεν, οὐκ ὢν ἐν περιουσίᾳ· λυττῶν οὖν ταῖς ἐπιθυμίαις ἦν, ὥσπερ οὖν ϗ ἐκείνων σὺν αὐτῷ τεθνηξομένων. Ἐξήλασαν δὲ τοὺς Ἐπικουρείους τῆς Ῥώμης δόγματι βουλῆς κοινῷ· ϗ [5] Μεσσήνιοι δὲ ἐν Ἀρκαδίᾳ τοὺς ἐκ τῆς αὐτῆς φάτνης ἐδηδοκότας ἐξήλασαν, λυμεῶνας μὲν εἶναι τῶν νέων λέγοντες, κηλῖδα δὲ φιλοσοφίᾳ προσβάλλοντας διά τε μαλακίαν ϗ ἀθεότητα, ϗ προσέταξαν πρὸ τῶν τοῦ ἡλίου δυσμῶν ἔξω τῶν ὅρων τῆς Μεσσηνίας γῆς εἶναι αὐτούς, [6] ἐκφορηθέντων δὲ

tas vestes ferre posset. Metrodorus eriam & Polyænus, ambo ejus discipuli, pessimis modis interierunt. Atque ita mercedem Atheismi reportavit minime reprehendendam. Adeo autem voluptati succubuit Epicurus, ut in ultimis in testamento suo scripserit, Parentibus quidem & fratribus, ut & jam dictis Metrodoro & Poliæno, quotannis semel inferias darent, sibi vero bis, atque ita sapiens ille etiam hac in parte abundantiorem intemperantiam prætulit: voluit & mensas lapideas fieri, & in sepulchro pro donariis apponi gulosus ille & obsoniorum helluo. Et hæc mandavit minime ceteroquin opulentus: insaniebat igitur cupiditatibus, ac si secum morituræ essent. Epicurei Roma pulsi sunt SCto: & Messenii in Arcadia omnes ex eodem præsepi saginatos ejecerunt, pestes eos juventutis esse, & Philosophiæ maculam sua mollitie & impietate adfricare dictitantes. Edixerunt igitur,

4 Vid. *v.* Ηττων.

5 Hoc illustre fragmentum ipse Suidas in *voce* Φάτνη Æliano nominatim vindicat, & si absque testimonio esset hujus Grammatici, stylus tamen satis superque Ælianum proderet. K. Suidas in *v.* Φάτνη ex Æliano laudat hæc verba, καὶ οἱ Μεσσήνιοι τοὺς ἐκ τῆς αὐτῆς φάτνης οἱονεὶ ἐδηδοκότας ἐξήλασαν, τουτέστι, τοὺς Ἐπικουρείους, τῶν νέων λυμεῶνας εἶναι λέγοντες. Occurrunt ea etiam in Longa hac narratione Suidæ de Epicuro, & Epicureis, sed quam Ego ex Variis ab eo Auctoribus collectam putem. Quin illa ipsa verba ex Nostri *Varia* certe *Historia* minime videntur sumpta, siquidem ille IX. 12. illud ipsum de Epicureis, quos Romani & Messenii Urbe sua expulerint, refert, sed aliis Verbis, & quæ non possunt haberi pro contractis ex longiore hac narratione, sed manifeste sumpta sunt ex Athenæo XII. 12. cujus libri pleraque in *Varias* suas contulit Ælianus. P.

6 Leg. ἐκφρησθέντων. quomodo Suidam scripsisse constat ex *v.* Ἐκφρησθέντων. ubi etiam pro καθῆρξαι legitur ἐκκαθῆρξαι. Ceterum MS. hoc loco legit, ἐκβληθέντων δὲ, οἱ ἱερεῖς ἐκκαθῆραι λέγονται τὰ ἱερὰ, ϗ οἵγε Τιμοῦχοι, ἤγουν οἱ ἄρχοντες τὴν πόλιν. τὸ αὐτὸ ϗ ἐκ Κρήτης οἱ.

1 Ma-

δὲ τοὺς ἱερέας καθῆραι τὰ ἱερὰ, τούς τε μὴν Τιμούχους (καλοῦσι δὲ ταύτῃ τοὺς Ἄρχοντας Μεσσήνιοι) καὶ τὴν πόλιν καθῆραι πᾶσαν, οἷα δήπου λυμάτων τινῶν καὶ καθαρμάτων ἀπηλλαγμένην. Ὅτι ἐν Κρήτῃ Λύκτιοι τῶν Ἐπικουρείων τινας ἐκεῖ παραβάλλοντας ἐξήλασαν, καὶ νόμος ἐγράφη τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ· τοὺς τὴν [1] θήλειαν σοφίαν, καὶ [2] ἀγεννῆ, καὶ αἰσχρὰν ἐπινοήσαντας, καὶ μέν τοι καὶ τοῖς Θεοῖς πολεμίους, ἐκκεκηρύχθαι τῆς Λύκτου· [3] ἐὰν δέ τις καταφρονῶν τοῦ νόμου ἀφίκηται θρασυνόμενος, καὶ τὰ ἐκ τοῦ νόμου παρ' οὐδὲν ποιήσηται, δεδέσθω ἐν κύφωνι πρὸς τῷ ἀρχείῳ ἡμερῶν εἴκοσιν, ἐπιρρεόμενος μέλιτι γυμνὸς καὶ γάλακτι, ἵνα ᾖ μελίτταις καὶ μυίαις δεῖπνον, καὶ ἀναλώσωσι χρόνῳ τῷ προειρημένῳ αὐτούς· τούτου γε μὴν διελθόντος, ἐὰν ἔτι περιῇ, κατὰ κρημνοῦ ὠθείσθω στολὴν γυναικείαν περιβληθείς.

igitur, ut ante solis occasum finibus Messeniæ ditionis facesserent, ejectis vero illis, ut sacerdotes templa, & Timuchi (Magistratus suos ita vocant Messenii) etiam urbem lustrarent, ac si sordibus & purgamentis quibusdam liberata fuisset. In Creta etiam Lyctii Epicureorum nonnullos eò delatos expulerunt, lexque lingua vernacula scripta est: eos qui muliebrem, ignavam, turpemque Philosophiam introduxerunt, Deorumque hostes vivunt, Lycto publice exire jussos: si vero quis, spreta legis sanctione, urbem intrare ausus fuerit, nervo vel numella apud Curiam ut vinctus sit per viginti dierum spatium, nudus melle & lacte perfusus, ut apes & muscæ epulas ex eo habeant, & intra prædictum tempus absumant: eo autem elapso, si adhuc vivat, stola muliebri indutus de saxo in præceps ut dejiciatur.

Ἐπινηθέντα. Vide in Φιλήμων.

Ἐπλημμέλησαν Vid. in Ἀνασώσων.

Ἔῤῥε. [4] ὦ Ξενοφάνεις, καὶ Διαγόραι, καὶ Ἵππωνες, καὶ Ἐπίκουροι, καὶ πᾶς ὁ λοιπὸς ὄχλος τῶν κακοδαιμόνων τε καὶ θεοῖς ἐχθρῶν ἔῤῥετε.

O Xenophanes, Diagoræ, Hippones, Epicuri, & omnis turba miserorum & Diis inimicorum in malam rem abite.

Ἕρκος. ὁ δὲ Σόλων τῆς παρούσης τύχης τῷ Κροίσῳ κατεφρόνησεν, ἐκέ-

λευσέ

Solon autem præsentem Crœsi fortunam spernens, vitæ totius

finem

1 Malim θῆλυν ex Suida in *voce* Εὐμολπίδας. K.

2 MS. ἀγεννῆ μελλόντας, καὶ αἰσχράν.

3 Vid. in *v.* Κύφων.

4 Hoc fragmentum à Suida excerptum esse ex Æliani *libro de providentia* non equidem dubitaverim, quamvis Suidas nos id celet. K.

5 Vide

λῦσέ τε τοῦ βίου παντὸς τὸ τέλος ἀναμένειν, μηδὲ προπηδᾷν, μηδὲ ἐπειγόμενον τοῖς εὐδαίμοσιν ἑαυτὸν ἐγκαταγράφειν· ἀτέκμαρτα γὰρ καὶ ἄδηλα εἶναι τὰ ἀνθρώπινα, ἕως ἂν ἑκάστῳ ψυχὴ εἴσω τοῦ τῶν ὀδόντων ἕρκους ᾖ. [5] Ον ἂν ἐγὼ τιμησαίμην πρὸ παντὸς συγγενέσθαι καὶ πᾶσι Τυράννοις καὶ τοῖς ἐπὶ μέγα πλούτου προήκουσι.

[6] Ερυμβόνα τὰ τιμιώτατα εἰς ἀσωτίαν ἀφειδεστάτην.

Εσάλευεν. ἐπεὶ τοίνυν ὑπὲρ τῶν ἐσχάτων ἐσάλευεν ἤδη, κομίζουσιν αὐτὸν οἱ προσήκοντες εἰς Ασκληπιοῦ.

Εσθενε. Vide Ασκωλιάζειν, vel Βουλυτός.

Ετό-

finem exspectare jussit, neque ante tempus prosilire, nec præmature beatorum se numero adscribere: cum omnia humana obscura & incerta existant, quamdiu cuique anima intra dentium consceptum manserit. Quem ego adfuisse omnibus Tyrannis & quibusvis valde opulentis, præcipue vellem.

Dissipabat pretiosissima quæque profuso luxu.

Cum igitur jam in extremo vitæ discrimine versaretur, (jactaretur) deferunt eum amici in Æsculapii templum.

Non

5 Vide in Τιμησαίμην, & in Προήκατο.

6 Alia lectio est in *voce* Ρυμβών. Hanc lectionem firmat Hesychius. Dum ῥυμβονᾶν explicat τῷ διασκορπίζειν. Sed suspicor Suidam non intellexisse voces Latinas, *Rerum bona*, quibus delicatuli & gulosi utebantur, cum lautissimum cibum indigitarent. Horatius sane *merulas & sine clune palumbes*, vocat *Res Suaves*, *Satyr. ult.* & Plautus in *Casina*, *Bona multa mihi faciam*, inquit, id est, cuticulam curabo & bene vivam. Cornel. in *Ages. cap. ult.* habet, *ignorantia Bonarum Rerum*, i. e. deliciarum & mensæ secundæ. Græci vocant, ἀπειροκαλίαν vel λιτότητα. Ælianus itaque ipsa nepotantium verba, quibus innuitur, homini tum demum bene esse, cum palato bene est, vernaculo idiomate proposuit magna cum emphasi. Suidas autem, Latinæ linguæ rudis, Latina Græcis literis scripta, ut verè Græca, in suam farraginem contulit. K. Alienissima hæc sunt. Juvandus tantum est Suidas tollenda distinctione post Ερυμβόνα, quod est Imperfectum tertiæ Personæ à Verbo ῥυμβονάω, ῥυμβονῶ, unde ipse Suidas illud deducit, & quod Hesychius exp. διασκορπίζω, *dissipo*. Sæpe autem Suidas ab initio statim integram proponit sententiam vel dictum alicujus Auctoris. Vide Ει μὲν οὖν ἄνθρωπος &c. Quatuor enim sunt Versus Aristophanis, in Diphthongo Ει, sequente Μ, expliciti. Adde quatuor alia continuo istic sequentia dicta, singula ab Ει μὴ incipientia. Sic Ειποις τὰ τρία παρὰ τῇ αὐλῇ. Conjungenda certe hæc ita & construenda esse, manifestum ex *v.* Ρυμβών, ubi junctim ea exhibet, licet corrupte. Αιλιανὸς, καὶ ἐρύβων τὰ τιμιώτατα εἰς ἀσ. ἀφ. ἀπὸ τοῦ Ρυμβῶ ῥήματος. Emendanda isthæc videntur ex hoc loco, καὶ ἐρρυμβόνα τὰ ἀπὸ τοῦ Ρυμβονῶ ῥήμ. Ceterum nexus & constructio Verborum inde jam clarissima est, quod unice facit ad liquido intelligendum hunc Suidæ locum, in quo explicando versamur. Sed indubiam plane rem facit meamque interpretationem Eustathius *ad Dionys. Perieg. v.* 1134. ubi ait, ἀπὸ τούτου δὲ καὶ τὰς κινήσεις ὁ Απολλώνιος Ρυμβόνας καλεῖ, καὶ τάχα καὶ ἡ παρὰ τῷ Αιλιανῷ κειμένη ἄπορος λέξις, τὸ Ερρυμβόνα, ἐκ τοιούτου τινὸς ἔχει τὴν ἀρχὴν, ἐν οἷς λέγει: ὅτι ἐσπάθα τὰ χρήσιμα καὶ εἰς ἀσωτίαν ἐρρυμβόνα τὰ τιμιώτατα. *Ex eo vero etiam motus ipsos Apollonius vocat* Ρυμβόνας, *& forsan etiam illa apud Ælianum posita difficilis vox*,

 Ερρυμ-

Εστόρησεν. Confer Σκληροί.

Εσχε. οὐ γὰρ ἔσχον [1] ἀνήνασθαι τὸ πρόσταγμα.

Non enim poterant detrectare imperium.

Ετισαν. ἀνθ' ὧν οἱ Φωκεῖς ἔτισαν δίκας βαρυτάτας.

Pro quibus Phocenses gravissimas dederunt pœnas.

Ευάγκαλον. ὁ δὲ Αἰνείας τ̃ Πατέρα ἐπιθέμενος τοῖς ὤμοις, ἐξῆγε φόρτον, ὡς υἱεῖ φιλοπάτορι κ̀ τοῦτον εὐάγκαλον, οὕτω φησὶν [2] Αἰλιανός.

Æneas autem humeris Patrem imponens, extulit onus, idque filio pio portatu facile, ita ait Ælianus.

Ευερμία. Μιθριδάτης δὲ τὴν ἀποδημίαν Λουκούλλου [3] ἑαυτοῦ κατέγραφεν εὐερμίαν εἶναι. Καὶ αὖθις. Ασπαζόμενος εὐερμίαν καιροῦ, κ̀ ἀνάγκης καλούσης, μὴ εἴκων κάκῃ.

Mithridates autem Luculli discessum in parte felicitatis suæ deputavit. *Et iterum.* Amplexus optimam occasionem, & re ita exigente, ignaviæ non cedens, aut succumbens.

Ευμολπίδαι. [4] εἶτα μέντοι παρ' οὐδὲν θέμενος τὰ σεμνὰ Ευμολπιδῶν καὶ Κηρύκων, καὶ τῶν ἄλλων γενῶν, ἱερῶν τε ὄντων κ̀ θεοφίλων· ἐπίῤῥητον δὲ κ̀ θῆλυν σοφίαν προελόμενος.

Deinde spretis venerabilibus mysteriis Eumolpidarum, Cerycum, & aliarum familiarum, vere sacrarum & Diis chararum: infamem vero & femineam sectatus Philosophiam.

Ευνοῦχος. [5] ἀνήρ τις ἦν, εἰ δοίημεν αὐτὸν ἄνδρα εἶναι, διὰ τῶν Επικούρου λόγων τὴν ψυχὴν [6] ἐκνευρισθεὶς, καὶ θῆλυς γενόμενος ὁ χλούνης τε καὶ γύννις, [7] ὥσπερ ἐπι-

Vir quidam erat, si virum demus eum esse, Epicuri enervatum Philosophia gerens animum, & in feminam degenerans emasculatus ille semivir, quasi oblitus & gestiens osten-

Σέρρυμβόνα, *ex tali quodam vocabulo originem trahit, quum dicit; Absumebat utilia quævis, & in intemperantiam dissipabat pretiosissima.* Ubi observatu dignum est, utrumque hoc verbum ab instrumento, ad res contundendas vel consumendas, ac dissipandas idoneo, formatum videri: Σπαθάω à Σπάθη, quod instrumentum notat, quo quid in mortario movetur & conteritur, vel etiam Gladium: Ρυμβονάω à ῥόμβος vel ῥυμβὼν, quo τροχὸς notatur, & τροχοειδὴς κίνησις, qua res dissipari solent. Manifestum vero ex his, quam graviter non Kuhnius modo erraverit, faciens ex hoc verbo Græco vocabula Latina, sed & Portus, faciens haud minus inepte ex Verbo Nomen Substantivum, & vertens *Cupedias, delicias.* P.

1 Vide & in Ανήνασθαι. K.

2 Idem, sed aliter, III. 22. *V. H.* P.

3 MS. ἑαυτῷ κατέγραψεν.

4 Hoc fragmentum Æliano vindicaverim, solo adductus styli colore, qui sine dubio Ælianum exhibebit, si conferantur, quæ *voce* Επίκουρος adduxi. Perstringit autem Philosophus Atheniensem quendam, qui Epicuri dogmata maluit sequi potius, quam Deos Patrios colere. K.

5 Hoc fragmentum conflatum ex duobus locis, quorum alter in Ευνοῦχος, alter in Ιεροφάντης extat. Æliani autem esse non dubium est.

ἐπιλαθόμενος (ἑαυτοῦ), καὶ ὡς οὐ μέλει [8] τῷ Ἀθηναίῳ θεῷ δεῖξαι φλεγόμενος, ὤθησεν ἑαυτὸν φέρων ἐς τὸ μέγαρον, ἔνθα δήπου τῷ μὲν Ἱεροφάντῃ μόνῳ παρελθεῖν θεμιτὸν ἦν κατὰ τὸν τῆς τελετῆς νόμον, ἐκείνῳ δὲ οὐκ ἐξῆν. Ἐπεὶ δὲ [9] ἐτολμήθη οἱ τὸ τόλμημα, φρίκη τις αὐτὸν περιέρχεται, καὶ νοσεῖ [10] νόσον μακροτάτην.

ostendere, non curare Deum res humanas, irrupit in ipsum adytum, quò videlicet solum Hierophantam secundum leges mysteriorum fas erat intrare, ipsi vero minime licebat. Quum vero audacissimum hoc facinus designasset, horror illum & morbus invasit longissimus.

Ἐφήδοιτο. καὶ αὐτῷ τῶν συγγενῶν τινες ἐφήδοντο, ὡς τὰ αὐτοῦ διαδεξόμενοι· ἐκείνῳ γὰρ μὴ εἶναι παῖδας, ἅτε ῥᾴθυμον βίον καὶ λάγνον τὸν εἰς ἑταίρας καὶ πότους προῃρημένῳ. Καὶ αὖθις. Ὁ δὲ ἔσπευδε θέλων ἐφησθῆναι αὐτοῖς.

Et quidam ex propinquis ea re gaudebant, utpote hæredes ejus futuri: illi enim non esse liberos, utpote vitam sectanti molliorem & in scorta & comessationes lascivius diffluentem. *Et iterum.* Ille vero properabat, volens illis rebus animum gaudio explere.

Ἐφλέγετο. ὁ δὲ Ἰάσων ὁ Θετταλὸς ἐπὶ τοῖς ἀναθήμασιν ἐν Δελφοῖς ἐφλέγετο.

Jason autem Thessalus cupiditate donariorum, quæ Delphis erant, totus ardebat.

Z.

Ζώνη. [11] ὁ δὲ εἴς τινος πανδοκέως ἐλθὼν, ἠξίου τυχεῖν καταγωγῆς· ὁ δὲ ἐδέξατο καὶ πῦρ ἐξέκαυσε, καί πως τὴν ζώνην τοῦ χρυσίου, ἣν ἐπήγετο ὁ ξένος, ὁ παν-

Ille vero ad cauponem quendam ingressus, diversorio excipi petebat: caupo vero excepit, & ignem accendit, & forte zonam auri, quam hospes secum ferebat,

est. K.

6 Confer *vocem* Ἐκνδυείσας, ubi frustra est in notis Portus. K. & *v.* Χλῆναι.

7 Ὥσπερ ἐπιλαθόμενος] Male addidit Kuhnius ἑαυτοῦ, secutus in eo Portum, qui verterat, *ut pietatis & suæ conditionis oblitus.* At sensus est, *tanquam oblitus* legis, & juris, de quo sequitur, seu tanquam non animadvertens aut cogitans, nefas esse, intrare illum locum. Certe non erat *sui oblitus*, sed cum maxime id agebat, quod profitebatur, ostendere volens, Deum non curare res humanas. Nam recte sequentia emendavit Kuhnius ex *v.* Μέγαρον. Ceterum cur Æliano hæc & multa alia tribui debeant, nullam video rationem. P.

8 Portus legit, τῇ Ἀθηναίᾳ θεῷ, vel τῇ Ἀθηναίων θεῷ, id est, Minervæ. Malim ex ipso Suida, *voce* Μέγαρον, τῶν ἀνθρωπείων τὸν Θεόν. K.

9 Lege ex *voce* Φρίκη, τολμηθὲν οἱ τὸ μέγα τ. K.

10 In Φρίκη legitur νόσῳ μακροτάτῃ. K.

11 Confer *vocem* Καταγωγὴ, & Τιμωροῦντος. K.

πανδοκεὺς ἐθεάσατο, καὶ παραχρῆμα ἐποφθαλμιᾷ.

bat, animadvertit, ſtatimque oculos in eam conjecit.

H.

Ημβλω. [1] παραλόγως εἰς πέδας ἤχθη· οἱ δὲ σπασάμενοι τὰ ἐγχειρίδια, τοῦτον ἀπέσφαξαν, καὶ ἐξήμβλω μὲν ἡ ἔννοια τῆς θεοσυλίας τῷ ἀνοσίῳ· ἐπαύσαντο δὲ τοῦ δέους οἱ Δελφοί.

Præter exſpectationem in retia incidit: illi vero ſtrictis pugionibus illum obtruncant, & cogitatum ſacrilegium impuro illi non ſucceſſit: Delphi vero timore liberati ſunt.

Ημίσεια. ἀδελφὼ δύω ἤστην· ὁ τοίνυν ἕτερος ἀποθανὼν, καὶ παῖδα ὀρφανὸν ἀπολείπων, τὸν ἀδελφὸν [2] ἐγγράφει καὶ τοῦ υἱοῦ ἐπίτροπον, καὶ τῶν χρημάτων, ὧν ἐκείνῳ κατέλιπε, μελεδωνόν. Ο δὲ ἀνόσιος ὢν, τὰ παιδὸς σφετερίσασθαι γλιχόμενος, εἶτα μέντοι καὶ τὰ οἰκεῖα προσαπώλεσε. Δεομένῳ δὲ πολυωρίας τινος καὶ ῥοπῆς τυχεῖν τῆς εἰς τὸ κρεῖττον, ἀπεκρίνατο,

Erat par fratrum, quorum alter moriens & filium pupillum relinquens, fratrem teſtamento ſcripſit tam filii tutorem, quam bonorum, quæ illi relinquebat, curatorem. Ille vero, homo nefarius, quum pupilli bona intercipere ſtuderet, mox ſua inſuper amiſit. Cum autem quandam curam ſui & mutationem ſortis in melius peteret, reſpondit (Deus)

Νήπιος οὐκ ἐνόησεν ὅσῳ πλέον
ἥμισυ παντός.

Dimidium ſtultus toto haud
plus eſſe putavit.

Παιδεύσεως ταῦτα ἔχεται, καὶ ψυχὴν καθαίρει, καὶ βίον κοσμεῖ, καὶ σωφροσύνην ἐντίθησι, καὶ δικαιοσύνην νομοθετεῖ.

Hæc eruditionis nonnihil habent, & animum purgant, & vitam communem inſtruunt, modeſtiamque inculcant, & juſtitiam ſanciunt.

Ηνε-

Et

1 Hoc fragmentum loqui videtur de Jaſone occiſo, antequam expilare potuerit templum Delphicum. Confer *vocem* Εφλέγετο *ſupra*. K. Haud dubie de Alio agitur, qui in ipſo conatu ſpoliandi Templi per inſidias fuit occiſus, quum Jaſon, Vir ſane egregius, (Vide me *ad* XI. 9.) domi peremptus fuerit. V. Diodorum *lib.* XV. Conveniunt hæc magis in Fratrem Trophonii. Vide Pauſan. *Bœot.* Hoc autem Fragmentum ex parte jam habuimus in Εξήμβλωσεν, ubi tanquam ex Æliano id attulit Suidas. P.

2 Leg. ἔγραφε ex MS.

3 Hoc fragmentum Æliano etiam ἡ συνήθης λέξις aſſerit. K. Adde & *vocem* Μελεδωνὸς, ubi quædam ex his Æliano diſerte tribuuntur,

Ηνεμόεσσαν. καὶ ἐδόκει περὶ τὴν ἄνθρωπον ἀκρατῶς ἠνεμῶσθαι.

Ηξομεν κομιούμενοι [4] παρ' ἀνδρῶν ἀνοσίων καὶ ψευδόρκων δίκας. Οτι τὴν δίκην φασὶν οἱ παλαιοὶ εὐθεῖάν τε εἶναι καὶ ἀκλινῆ καὶ ἄτρεπτον, καὶ τοῦτο ᾄδουσι μὲν πλεῖστοι, ἤδη δὲ καὶ ἀνάγκη. Φύσιν γὰρ δήπου τὸ δίκαιον τοιαύτην εἴληχεν. Ησίοδος δὲ αὐτὴν λέγει καὶ παρθένον καὶ ἀδιάφθορον, τῇτε ἄλλῃ, καὶ μέντοι καὶ ὑπ' εὐνῆς ἀφροδισίου, αἰνιττόμενος, ὅτι μὴ χρὴ δολοῦν τὸ δίκαιον, μήτε ἄλλως πεισθέντα, μήτε λέχει παρατραπέντα. Φησὶ δὲ μετιέναι αὐτὴν τιμωρουμένην τούτους, οἷσπερ οὖν ὕβρις μέμηλε κακὴ καὶ σχέτλια ἔργα. Τοῖς γε μὴν ἐκείνην σέβουσι, τήντε γῆν τὰ οἰκεῖα βρύειν φησὶν ἀγαθὰ, καὶ τὴν θάλατταν χορηγεῖν, ὅσα τίκτει καὶ τρέφει, μάλα ἀφθόνως. Ακούω δὲ αὐτὴν καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ Διὸς καθῆσθαι θρόνῳ, καὶ κοινωνὸν τῶν ἀρίστων βουλευμάτων εἶναι. Καὶ Ομηρος δὲ μέγα αὐτῆς τὸ κράτος ὑμνεῖ, καὶ λέγει, τοῖς ἀτιμάζουσιν αὐτὴν μηνιεῖν τὸν Θεὸν, καὶ λάβρους καταντλεῖν ὑετοὺς [5] αὐτὴν καὶ χειμάῤῥους ἐπ' αὐτοὺς ὠθεῖσθαι, ἀφανίζειν

Et videbatur nimio erga mulierem amore percitus.

Veniemus ad pœnas ab improbis & perjuris ſumendas, Juſtitiam ajunt antiqui rectam eſſe & inexorabilem & immotam, & hoc dictitant quidem plurimi, ſed & neceſſe eſt ita rem ſe habere. Eam enim naturam accepit Juſtitia. Heſiodus autem illam & virginem & incorruptam nominat, cum aliis rebus, tum vero etiam coitu Venereo, ſubindicans, non oportere adulterare jus, neque aliis rebus perſuaſum, neque re venerea à recti tramite abductum. Addit etiam, Juſtitiam inſequi & punire eos, quibus cordi ſunt contumeliæ malæ, & impia facinora. Qui vero eam colunt, iis ait terram copioſe ſua fundere bona, & mare ſufficere prorſus ea, quæ parit alitque. Audio ipſam etiam Throno ipſius Jovis adſidere, & in partem optimorum conſiliorum venire. Sed & Homerus magnam illius potentiam celebrat, dicitque, Deum ſuccenſere ejus contemtoribus, & effuſos imbres in eos immittere, & torrentes impingere, & urbes eorum,

tur, ut & in *voce* Πολυωρήσεις. P.

4 Neſcio qui factum ſit, ut ad hanc illa literam retulerit Kuhnius, quum apud Suidam occurrant in voce Δίκης. Sed neque Æliani eſſe tradit Suidas. Ultima laborant perverſa diſtinctione, & ideo perperam quoque ſunt verſa à Porto æque ac à Kuhnio. Genitivi ὕβρεως καὶ ἀτ. referendi non ad ἔργα, ut ab illis ſit, ſed ad τιμωρία. Ita vero, & ſi inſuper κολάζεσθαι accipiatur active, nihil in iis ſupererit difficultatis, quæ in illorum interpretatione eſt maxima, adeo ut etiam voculam οὐ interponi, vel ἀπρεπέστερα legi, voluerit Portus. Kuhnianam verſionem rejeci, & meam Græcis congruentem repoſui. P.

5 Lege αὐτῶν. K.

νίζειν πόλεις αὐτῶν, καὶ ἔργα, καὶ ποίμνας, καὶ ταύτῃ κολάζεσθαι τῇ τιμωρίᾳ ὕβρεως ϗ ἀτασθαλίας, ἔργα ὑπομένοντας πρεπωδέστερα.

eorum, arva, gregeſque exſtinguere, & hac illos pœna afficere injuriæ & improbitatis, ſuſtinentes ita res magis ſe dignas.

Ηρτηται. ὁ δὲ τὰ μὲν πρῶτα ἐδεῖτο τῆς τῶν ἀνθρώπων ἰατρικῆς, καὶ ἐκείνων ἤρτητο.

Ille vero primum implorabat medicam opem hominum, & ex iis totus pendebat.

Ηρῶναι. γενναῖον ἔργον καὶ τολμηρὸν ἡρωίνης ἄντικρυς τοῦτο δράσασα.

Cum generoſum & audax & Heroina dignum feciſſet facinus.

Θ.

Θέμις. εἰ θέμις ϗ τῷ Ιμεραίῳ πρὸς Ομηρον τὸ ὄμμα ἀνατείνειν.

Si fas eſt etiam Himeræo illi (*Steſichoro*) contra Homerum oculos attollere.

Θεμιτόν. Vide in Φιλήμων.

Θεοκλυτήσαντες. οὐδαμῆ φορητὸν εἶναι τ̃ βίον ἑαυτῇ μετὰ τὴν εὐνὴν τὴν ἄθεσμον πεπιστευκυῖα, θεοκλυτοῦσα, καὶ μυρίας ἀρὰς Εφεσίοις ἐπαρωμένη, εἰ μὴ πράξαιντο τιμωρίαν [1] τούτες παρὰ τῶν Τυράννων, ἑαυτὴν διέφθειρε.

Illa vitam ſibi non tolerabilem fore poſt impium illum concubitum perſuaſa, Deoſque invocans, & Epheſiis mille imprecata diras, ni pœnas horum à Tyrannis exigerent, ſe ipſa interfecit.

Θεόπομπος. [2] ὅτι Ασκληπιὸς καὶ τῶν ἐν παιδείᾳ ἦν προμηθής· φθόῃ γοῦν Θεόπομπον ῥινώμενόν τε ϗ λειβόμενον ἰάσατο, καὶ κωμῳδίας αὖθις διδάσκειν ἐπῆρεν, ὁλόκληρον καὶ σῶν καὶ ἀρτεμῆ ἐργασάμενος.

Et Æſculapius eorum quoque, qui in literis verſantur, curam gerebat: ſanavit enim Theopompum tabe quaſi limâ attenuatum diffluentemque, & iterum ad docendas comœdias animum addidit, quum omni

1 Leg. τούτων. K. MS. τούτοις.

2 Fragmentum ad Ælianum pertinere inter alia Suidas quoque fatetur *voce* Φθόη, (ubi tamen ex Æliano adfert hæc tantum verba, φθόῃ γοῦν Θεόπομπον τ̃ Αθηναῖον ῥινώμενον καὶ λειβόμενον ἰάσατο ὁ Ασκληπιός. P.) Cæterum in vulgatis editionibus Suidæ male interpungitur. Major enim diſtinctio apponenda τῷ πολλά. Sequentia vero, ut hic leguntur, conjuncta planum gignunt ſenſum. Æmilius Portus autem vulgarem ſecutus interpunctionem, ita Suidam interpretatur, ut dicat, Theopompum docuiſſe comœdiam, *Æſculapius* inſcriptam, quam, quod quidem ego ſciam, nullibi allegatam videmus inter Theopompi fabulas. Neque dixeris in honorem Æſculapio hujus nominis fabulam elaboratam à Theopompo, cum gratitudinem ſuam alio

νος. Καὶ [3] δείκνυται καὶ νῦν [4] ὑπὸ λίθῳ Θεοπόμπου, (πατρόθεν ὁμολογοῦντος αὐτὸν τοῦ ἐπιγράμματος· Τισαμενοῦ γὰρ ἦν υἱός·) εἴδωλον Παρείας λίθου· καὶ ἔστι τὸ ἴνδαλμα τοῦ πάθους μάλα ἐναργές· κλίνη καὶ αὐτὴ λίθου· ἐπ᾿ αὐτῆς κεῖται νοσοῦν τὸ ἐκείνου φάσμα, χειρουργίᾳ φιλοτέχνῳ· παρέστηκε δὲ ὁ θεὸς, καὶ ὀρέγει οἱ τὴν παιώνιον χεῖρα, καὶ παῖς νεαρὸς ὑπομειδιῶν καὶ οὗτος. Τί δὲ ἄρα νοεῖ ὁ παῖς; ἐγὼ συνίημι τοῦτο, φιλοπαίστην ποιητὴν ὑποδηλοῦν. Γελᾷ γὰρ, καὶ τῆς Κωμῳδίας τὸ ἴδιον διὰ συμβόλων αἰνίττεται. Εἰ δὲ ἄλλος νοεῖ ἑτέρως, κρατείτω τῆς ἑαυτοῦ γνώμης, ἐμὲ δὲ μὴ ἐνοχλείτω.

omni ex parte salvum & incolumem reddidisset. Et monstratur etiamnum super lapide Theopompi, (inscriptione ipsum ex patris nomine designante: erat enim Tisameni filius:) imago facta ex Pario marmore: estque morbi simulacrum prorsus manifestum: lectus & ipse lapideus: in quo ejus jacet imago, morbum præ se ferens, manu artificis: prope vero Deus adstat, manum ei porrigens medicam, & tenellus puer, qui leniter subridet. Quid autem sibi vult ille puer? ego hoc puto indicare eum, poëtam ludi jocique amantem esse. Ridet enim, & per symbola significat rem Comœdiæ propriam. Sin aliquis alia omnia existimat, is retineat suam sententiam, nec mihi litem moveat.

Θηρείων. [5] τὰ γεννώμενα βρέφη, κράσει θηρείων τε καὶ ἀνθρωπίνων σωμάτων, τεράστια ἐδόκει.

Nati infantes, corporum ferinorum humanorumque commixtione, portenta quædam videbantur.

Θρέμματα. οὐ γὰρ δεῦρο ἀφῖγμαι ἐς τράπεζαν κεκυφέναι, καὶ θρέμματος ἀλόγου δίκην πιαίνεσθαι, καὶ ἀρχῶν τε καὶ τιμῶν κρεμᾶσθαι, καὶ θαυμάζειν αὐλὰς, καὶ τραπέζας, καὶ Σατράπας· οὐδέ μοι κάλλος ἀνθρώπινον δέλεάρ ἐστιν, οὐδὲ χρηματίζομαι.

Non enim huc veni, ut mensæ pronus incumberem, & instar animalis ratione nulla præditi saginarer, imperiisque & honoribus inhiarem, aulas, mensas, & Satrapas demirarer: neque vero humanæ pulchritudinis illecebris capior, nec divitias quæro.

I. Species

alio modo testatam fecerit, posita videlicet statua & imagine sua in lecto lapideo artificis manu morbum palloremque profitente. Labitur enim Portus iterum in eo, quod χειρουργίαν φιλότεχνον explicat de *ingeniosa Æsculapii chirurgia.* Vid. Æliani *Ind.* in Χειρουργία. K.

3 Vid. in Παρείας λίθου.

4 Pro ὑπὸ lego ἐπί. K.

5 Confer *vocem* Τεράστια. K.

I.

Ινδάλματα. ὄψις οὖν ἰνδάλματος ἱεροῦ, ὄναρ ἐπιστᾶσα, λέγει ποιήσασθαι μεταβολὴν βίου.

Ιππίας οὗτος τῆς εἰς Αθηναίους ὀργῆς καὶ τῆς ὕστερον ὠμότητος προΐσχετο αἰτίαν τὸν Ιππάρχου θάνατον, καὶ πικρὸς ἐκ τούτων δεσπότης κάτω τοῦ χρόνου γενόμενος, ὅμως οὐκ ἀπώνατο· ἤλασαν γοῦν οἱ Κεκροπίδαι αὐτόν· ὁ δὲ ἐκπεσὼν τῆς πατρίδος, ἐπήγετο τοὺς Πέρσας συμμάχους, ὁρῶν ὃν εἶχεν ἔρωτα Δαρεῖος τῆς Ατλικῆς, διὰ τὴν ἄτοπον ἐκείνην σπουδὴν, ἵνα τὰ σῦκα τὰ Ατλικὰ μὴ ἐν ἐλευθερίᾳ γῇ ἔτι, ἀλλὰ δούλῃ γένηται τῇ ἐκείνου. Ιὼν μὲν οὖν Ιππίας ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα σὺν τοῖς Πέρσαις, καὶ [1] ἐκπλήτλων τοὺς βαρβάρους, μέγα ἔπλαρε, καὶ, ἅτε γέρων ἤδη, εἶχε τοὺς ὀδόντας κραδαινομένους. Εκ τοίνυν τῆς βιαίας κινήσεως τοῦ πλαρμοῦ εἷς ὀδοὺς ἐξεκρούσθη, καὶ κατώλισθεν εἰς τὴν ψάμμον, καὶ εὑρεθῆναι ἀδύνατος ἦν, ἐπεὶ δὲ ἡττήθησαν οἱ βάρβαροι, φεύγων αὖθις εἰς Λῆμνον ἀφικνεῖται, καὶ κάμνει νόσῳ, καὶ τὴν ὄψιν τυφλοῦται, αἵματος ἐπιῤῥεύσαντός οἱ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἀλγεινῶς ἀπέθανε, δίκας ταύτας δοὺς τῇ πατρίδι, ἐπεὶ τοὺς βαρβάρους ἦγεν ἐπὶ καταδουλώσει αὐτῆς, μηνίσαι τε τοὺς πατρῴους Θεούς.

Ισχυρός. ὕτως ἄρα [2] αἱ ἰσχυραὶ τι-

Species igitur ſacræ imaginis per ſomnium adſtans, jubet illum vitæ rationem immutare.

Hic iræ in Athenienſes & crudelitatis, quam poſtea exercuit, cauſam prætexuit Hipparchi cædem, & ex eo tempore acerbus Dominus poſtea factus, nihil tamen inde profecit: expulerunt itaque eum Cecropidæ: ille vero patria ejectus, ſocios belli Perſas adduxit, cum videret, qua Darius cupiditate Atticæ regionis teneretur, propter inſanum illud deſiderium, ne ficus Atticæ amplius in libera, ſed ſua ſibique ſubjecta terra provenirent. Cum itaque Hippias cum Perſis in patriam ſuam moveret, & jam barbarorum inſtrueret aciem, vehementer ſternutabat, &, utpote ætate gravis, dentes habebat vacillantes. Ex vehementi itaque ſternutationis motu unus ei dens excuſſus eſt, & in arenam decidit, nec reperiri potuit. Devictis autem barbaris, iterum profugus in Lemnum proficiſcitur, ubi morbo laborans, & ſanguine per oculos effluente excæcatus, miſere obiit, pœnaſque dedit patriæ, quod ad eam ſubjugandam Perſas duxiſſet, & patrios Deos iratos expertus eſt.

Ita ſane pœnæ atroces in aucto-res

1 Mallem ἐκτάτλων. Sequitur enim Noſter Herodotum, qui habet διέπαρε. K.

2 Vide *H. V. lib.* XIII. *cap.* 24. & confer Suidam in *voce* Ηκιςα. K.

τιμωρίαι πολλάκις εἰς τοὺς εὑρόντας αὐτὰς περιτρέπονται, καὶ ὅσα προσέταξαν παθεῖν ἕτερον, αὐτοὶ πεπόνθασι.

res suos recidunt sæpissime, & quæ alium pati jusserunt, ipsi passi sunt.

K.

Καθημαξευμένος. Γύναιον ἐκ Συρίας καθημαξευμένον ὑπὸ παντὸς τοῦ προσιόντος. Εταίρα γὰρ ἦν ἐμφανὴς, καὶ τῶν ἐν τοῖς μίμοις δι' ἀκολασίαν περιπαθεστέρα, τοῖς τε φαινομένοις ἐς τὴν κοινὴν ὄψιν σχήμασιν ἐκκαλουμένη τοὺς ὁρῶντας ἐς τὰ πάθη τοῦ σώματος, καὶ κατατείνουσα τὸν δῆμον, καὶ ὅσον μετὰ τοῦ δήμου, πρὸς συώδη τινα καὶ μανικὴν ἀσέλγειαν.

Muliercula ex Syria à quolibet adeunte exercita & stuprata. Erat enim professa meretrix, & iis, quæ in mimis sunt, affectus impudicos lascivius exprimens, gestibusque in oculos incurrentibus provocans spectatores in pruritum corporis, populumque, & qui cum populo erant, in suillam & furiosam excitans libidinem.

Κάκη. ὅστις τάξιν ἔλιπε, θανατοῖ ἄρα ὁ νομοθέτης αὐτὸν, κάκῃ τὴν στάσιν, ἣν ἐτάχθη, λιπόντα. Αιλιανὸς ποικίλῃ ἱστορίᾳ. Ουδεὶς οἰκέτης μνημονεύεται κάκῃ εἴξας, προδοῦναι τὸν δεσπότην. Καὶ αὖθις. Ανάγκης καλούσης μὴ εἴκειν κάκῃ.

Quicunque suam stationem deserit, illum legislator occidit, quod ignavia adductus locum, in quo collocatus fuerat, deseruerit. Ælianus *Varia Historia*. Nec ullus memoratur servus suum prodidisse Dominum ignavia adductus. *Et iterum*. Necessitate exigente non oportet succumbere ignaviæ.

Κακοδαίμων. Ευφρόνιος κακοδαίμων ἀνὴρ ἔχαιρεν ἐπὶ ταῖς Επικούρου φλυαρίαις, [3] καὶ ἐξ ἐκείνων κακὰ εἰρύσατο δύο, ἄθεός τε καὶ ἀκόλαστος εἶναι.

Euphronius vir infelix gaudebat Epicuri nugis, & ex illis duo hauserat mala, ut impius pariter & intemperans esset.

Καλλιγόλας ὁ Γάϊος, διὰ τὸ ἐν στρατοπέδῳ γεννηθῆναι, ὥς φησιν Αιλιανὸς ἐν τῷ περὶ θείων ἐναργειῶν.

Cajus dictus est Caligula, eo quod in castris natus esset, ut ait Ælianus in *opere de manifestis divinæ potentiæ argumentis*.

Κά- Qui

3 Vide & Εἰρύσατο. K.

Κάσος. Ῥωμαίων γοῦν ὁ νικήσας τὴν μουνὰξ μάχην, ἀνεδεῖτο στεφάνῳ ἀγρώστεως, καὶ ἦν [1] κάσος ἄμαχος, φησὶν Αἰλιανός.

Qui igitur ex Romanis singulari pugna cum hoste congressus vicerat, graminea corona redimiebatur, eratque casus invictus, inquit Ælianus.

Καταγράφων. ὁ τοίνυν [2] Διονύσιος καταγράφων ἑαυτῷ λύτρα πλεῖστα ὑπὲρ τῆς κόρης, ἢ χρυσίον πάμπολυ, ἢν ἀπόλοιτο αὐτή.

Dionysius igitur maximum sibi pretium pro redimenda puella pollicitus, aut magnam auri vim, si ipsa periisset.

Καταδαρθάνειν. καταδαρθάνοντί οἱ τῶν τις ἱερέων ἐδόκει λέγειν, μίαν εἶναι σωτηρίας ὁδὸν τῷ ἀνδρὶ, καὶ ἓν τῶν ἐφεστώτων κακῶν φάρμακον.

Ipsi dormienti quidam sacerdotum dicere videbatur, unam viro salutis viam, unumque imminentium malorum remedium superesse.

Καταδεύσῃ. Vide *supra* Αναδεύσῃ.

Κατάλογος. Vide Εκ καταλόγου.

Κατέσεισε. καὶ παραχρῆμα ἡ οἰκία κατεσείσθη πρηνής.

Et statim domus collapsa est prona.

Κατεύχεσθαι· [3] αἱ δὲ κατευξάμεναι τὸν χῶρον πάντα ἐκεῖνον Λακωνικῷ αἵματι ἐπικλυσθῆναι, ἑαυτὰς ἀπέσφαξαν.

Illæ autem precatæ, ut tota illa regio sanguine Laconico inundaretur, sibi ipsis manus intulerunt.

Κατηύχοντο. [4] κατηύχοντό τε τοὺς ταῦτα δρῶντας, ἀχώρους τε καὶ ἀτάφους κυσὶ καὶ ὄρνισιν ἐκριφῆναι, καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν μὴ ὑποδέξασθαι σὺν εὐμενείᾳ.

Iis, qui talia auderent, imprecati sunt, ut sine loco, quo condantur, & sine sepultura, canibus avibusque projicerentur, nec (*Orcus*) benigne animas ipsorum susciperet.

Κηδεύειν. καὶ ἄλλως αὐτοῦ παλλακίδι ἐπιμανεὶς, ὡς ἤδη θεραπαίνῃ, τὸν ἄθλιον ἐν νεκροῖς ἠρίθμουν, καὶ οἵγε κηδόμενοι τοῦ ἀνδρὸς, ὠδύροντο

Et alias amore pellicis ejus, ut jam ancillæ suæ, insaniens, miserum illum inter mortuos numerabant, &, qui viri curam gerebant,

1 Nullam video rationem, quare Ælianus in Linguam Græcam receperit hoc Latinum vocabulum, quod nulli Romanæ tantum rei est proprium. Crediderim Nomen hoc fuisse viri, qui in tali certamine fuerit ἄμαχος, sive jam integrum illud sit, sive corruptum. P.

2 Vide *supra* in Διονύσιος. K.

3 Scedasi filias designat Ælianus his verbis, de quibus Plutarchus in *vita Pelopidæ*. K.

4 Hæc esse Æliani patebit ex inspectione *vocis* Επαρτήσας. K.

το τε αὐτὸν, καὶ θεοὺς ἐκάλουν συμμάχους, καὶ πρὸ πάντων Σάραπιν.

bant, eum ſimul deflebant, & Deorum, inprimis Sarapidis, opem implorabant.

Κλάτιος. Vide in Αὐτόχρημα.

Κλείσοφος. ἐπεὶ οἱ Ἕλληνες Κλεισόφους τε ᾄδουσι, καὶ Θήρωνας, καὶ Στρουθίας, καὶ Χαιρεφῶντας, ἀνθρώπους ἐσθίειν εἰδότας εἰς κόρον, καὶ δεινοὺς γαστέρα, φέρε καὶ ἡμεῖς καί τι παίσωμεν, παράσίτου μνημονεύοντες [5] ἡμεδαποῦ. Διώνυμοι ἐν τοῖς Ἕλλησι κόλακες περιηχοῦσιν ἡμᾶς [6] Κλείσοφοί τε, καὶ Στρουθίαι, καὶ Θήρωνες, καὶ οἱ περὶ τὴν Διονυσίου βομβοῦντες τράπεζαν, καὶ οἱ περὶ τὴν Ἀλεξάνδρου μεμηνότες δαῖτα καὶ χεῖρα, καὶ ἄλλοι, ὧν εἶπον, Ὀρέστης, Μαρψίας, Καλλίου τοῦ Ἀθηναίου κόλακες σὺν ἑτέροις· καὶ ὅδε παρὰ Ῥωμαίοις Ἄλβιος ὄνομα, εἰς τὴν Ἱππάδα τελῶν, τὴν Ἀντωνίου θεραπεύων καὶ ὑπαικάλλων ἅμα φάτνην.

Quoniam Græci Cliſophos, Therones, Struthias, & Chærephontes celebrant, homines cibo ſe farciendi gnaros & voraciſſimos, age & nos ludamus aliquid, noſtratem commemorantes paraſitum. Celebres apud Græcos adulatores nos circumſonant, Cliſophi, Struthiæ, & Therones, & qui Dionyſii menſam circumſtrepebant, & ad Alexandri convivium manumque inſaniebant, & alii, quos dixi, Oreſtes, Marpſias, Calliæ Athenienſis adulatores cum aliis: & ille apud Romanos Albius nomine, in Equeſtri ordine cenſus, Antonii præſepi, *vel* menſæ, miniſtrans ſimul & adſentans.

7 Κομψευριπικῶς. πανούργως κατ' Εὐριπίδην, Αἰλιανὸς περὶ ἀσεβῶν βασιλέων λήθῃ παραδοθέντων φησί.

Κομψευριπιδικῶς i. e. jactabunde & ſubdole in morem Euripidis, Ælianus ait de impiis Regibus, lethæ datis, vel in lethem conjectis, i. e. quorum nomen & poſteritas radicitus exſtirpata & oblivione ſepulta ſunt.

Κόσμος.

Cleo-

5 Subjiciam ſtatim, quod in *vocibus* Διώνυμος, Βομβοῦσιν, & Ἄλβιος extat, cum ejuſdem ſit argumenti. K.

6 Qui dubitat an hæc fragmenta Æliani ſint, videat *lib.* IX. *H. A. cap.* 7. & ſtatim omnis ei exemptus erit ſcrupulus. K. Si omnia apud Suidam ſunt Æliani, in quibus agitur de Hominibus, quos alicubi etiam Ælianus nominavit, tum ſane etiam hæc illi ſunt adſcribenda. Nam *d. l.* nominat *Theronem*, *Struthiam*, & *Cliſophum*. Ceteroqui neque Suidas ea Æliano tribuit, neque alia quæpiam ratio. Immo poſtrema hæc Suidas ab Æliano quodammodo removet in *v.* Φάτνη. P.

7 Leg. κομψευριπιδικῶς ex Ariſtoph. *Equitibus*

Κόσμος. ἡ δὲ Κλεοπάτρα καὶ ἄλλα εἰργάσατο ἀσεβείας ἐχόμενα, ἅ μοι σιγῶντι κόσμον φέρει, [1] τουτέστιν εὐπρέπειαν.

Κούφη. Vide in Διονύσος.

Κράσις. καὶ πιεῖν ἐδίδου κράσει δικαίᾳ μὴ κιρνῶν· ὤρεγε δέ μὴ αἰτοῦντι φιλοφρονούμενος ἀκαίρως, καὶ περιττὰ δεῖπνα παρατίθησι.

Κρίσεως. κρίσεως δ' ὡς ἐν ἀκολάστοις εὐθείας οὐ διήμαρτε περὶ τὴν αἵρεσιν τῆς μιμάδος. Σὺν κάλλει γὰρ λαμπρῷ τοῦ σώματος, ποικίλως ἤσκητο τὴν εὐαπάτητον παιδείαν, ὑγρῶς κραδαινομένη, καὶ τοῖς ποσὶ χαμαιπετὴς, εὔστολος γινομένη ἐνίκα πάντας τοὺς τῶν θαυματοποιῶν ἐξηγουμένους, φωνήν τε ἔχουσα ἡδεῖαν, καὶ ταύτην μετὰ τέχνης ἀφιεῖσα, οὐδενὸς τῶν ἐπ' ᾄσματι [2] θαυμαζομένων ἐκρίθη δευτέρα· ἅτε δὴ οὐκ ἄπειρος ἐρωτικῆς περιεργίας, ἀκκιζομένη σὺν καιρῷ, καὶ πρὸς ζηλοτυπίαν εὐφυῶς ἄγουσα τὸν ἄνδρα, αὐτῇ μὲν πλοῦτον οὐκ εὐκαταφρόνητον οἶσεν, ἐκεῖνον δὲ κατὰ βαιὸν τηκόμενον τῷ ἔρωτι ἀπήλλαξε τῶν τῇδε. Καὶ αὖθις. Τοσοῦτον προέλαβε τῇ φυγῇ τῆς κρίσεως τῆς περὶ τὴν μάχην.

Κυλλοῦ πήρα. Vide Βουλυτός.

Κυ-

Cleopatra autem & alia perpetravit impietati affinia, quæ tacuiſſe me decebit.

Et potum non ita temperatum, ut par erat, præbebat: eumque non petenti porrigebat intempeſtiva humanitate, & ſuper vacaneas epulas apponebat.

A recto autem judicio, ut inter intemperantes, non aberravit circa electionem mimæ. Nam præter eximiam corporis pulchritudinem, varie in diſciplina illa ad fallendum idoneâ exercita erat, molliterque criſpans ſpinam, & pedibus humi volitans, & bene exornata præſtigiatorum magiſtros ſuperabat, cumque voce eſſet ſuavi, eam etiam ex arte emittebat, ut nulli eorum ſecunda haberetur, qui cantu excellebant: nec rudis amatoriæ rei, tempeſtive diſſimulando deſideria, & virum callide in æmulationem amoris conjiciendo ſibi quidem divitias comparavit non contemnendas, illum vero paulatim amore tabeſcentem vitâ privavit. *Et iterum.* In tantum pugnæ inclinationem in partem alterutram fugâ prævertit.

Nihilo-

tibus ſtatim ab initio. Sine dubio corrupta hæc ſunt, vel potius ad aliud pertinent vocabulum, male huic vocabulo ſubjecta, ſicuti & id, quod apud Suidam ſequitur ex Ariſtophane. P.

1 Suidæ hæc eſt explicatio. K.

2 Ita legendum in *v.* Ὑγρῶς. ubi vulgo θαυμαζόμενος, & αὐτῇ pro αὐτῇ editur.

Κυμαίνει. ὅμως ἡ ψυχὴ ὑπὸ τοῦ πόθου αὐτοῦ κυμαίνεται καὶ φλέγεται, καὶ ἀκράτωρ ἑαυτοῦ [3] ὢν, εἰσήλατο εἰς τὸν νεών. [4]

Nihilominus animus desiderio ejus fluctuat æstuatque, suique impos in templum prosiliit.

Λ.

Λάθη. [5] Αἰλιανός. Λέγουσι δὲ, ὅτι οὐδὲ προσθέτους οὐδὲ ἐπακτοὺς κόμας ἐκ τῆς ὕβρεως καὶ λάθης ἐς τὴν χρείαν παρελάμβανεν, ἀλλὰ ἃς εἶχε συμφυεῖς, ἀσκῶν καὶ ἐκτείνων. Καὶ αὖθις. Οἱ δὲ Μεσσήνιοι σὺν λάθῃ καὶ γέλωτι, ὥσπερ ἄθυρμα τῶν Σπαρτιατῶν, τὰ πρῶτα τοῦ Διὸς ἀναθήματα διέσπειραν.

Dicunt vero, eum non ob contumeliam vel contemtum comis adscititiis usum esse, sed eas, quas a natura habebat, excoluisse & exornasse. *Et iterum.* Messenii vero cum contemtu & irrisione primaria Jovis donaria, ut ludicra Spartanorum, dissiparunt.

Λαφύξας. οὗτοι οἱ ἀετοὶ [6] λαφύξουσι τῶν ἐλεφάντων τὰ σπλάγχνα, δείξας τὰς σημαίας.

Hæ ipsæ aquilæ viscera elephantûm discerpent, signa digito demonstrans.

Λευστήρ. ἵνα τὸν τῶν κακῶν αἴτιον καὶ λευστῆρα ἀφανίσωσι.

Ut malorum auctorem & lapidandum hominem è medio tollant.

Λῆξις. Αἰλιανός. Καὶ θάπτει τὸν νεκρὸν τοῖς καταχθονίοις θεοῖς ἀποδιδοὺς τῆς ἐκείνων λήξεως ἤδη. Καὶ αὖθις. [7] Λήξει οὐ μὰ Δία εὐκλήρῳ χρόνου τὰ Αἰγυπτίων κακὰ, τὰ ἐν τῇ πόλει τοῦ Ἀλεξάνδρου, ἐγκατέσκηψε καὶ τῇ Ῥώμῃ.

Et mortuum sepelit, Diis infernis debitam portionem tribuens. *Et iterum.* Tempore, non hercle, opportuno Ægyptiorum mala, quibus Alexandria laborabat, Romam etiam invaserunt.

Λίπα. ὁπόταν γὰρ προσίωσι κινδυνεύοντες, λίπα ἀλείφονται.

Cum enim pugnæ discrimen adeunt, oleo se ungunt.

Λίχνος. ἀνὴρ λίχνον ὄμμα καὶ ἀσελ-

Vir malis epulis libidinosum & lasci-

3 Adde sequentia ex *voce* Ἀκράτωρ & Εἰσήλατο.

4 Fragmentis Æliani adscribenda etiam, quæ Suidas habet *vocibus* Κελτοὶ, Κλέαρχος, Κορνοῦτος, Κότυς, Κροῖσος Λυδῶν βασιλεὺς νομίζων. K.

5 Pro Αἰλιανὸς olim αἷμα absque ullo sensa legebatur, sed verum Auctoris nomen ex MSS. restituit Cl. Kusterus.

6 Hæc dixit nescio quis Romanorum dux. K.

7 Hæc repetit Suidas in Ἐγκατέσκηψαν. ubi Auctorem hujus fragmenti Οὐάρωνα vocat.

ἀσελγὲς [1] πιαίνων κακῇ ἑστιάσει, τὰ τοῦ Φερσεφάττης ὄργια ἐδίψησε θεάσασθαι, ἀτέλεστος ὤν.

Λύκος χανών. ὁ δὲ ἐδεῖτο τοῦ Θεοῦ ἐπικουρῆσαί τε αὐτῷ, καὶ λύκους κεχηνότας [2] ἐναφεῖναι τοὺς τὰ ἐκείνου ἑαυτοῖς καταγράφοντας, ἵνα μὴ αὐτὸς ὄφλῃ γέλωτα ἄλλοις, ἀλλ' ἐκεῖνοι αὐτῷ.

M.

Μαρτύρομαι. ἀλλὰ τοσοῦτον μαρτυρόμεθα, ὡς οὐδ' ἀδικοῦμεν Ξενίου Διὸς χάριν.

Μέγα. ὀλίγου χρόνου διελθόντος, ἑάλω μέγα κακουργῶν, εἶτα μέν τοι ἐν ὄψει πολλῶν [3] κατεπρήσθη ζῶν.

Μειράκιον Ερετεικὸν προσεφοίτησε Ζήνωνι πλείονος χρόνου, ἔστ' ἂν καὶ εἰς ἄνδρας ἀφίκετο· ὕστερον οὖν εἰς τὴν Ερετρίαν ἐπανῆλθε, καὶ αὐτὸν ὁ Πατὴρ ἤρετο, ὅ, τι ἄρα μάθοι σοφὸν ἐν τῇ τοσαύτῃ διατριβῇ τοῦ χρόνου; ὁ δὲ δείξειν ἔφη, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν ἔδρασε τοῦτο. Χαλεπήναντος γὰρ αὐτῷ τοῦ πατρὸς, καὶ τέλος πληγὰς ἐντείναντος, ὅδε τὴν ἡσυχίαν ἀγαγὼν καὶ ἐγκαρτερήσας, τοῦτο, ἔφη, μεμαθηκέναι, φέρειν ὀργὴν πατέρων, καὶ μὴ ἀγανακτεῖν.

Μελε-

lascivum oculum pascens, Proserpinæ desideravit videre initia, cum sacris non initiatus esset.

Ille autem Dei opem implorabat, & ut vellet lupos hiantes reddere eos, qui jam res ipsius sibi tribuebant, ne ipse aliis, sed illi sibi, risum & ludibrium deberent.

Sed eo usque testamur, nos non facere injuriam Jovis Hospitalis gratia.

Brevi interjecto tempore convictus magni facinoris, & ita coram multis vivus combustus est.

Adolescens quidam Eretria oriundus diu Zenonis in Scholam itaverat, donec virilem ingressus erat ætatem: postea domum redux à Patre interrogatus est: quidnam sapientiæ tanto temporis spatio addidicisset? respondit, se id re ipsa demonstraturum. Nec dicto res diu abfuit. Cum enim Pater indignatione commotus verberibus quoque filium afficeret, ille tacitus patiensque injuriæ, hoc se didicisse ait, ut parentum iram æquo animo ferre posset.

Ille

1 Vide & Πιαίνει. K.

2 Malim ἀναφῆναι. K. neque aliter MSS. & Edit. Cantab.

3 In *voce* Επρήσθη legas ἐ. μ. κ. καὶ ζῶν ἐνεπρήσθη. K.

4 Stobæus *Serm.* 198. K. Utrum apud Suidam hæc occurrant, nescio. Certe Stobæi sunt omnia, qui ea tanquam ex Æliani *Varia Historia* exhibet, sed disertiora & expressiora paulo. Vide Ælianum IX. 33. P.

5

Μελεδωνός. ὁ δὲ τὸν ἴδιον ἀδελφὸν κατέλιπε τοῦ υἱοῦ ἐπίτροπον, καὶ τῶν χρημάτων μελεδωνόν· ὁ δὲ ἀνόσιος ὢν, καὶ τὰ τοῦ παιδὸς σφετερίσασθαι ἐγλίχετο. [5] & paulo poſt. ὃς ἦν Νέρωνος ἀπελεύθερος, ἀπολειφθεὶς μελεδωνὸς τῶν ἐν Ῥώμῃ καὶ ἔφορος, ὅτε Νέρων ἐς Ἀχαΐαν ἐξωρμήθη.

Ille vero fratrem ſuum filii tutorem, rerumque curatorem reliquit: ſed impius ille pupilli opes ſibi vendicare diſcupivit. Qui (*Helius*) erat Neronis libertus, à Nerone, cum in Achaiam iret, relictus Romanarum rerum curator & cuſtos.

Μέλιτος. οὗτος ἐρᾷ νεανίου Ἀθήνησι τῶν εὖ γεγονότων καὶ πλουσίων· μειράκιον δὲ ἦν τὸ γένος διαπρεπὲς, καὶ τὴν ὥραν ἄμαχον. Καὶ τῷ μὲν ἐραστῇ Μέλιτος ὄνομα ἦν, τῷ καλῷ δὲ Τιμαγόρας, ὥς φασιν. Ἦν δὲ ἄτεγκτός τε καὶ ἀμείλικτος ὅδε ὁ παῖς, καὶ οἱ πολλὰ προσέταττε καὶ ἐπίπονα καὶ κινδύνων ἐχόμενα τῶν ἐσχάτων, καὶ ὁμοῦ τῷ ὀλέθρῳ ἐλαύνοντα. Καὶ ἦν τὰ πράγματα, κύνας τε ἀγαθὰς καὶ [6] θηρευτικὰς ἐκ τῆς ἀλλοδαπῆς ἄγειν, καὶ [7] ἵππον αὖ τῶν πολεμίων ἀπαγαγεῖν, ὅτου δὴ, γενναῖόν τε καὶ θυμικὸν, καὶ [8] ἄλλου χλαμύδα ὡραίαν, καὶ τοιαῦτα ἕτερα· καὶ τελευτῶν, ὄρνιθάς οἱ προσέταξε κομίσαι ὅτου δὴ τροφίμους, καὶ οἰκέτας γένος θαυμαστούς. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦτο κατεπράξατο ὁ ἔνθεος φίλος ἐκεῖνος, [9] ἐδωρεῖτόγε τῷ καλῷ τὸ μέγα καὶ τίμιον κτῆμα τοὺς προειρημένους, ὁ δὲ ἀτεράμων ὢν καὶ ἐς τοσοῦτον ἀπεώσατο ἄρα τὸ δῶρον. Ὁ τοίνυν Μέλιτος φλεγόμενος τῷ ἔρωτι καὶ οἰ-

Hic Athenis amat adoleſcentem ex nobilibus & opulentis: erat autem adoleſcentulus generis proſapia conſpicuus ſimul & pulchritudine nemini ſecundus. Et Amator quidem Melitus, ſed pulcher ille Timagoras appellabatur, ut ajunt. Erat autem puer ille durus & minime ſuavis, & multa ei imperabat laborum & diſcriminis extremi plena, ſimulque in exitium hominem ducentia. In his erat, canes optimas & venaticas è peregrinis terris adducere, equum dein generoſum & ferocientem cuivis hoſtium eripere, aliis chlamydem pulchram, & ejus generis alia: tandem eum etiam gallos gallinaceos cujuſcunque hominis, apud quem alebantur, & ſervos generis præcipui ſibi afferre juſſit. Cum vero etiam hæc entheus ille amator perfeciſſet, & puero ſuo dono dediſſet ante enumerata, rem magnam & valde pretioſam, ille donum repudiavit durus exiſtens etiam eo uſque.

5 Confer v. Ἡμίσεια. P.
6 MS. θηρατικάς.
7 MS. ἵππων.
8 MS. χλαμύδας ὡραίας.
9 MS. καὶ ἐδωρεῖτο τῷ καλῷ τὸ μέγα τίμιον.

οἰστρούμενος, καὶ ἐπὶ τούτοις ἀχάλλων τῇ ἀτιμίᾳ, καὶ ἀπαυδήσας ἐπὶ τοῖς μόχθοις ἀνηνύτοις τε ἅμα καὶ ἀπείροις, ᾗ ποδῶν εἶχεν, ἀνέθορεν εἰς τὴν ἀκρόπολιν, καὶ ἑαυτὸν ἔωσε κατὰ τῶν πετρῶν. Ου μὴν ἡ τιμωρὸς δίκη τὸν ὑβριστὴν παῖδα καὶ ὑπερόπτην εἴασεν ἐπεγχανεῖν τῷ τοῦ Μελίτου θανάτῳ. Τοὺς ὄρνιθας οὖν ἀναλαβὼν, καὶ ταῖς ἀγκάλαις ἐνθεὶς, εἶτα καὶ ἴχνια τὰ ἐκείνου θέων, ὥσπερ οὖν ἑλκόμενος βίᾳ, ἑαυτὸν σὺν τῷ δυστυχεῖ χορῷ ἐπὶ τῷ Μελίτῳ ἔῤῥιψε φέρων, βραδὺν καὶ δυστυχῆ τὸν ἔρωτα ἀντερασθεὶς τούτον. Καὶ ἔστηκεν εἴδωλον τοῦ πάθους κατὰ τὸν τόπον, παῖς ὡραῖος καὶ γυμνὸς, ἀλεκτρυόνας δύο μάλα εὐγενεῖς φέρων ἐν ταῖς ἀγκάλαις, καὶ ἐπὶ κεφαλὴν ὠθῶν ἑαυτόν.

Μήκων. [2] μέρος τι τῶν ἐντοσθίων τοῦ Πολύποδος τοῦ ἰχθύος, ὃς κεῖται ἐπάνω τῆς κοιλίας, οἱονεὶ κύστις, ἐν αὐτῇ ἔχουσα τὸν θόλον.

Μιαρὰ κεφαλή. παρὰ δὲ μιαροῦ δῶρα οὔτε ἄνδρα ἀγαθὸν, οὔτε θεόν ἐστί ποτε, τό γε ὀρθὸν, δέχεσθαι.

que. Melitus itaque ardens & percitus amore, & præterea ægre ferens ignominiam, atque animum despondens ob inutiles simul & infinitos illos labores, qua poterat celeritate, in arcem ascendit, & se de rupibus dejecit. Neque vero ultrix justitia permisit insolentem illum & contemtorem puerum Mileti mortem illudere. Cum enim gallos gallinaceos accepisset, & brachiis suis imposuisset, vestigia sequens Meliti, vi quasi tractus, cum infelici avium choro se dejecit super Melitum, sero hoc redamans eum amore & infelici. Hujus simulachrum affectus eo in loco positum est, puer formosus & nudus, ulnis gestans par generosum gallorum gallinaceorum, & in caput se dans præcipitem.

Est pars quædam intestinorum Polypi piscis, quæ supra ventrem sita, quasi vesica, atramentum in se continet.

Ab homine impuro nec virum bonum, nec Deum licet unquam, recte atque ordine, dona accipere: ideo-

1 Suidas, nullam hic facit mentionem Æliani, sed in Ἀτεγκτος & Ἀτεράμων citat quædam ex hisce, *Æliani* nomine præmisso. Sed & conveniunt hæc argumento Libri περὶ θείων ἐναργειῶν. P.

2 Omnia hæc, subjecto *Æliani* nomine, & *Opere de Animalibus*, non Suidas tantum, sed & Scholiastes Aristophanis *ad Aves p.* 549. iisdem exhibet verbis. Sed & similiter Athenæus VII. 19. *p.* 316. ἔχει δὲ καὶ τὸν λεγόμενον θόλον &c. ἐν τῇ λεγομένῃ μήκωνι. Ο δὲ μήκων κεῖται ἐπάνω τῆς κολίας οἱονεὶ κύστις. Liquet etiam ex his, quam conveniant inter se Ælianus in *Historia* quoque *Animalium* & Athenæus. Deinde nullam esse rationem, quare Portus pro ὃς, quod apud & Suidam, & Schol. Aristophanis ita legitur, reponi velit ὃ, quia referri id debeat ad μέρος, quum ὃς referatur ad μήκων, & cum eo apud Athenæum construatur. P.

σθαι· μάτην οὖν περὶ θεῶν ὁ πολύς ἐστι πόνος τοῖς ἀνοσίοις, τοῖς δὲ ὁσίοις εὐκαιρότατος, [3] Πλάτων φησί.

ideoque multus ille labor impiorum circa Dei cultum frustraneus est, piorum vero quam maxime opportunus, ut Plato ait.

Μίσθωμα, & Αγνῶτας, & Παραβαλεῖν, & Προσέσθαι. ὁ δὲ ὁρᾷ τὴν Μελησίαν, καὶ ἐρᾷ αὐτῆς, καὶ πέμπει πείσων πεντακισχιλίους καὶ μυρίους αὐτῇ χρυσοῦς, καὶ, εἰ πλέον ἐδεῖτο, ἔφατο δώσειν. Η δὲ οὐ προσεῖτο τὴν δόσιν, ἑταιρικὸν φάσκουσα εἶναι μίσθωμα, τὸ ἑαυτὴν παραβαλεῖν ἀνδρὶ ἀγνῶτι, καὶ ὥσπερ ὤνιον τὸ κάλλος ἀποδόσθαι.

Ille vero videns Melesiam, amore ejus corripitur, mittitque ei aureorum quindecim millia, ut sibi morem gerere persuaderet, promisitque se, si desideraret, plura daturum. Illa vero donum non admisit, dicens, meretriciam esse mercedem, viro se dedere ignoto, floremque corporis vendere instar mercis.

Μνημεῖον. Αἰλιανός φησι, φυλάττεσθαί τε ἔτι μνημεῖον τῆς τιμωρίας τῆς ἐκείνου, καθάπερ οὖν διαδοχὴν κακοῦ.

Ælianus ait, servari adhuc monumentum supplicii, quo affectus fuit, quasi mali successionem.

N.

Νέμεσις. Νεμέσεως Εφόρου, τρόπους ὑπερόπτας καὶ ὑπερηφάνους κολαζούσης, ἐναργῆ μαρτύρια.

Νεμηθέντων. ἀλλὰ καὶ ἐκείνων νεμηθέντων εἰς τὴν στάσιν.

Νεολαία. λοιμὸς γὰρ τῇ Εφέσῳ πόλει ἐνήκμαζεν οἷος βαρύτατος, προμοίροις δὲ θανάτοις διεφθείροντο ἡ νεολαία, καὶ ἦν [4] ἀγονία καὶ μέντοι καὶ γυναικῶν, καὶ τῆς ἀγέλης τῆς τετράποδος.

Νήτης. Αἰλιανὸς περὶ τῶν Λακεδαιμονίων. Νήταις κινδύνοις οὐ πάνυ συντραφέντες.

Νύμφη.

Nemeseos, quæ inspicit & castigat mores superbos & inflatos, clara testimonia.

Verum etiam illis in factiones divisis.

Pestilentia enim quam gravissima in urbe Ephesiorum grassabatur, juvenes vero immatura morte exstinguebantur, eratque sterilitas non tantum mulierum, sed quadrupedum quoque.

Ælianus de Lacedæmoniis. Non admodum adsueti pugnis navalibus.

Vi-

3 *Lib.* IV. *de legibus pag.* 832. *Edit. Francof.*

4 Vide Αγονία. Confer & *vocem* Προμοίροις. K.

Νύμφη. μῆνίς τε ἐδόκει ϗ Νυμφῶν δι' ἀπορίαν ναμάτων.

Videbantur etiam Nymphæ iratæ ob aquarum penuriam.

O.

Οιδημα. vid. Σφακελισμός.

Οιστρεῖ. καὶ καλῶς Ηρόδοτος τὰς ὑπὲρ τῶν γυναικῶν οἰστρήσεις τε καὶ μανίας παρ' οὐδὲν ἐτίθετο.

Et bene Herodotus illos erga mulieres furores & inſanos amores nihili fecit.

